IVS REGNI NEAPOLITANI

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS, Pragmaticis, Neapolitanorum Priuilegijs, tùm impressis, tùm etiam non adhuc typis traditis desumptum.

CAROLO TAPIA I.C. REGIOQVE in supremo Neapolitano Senatu Consiliario Compilatore.

In quo totius Regni Leges, quæ diuersis in libris legebantur, nunc in vnum collectæ, ac expurgatæ sub titulis congruo loco situatæ commodius reperiri, ac legi possunt.

Cùm glossis Marini Caram. Andreæ Iserniensis, Bartholomæi de Capua, Lucæ de Penna, Sebastiani Napodani, Ioannis Antonij de Nigris, & aliorum.

Quibus accesserunt perpolitæ, ac elegantes eiusdem CAROLI TAPIAE Annotationes in quibus quidquid tàm à Doctoribus Regnicolis, quàm exteris scriptum est, quidquid etiam decisum in Sac. Consil. vel ab Illustribus collectoribus traditum, vel ab ipso compilatore collectum, quod explanationi dictorum iurium conferat videri potest.

[illegible] comentator ad cuiuslibet Tituli Initium Rubricas concordantes ex Canonicis, Ciuili, Hispanorum, Gallorum, aliorumq; populorum iuribus, & ad ipsas leges Regni etiam istorum populorum concordantes leges.

CVM PRIVILEGIO.



NEAPOLI, Ex Typographia Io. Iacobi Carlini, & Costantini Vitali. M. [illegible] . XI.



SERENISSIMO PHILIPPO HISPANIARVM PRINCIPI.





Otentissimo, ac religiosissimo Philippo genitori tuo dum in puerili adhuc esset ætate, studiorum meorum primitias, (de Principum scilicet constitutionibus libellum) obtuli, Augustissimi eius imperij felicẽ prædicens, atque perpetuã successionem; Cumq; vberiores fructus oblaturum me spopondissem, Regni huius leges, quæ sparsim legebantur, in vnum collegi, atque in septem legendas libros disposui; quarum priores inclito parenti tuo dicaui, vt promissis satisfacerem, & debiti obsequij signa præberem. cum autem tradendus typis quartus esset Liber, qui te nascente, natus est, teq; crescente, creuit, illum tibi, qui quartus es Philippus, quiq; virtutum omnium, quæ in illis refulserunt, epilogus, atque compendium es futurus, dicare decreui, quam in secundo, & tertio Philippo genitoribus tuis humanitatem, atque benignitatem sum expertus, de te pariter consequuturum sperans. te enim post tanti genitoris longæuos dies, tot Regnorum possessorem futurum decet tuo in Senatu, atque obsequio laborantes, benignè excipere; studiosis fauere, opemq; præstare; me autem, qui à genitoribus meis obsequium Regibus præstare didici, aliquod munus in studiorum tuorum initio offerre tibi oportebat. At quod vtilius, atque præstantius? quàm legum librum, quo in legendo addiscere posses, quas à te seruandæ, et condendæ erunt ad maiorem Dei gloriam, subditorumq; salutem. hunc ergo hilari fronte suscipe benignissime, atque augustissime Princeps, hæc enim futuri imperij tui labores reddent faciliores, atque augustiores, quod si benignè id

 feceris,

feceris, ad maiores mè subeundos alacriùs impelles: Vale, & me genitoris tui subditum, atque ministrum benigno fauore prosequens, sub tuam suscipe tutelam; ego verò Deum optimum maximum exorabo vt post Nestoreos genitoris tui annos ad felicissima Regnorum suorum gubernacula te perducat. Neapoli Calendis Ianuarij M. D C X I.

ILLVSTRISSIMO, AC EXCELLENTISS. DOMINO

DON PETRO FERNANDEZ CASTRIO

LEMENSIVM, ANDRADAE, ET VIGLIALVAE COMITI,

SARRIAE MARCHIONI, ALCANTARAE MILITI,

ZARZÆ COMMENDATARIO, CATHOLICÆ MAIESTATIS AVLICO,

ET IN REGNO NEAPOLITANO PROREGI.



Carolus Tapia Regius Consiliarius S. P.



Istoriarum scriptores, Iureconsultorum responsa, Imperatorum rescripta nos docent (Excellentissime Princeps) apud omnes gentes, quæ legibus, & moribus reguntur inueteratam inualuisse consuetudinem, atque morem noui Regis in aduentu, nouiq; Regni, atque Prouinciæ Rectoris equestri solemni comitatu, acclamationibus, platearum ornatu, muneribus, decantationibus, & alijs lætitiæ signis eos excipere, quod ad nostra vsque secula seruari nemo est qui ignoret, aut qui tuo in aduentu fœlicissimo non conspexerit. Tibi enim Ciuitatem istam ingredienti, ac per eam procedenti, Procerum, Equitum, ac Magistratuum frequentissima occurrit multitudo. Milites, & Castra terribili æneorum tormentorum sonitu emisso, Populus ingenti, ac penè innumerabili concursu (ita vt per vias equitare vix fuerit permissum) Religiosi item omnes, tum in suis templis, tum per vias læto astantes animo, ac parietes ipsi (vt ita dicam) gaudentes te receperunt, genitoris tui, ac germani de Regno, & Ciuitate ista optimè meritorum memoriam recolentes. Hæ erant præfatis animi gaudijs muneta, & oblationes, quibus coli Deum Opt. Max. ac delectari summus ille Princeps, atque Sacerdos Moyses scriptum reliquit, *Oblatus est* (inquit) *Domino odor suauissimus*. qui & primitias præcepit offerri, vt inde homines Deum rerum omnium Principem agnoscerent, atque colerent: inde ad Princeps Dei vices in terris gerentes huiusmodi cultus consuerudo descendit. Hæc (inquam) Regni Proceres quamplurima, & qualia te, illosq; decebat, alacri obtulere animo: tu verò qua fulges animi liberalitate, atque constantia, illa renuisti, & quæ Ciuilia Iura Prouinciarum Præsidibus permittunt accepturum annuisti. Vulpianus enim de illis loquens, hæc ait. *Non vero in totum xenijs abstinere debebit Proconsul, sed modum adijcere, vt neque morosè in totum abstineat, neque auarè modum xeniorum excedat*. & paulo post Antonini Pij Imperatoris verba referens, ait. *Nam valde inhumanum est à nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia, auarissimum*. Ea verò quæ ad Rempublicam benè regendam, diuinam sapientiam adipiscendam, Iustitiam ministrandam, studiaq; exercenda, te redderent aptiorem, dulciora tibi fore declarasti. cum autem vox ista in auribus resonasset meis, qui ad tui obsequium innumeris & rationibus, & causis præ cœteris, qui Senatum nostrum exornant sim deuinctus, studiorum meorum labores, quartum scilicet Regni huius recollectionis Librum offerendum censui, quem tui calor ingressus coalescere fecit, & luci tradidit. quem te benignè accepturum, tuæ de meis in Hispania receptis Libris certum reddiderunt literæ, atque sermones, tuæq; eximiæ virtutes spem augent, quas equidem enarrare licet modestiæ tuæ pergraue futurum arbitrer, eas tamen patienter auditurum Vulpiani verba monent, qui de Præsidibus ciuitatem aliquam ingredientibus ait. *Laudesq; suas non grauatè audire*. At si hoc omnino recuses, Dei tamen decantares laudes, diuina, atque humana præcepta permittunt. Ille enim hominibus ad suam creatis imaginem summopere delectatur, cum & ij diuinæ sint gratiæ, atque potentiæ testes, eumq; mirabilem prædicent.

Exod. 29. Deuter. 26.

l. solent. ff. de off. procons.

l. si in aliquam ff. de off. procons.

Religio

Religio enim tua in diuinis templis, ſacris rebus, ac Sacerdotibus colendis, zelus in Iuſtitia miniſtranda, Annona ſeruanda, atque exoneranda, Magiſtratibus decorandis, ac militia regenda, ſtudium in Regali, ac Ciuitatis patrimonio ſubleuando, redimendo, atque augendo; Neapolitanis nobilibus inſtruendis, familiaribus tuis moderandis, nonne Dei gloriã prædicant, atque enarrant? Quibus ſi generis è Regia progenie tot, tantorumq; Procerum nobilitatem addas, ſi ſcientiarum omnium peritiam, quibus mirum in modum es eruditus, ſubditorum multitudinem, humanitatem, patientiam, modeſtiam corporis, animi honeſtatem, intelligendi acumen, fortitudinem in laboribus ſubſtinendis, atque in cœteris rebus omnibus temperantiam, aliaſq; virtutes, quas Heſperus nouit, & Indus in ſumma rerum Indiarum Præfectura ita prudenter, ac integerrimè geſta addamus, nonne Dei gloriam confiteri compellimur? qui talem nobis dedit Rectorem, quiq; vas auro, & argento conflatum, gemmis pretioſiſſimis exornauit, quæ vt pretioſum inter ordinis tui Proceres, Regniq; Rectores te efficiunt, ita miram Dei omnipotentiam teſtantur.

Ar ſi Excellentiſſimæ, atque inclitæ vxoris tuæ virtutes eximias, religionem, pietatem, humanitatem, atque decorem adiungimus, excogitari quid poteſt excellentius? ſi familiarium, ac domeſticorum tuorum probitatem, atque delectum, cum, & quos ſacris confeſſionibus audiendis, ſecretis peragendis, tuæq; cuſtodiæ præfeciſti, eos præſtantiſſimos, atq; probatiſſimos delegeris. Hæc omnia vt maximè te exornant, ita mirabilem Dei gloriam profitentur. Hæc igitur tam grandia in te collata beneficia haud otiosè ob oculos ponere, & in mentem tibi reuocare putauimus, ſcriptiſq; noſtris omnibus teſtata relinquere, vt ſcias, plures, magnarumq; rerum exactores tibi imminere: Deum in primis, atq; homines, addam etiam, & teipſum: etenim, nemo à te importunius exiget, quam exiſtimatio tua, tecum à pueritia nata, atque in dies incrementis maioribus aucta, cui non ſatis ſit præſtare communia, quæq; alij anteceſſores tui egregiè quidem, ac laborioſè præſtitere, ſed ſingularia quædam, ac mirifica; tibi enim (vt S. Laurentio Martyri comprouinciali tuo, S. Sixtus Papa, & Martyr dixit) quaſi iuueni, glorioſior manet de Tyranno triumphus. Illud tamen non omittã, vt omnia propter Deum facias, quod eximius ille Plato nos docuit in hæc verba. *In diuinum ſplendorem intuentes, agetis.* Cœterum, quod ad me attinet, non verbis, ſed rebus tranſigendum mihi erit; tuo enim imperio vt me, meaq; committo, ita eorum omnium alienationem permitto. Vale. Neapoli, Calendis Ianuarij M. DC. XL.


Plato in Alcibiade.

IVRIS REGNI NEAPOLITANI LIBER TERTIVS

EX CONSTITVTIONIBVS, CAPITVLIS, RITIBVS, PRAGMATICIS, AC PRIVILEGIIS NEAPOLITANORVM COLLECTVM.

CAROLO TAPIA IVRECONSVLTO, AC REGIO CONSILIARIO COMPILATORE.

CVM GLOSSIS PLVRIMORVM GRAVISSIMORVM DOCTORVM, ET EIVSDEM AVTHORIS.



De Iudicijs, eorumque ordine, & vbi quis agere, vel conueniri debeat. Rubr. I.



SVPERIORI libro de Iudicantium, eorumq; ministrorum officio est actũ, sequebatur necessariò dicendũ de Iudiciis. & ordine quem in iudicando seruare debeant, de quo in isto, & sequentibus titulis abbundè agitur.

Huius igitur tituli materia latissima est, de qua, tum in lib. Digestorum; tum etiam in libro Codicis habemus tit. latissimos: quinimmo, & in 2. lib. Decretalium alius tit. de Iudic. & alius de foro competenti, eosdemque tit. habemus in 6. lib. Decret. in lib. Clement. in lib. Extrauag. Ioan. 22. Apud Hispanos in lib. 3. Partitarum tit. 1. in lib. 3. ordinat. tit. 1. & in lib. 4. nouæ recollect. tit. 1. De hac eadem re speculator lib 4. tit. de Iudic. Odo-red. tractatu de Iudic. in causis ciuilibus Tom. 3. tract. par. 1. vbi plures alij tract. de ordin. Iudic. Plurima per Marant. in suo Speculo vbi totam ferè Iuditiorum materiam accuratissimè, & practicè nobis tradidit. Hanc etiam materiam sunt prosequuti practicus Papiensis, Consal. de pace in sua praxi. Afin. in praxi, Ioannes mille : in praxi. Franciæ Iodocus in sua praxi, Muscatell. in sua praxi Sac. Cõs. & Petr. Greg. Tolos. in sintag. Iuris vniuersi par. 3. lib. 41. cap. 1. 2. & pluribus sequentibus, vbi quid, quotuplex, quale sit iudicium, & a quibus exerceri valeat accuratissimè de more tradit, ideoque summis labijs ad generica huius tit. deueniemus. Dicam tamen aliqua de ordine.

Et in primis † ordinem esse firmũ, & rectum firmamentum
1 sinè quo nihil superedificari potest, vt tradit Carauit. ex illo
rit. ad rit. 2. de offic. Iustitiarij, sed nos rectius dicamus ordinem esse cuiusque rei de qua agitur spiritum, & animam qua corpus, siue materia illa de qua agitur informatur, nã quemadmodum anima corpus regit, ita ordo materiam, de qua agitur, qui quidem si in cunctis rebus necessarius est, in iudicijs erit pernecessarius, nàm præposteratus ordo nullitatem parit. l. 1. C. de execut. rei iudi. l. 2 C. de iurisdict. omnium
iudic. cap. veritatis de dolo, & contumacia, † ideòque senten 2
tia lata iudiciario ordine non seruato est nulla ipso iure, vt tradidit Bald. in l. prolatam, ex illo text. C. de sentent. & interloqunt. omn. iudic

† Hic tamen ordo Iudiciarius non seruatur in Iudicijs sum- 3
marijs, nec coram Arbitris, vt tradit Alex. ad Bart. in l. quoties, C. de priui eg. Scholarium lib. 10. Capic. decis 1. num. 34. Nec † indebito fiscali Bald. in l. 2. C. quando fiscus, vel priua-
tus num. 2. † Nec in Principe Paris. cons 101. nume. 110. 4
vol. 1. † Nec in exigendis tributis, datijs, collectis, & fi- 5
scalibus functionibus Bal. cons. 434. vol. 3.

† Qui quidem iudiciarius ordo consistit in progressu à li- 6
bello vsque ad sententiam. & eius exequutionem l. pen. cir-
ca medium, vbi glos. & Bald num. 4. C. vnde vi. † Hic ergo 7
est duplex, alter de substantia Iuditij, vt libellus, litis contestatio. alter verò de iustitia, vt testium & scripturarum productio, de quo latius Carauit. ad ritum 288. num. 2. post Afflict. in constit. pacis cultum nu 43. quo quidem ordine hunc tertium librum ordinauimus, vt in eius progressu videre est, sed nunc tex. huius tit. agrediamur.

Priui-

Priuilegiatus non trahit ad Curiam Regiam alium priuilegiatum, nisi curialis tantum, quando tamen priuilegiatus vult trahere debet iurare perhorrescere potentiam aduersarij, quòd fallit in curiali, qui non potest agere iure cesso. b d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 228.

* ADDITIO Item quòd nullus priuilegiatus. *Vide de priuilegiato, qui non iurat, idem sentit Andr. in constit. statuimus, de offi. mag. Iustit. dum de vidua, quæ habet fori electionem, secundum l. 1. C. quando Imperat. videtur tenere, quòd non iurabit. Idem dico in Neapolitano, qui virtute capitulorum concessorum Neap. trahit. & non iurabit, quia habet illam prærogatiuam iure illorum capitulorum.* De Bot.

ITem quòd nullus priuilegiatus * trahat alium T priuilegiatum ad curiam ipsam, nisi sit T Curialis, sed cum priuilegiatus trahit non priuilegiatum ad Curiam ipsam, priuilegiatus T iurat, quòd perhorrescit, excepto curiali, qui non iurat.

Et priuilegiatus trahit ad curiam ipsam in T iure cesso, ex causa tamen necessaria, non lucratiua, excepto Curiali, qui ad curiam ipsam de iure cesso non trahit, sed nullus priuilegiatus trahit ex pœna sibi cessa conuentionali, siuè legali.

CARO-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 Priuilegiatum. † Priuilegiatus non trahit alium priuilegiatum regulariter, nam conquassantur priuilegia, & reducuntur res ad ius commune, quo inspecto prouocatus ad iudicium habet iuris priuilegium de quo dixi in l.fin. ff. de constit.Princip.cap.8.2.par.

2 T Curialis. † Hic autem quis propriè dicatur diximus supra in constit.statuimus sub tit. de offic.Magistri Iustitiarij sub verbo Curiales, & vide infra Rit. 232, Circa quod animaduerte, quod

3 † Curialis S.C. potest trahere subditum Magnæ Curiæ Admiratiæ ad Sacrum Consilium, vt decisum testatur Afflict.decis.56.vbi Vrsillus.

4 T Iurat. Debet itaque iurare qui vult Curiam Regiam adire perhorrescere potentiam aduersarij, quod hodie etiam practicamus in Sacro Cons. vt diximus in constit.statuimus in rit.de offic. magistri Iustitiarij.

T Iure cesso. Hoc etiam seruatur hodie, non solum quò ad curiales; sed quò ad alios aliquando tamen respectu et aliorum ex causa lucratiua admisimus quando nō adest fraus, sed propriè, & realiter fuit facta donatio, vt animaduertit hic Carau. num.6.ad cuius scripta me remitto, Item quando donatio est facta miserabilibus personis, vt tradit Vinc.de Franch. decis.195.

Pupilli, vel vidua, ab aliquo similiter priuilegiato citati in Magna Curia Vicariæ possunt forum declinare.h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit.231.

Item si pupillus, vel vidua trahit in ipsa Curia ciuiliter, vel criminaliter alium pupillum, vel viduam, & pupillus vel vidua conuentus vel conuenta velit declinare forum, renunciet ius commune, & actor sequatur forum rei.

IOANNA II. Rit.290.

Item a quòd nullus admittatur ad agendum iure cesso, * nisi fuerit causa necessaria, & ex causa non lucratiua facta.

a *Item quod nullus admittatur ad agendum iure cesso, &c.* Practicatur, & adde alium ritum simil. infra incipientem, & priuilegiatus, & hunc ritum allegat, & sequitur Matth. in constitutio.statuimus.in 7.colum.dicens, quod hodie est in viridi obseruantia. ¶ Adde quòd iste ritus non intelligitur de personis miserabilibus volentibus agere iure cesso ex causa lucratiua. Nam illæ personæ possunt agere iure cesso ex causa lucratiua, si cessio fiat verè, bona fide, & sine fraude, ita not.inquit Matth.in constit. statuimus.in 5.colum.|& est de mente Andr. de Isern. ibi, in 2. colum.ver.Item quid si vtatur. Limita istum ritum, & l.per diuersas. C. mand. nisi debitor, contra quem habeo iura, quæ cedo alteri, esset in præsentia & non contradiceret, & sic eo volente fieret cessio. nam ipse nunquam poterit opponere exceptionem simulationis contra talem cessionem, & hoc casu non haberet locum d.l.per diuersas. ita sing dixit Bald. in l.cum esset.§.fin. argum.illius tex.& ibi etiam not. Ang. & Flo. ff.de ser.rust. præd.de quo facit magnum festum Hippol. de Marsil.in suo sing 45.incipiente, Tu scis, quòd cessio iurium &c.subdens se habere in facto in causa propria. Qualis autem cautela potest adhiberi, vt repellatur agens ex iure sibi cesso, ponit pulchrè Tancr.in suo compen.in Rubr.de quæst cir.cautelas, in 11. q. vide omnino eum. Quot autem modis impugnetur cessio, vide Bald.magistraliter loquentem in l. 2. in 2. colum.ver.deinde conclude, &c.cum seq.C.ne lice.poten.

* ADDITIO. Iure cesso. *Adde quòd hic ritus intelligitur alternatiuè, siue cessio sit necessaria, siue onerosa, siue lucratiua, & ita practicatur in Magna Curia Vicaria & vbique, & quando causa dicatur lucratiua vel onerosa, vide Andr. in constitut. Regni, statuimus. ibi, item quid si vtatur. & Bald. in l. fi. C. de iure dot. Et quid si non valuisset cessio, vel ex ea non potest agi, an debeat opponi à principio, vel post litem contestatam, vel post sententiam, vide omnino Salic. in l. 2. C. ne lice. potent. Ego tamen audiui alias fuisse decisum in Sacro Consilio, quod si creditor donat alicui creditum, ad quod aliquis sibi tenetur, & cedit actiones, quòd poterit talis donatarius agere, & ad hoc alleg.tex.in l.ab Anastasio. ibi, sed si voluerit, C. manda. nam si principaliter fit donatio, licèt in consequentiam veniat cessio, attenditur quod principaliter agitur, non illud quod venit in consequentiam, pro quo est singularis doctrina Bald. in l si cuiuscunque, circa fi C. ne lice. potent. & sic iste ritus non habet locum, quando cessio fit principaliter per viam donationis, licèt in consequentiam veniat cessio. & ita alias fuit pronunciatum in Sacro Consilio.*

Ad hanc literam vide Afflict. in constitut si damna. 9. no. & Modern in cap. Regni, frequent, nume. 62. in fi. vide Andr. de Isern in constit statuimus, & ibi Afflict. num 18. vbi limitat non habere locum in miserabilibus personis. Adde quòd agenti iure cesso ex causa onerosa, statim potest opponi exceptio declinatoria fori, Afflict. in decis. 74. Et an debeat prius discuti, si ius crediti sit bene cessum, vide Doct. relatos per Cottam, in verbo, hæres censetur. Bald. in l qui stipendia, de procur. vbi cessio præsumitur facta in fraudem eo ipso, quòd est facta potentiori, Guliel. Benedict. in fol.106. num.3. Et pro intelligentia huius ritus vide Moran. in pract. in 3.parte, num.93.cum seqq. De Bottis.

Clerici pro rebus ecclesiasticis eligunt in forum Magnam Curiam, sic etiam qui gagia recipiunt à Magna Curia.h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.229.

Item si clerici de rebus T ecclesiasticis cum iuramento dixerint, quòd perhorrescunt, trahunt ad magnam Curiam, non autem de rebus eorum clericorum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T Ecclesiasticis. De hac quæstione quod Clerici pro bonis patrimonialibus non habeant electionem fori diximus supra ad const.Regni statuimus, & ad ibi dicta me remitto.

Pupillus

1. *Pupillus, & Vidua citati pro causa criminali debent personaliter comparere, & allegare de ipsorum priuilegio. h.d. Tapia.*

IOANNA II. Rit. 230.

ITem a quòd si qua mulier, * vidua, seu pupillus citatur de mandato dictæ Curiæ pro aliquo criminali debito, volens declinare forum istius Curiæ ad alium Iudicem competentem, comparere debet personaliter in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quidquid sibi de iure competit, super declinatione fori prædicti.

a ITem quòd si qua mulier, &c. Adde quòd pupillus habet hoc priuilegium fori, etiam si sit diues, ita no. dixit Azo in sum. C. quando Imper. &c. in fi. refert & sequitur Andr. in constitut. lege præsenti. Et idem dic de vidua, quòd quantumcumque sit diues, tamen habet priuilegium fori Andr. in constit. statuimus. in 1. colum. nisi esset luxuriosa, vel inhonesta: quia tunc perderet omne priuilegium secundum eum. refert, & sequitur Matth. in consti. præall. lege præsenti. in 2. colum. Vel nisi esset Iudea, vt per eundem Matth. ibi, vide eum allegantem iura, & illud quod dixi de vidua diuite & inhonesta allegando Andr. Adde quòd eum remissiuè sequitur Matth. in dicta constit. statuimus 6. colum. vers. 3. quæro, an vidua, &c. Adde quòd iste titulus in quantum vult quòd debet cōparere personaliter, hodie non seruatur ex constit. Reginæ Ioann. II. nam hodiè sufficit, quòd proc. legitimus compareat, & alleget declinatoriam fori, ita no. loquit Matth. in 8. colum. ver. 7. quæro an mulier &c. Et in d. constit. statuimus. 2. colum. ver. item quid si vidua. Matth.

* ADDITIO. Item quòd si qua mulier. *Vide Afflict. in constitut. statuimus, num. 18. vbi de materia istorum rituum.* De Bottis.

Curiales siue cum gagijs siue sine ipsi trahunt, & non trahuntur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 232.

ITem quòd omnes curiales dictæ curiæ, siuè sint ad gagia ipsius curiæ, siue non, omnes, qui dictam curiam sequuntur, vt Aduocati, procuratores, & alij scriptores curialium priuilegio permittente in ciuilibus, & in criminalibus causis trahunt eorum aduersarios in dictam curiam, sed ipsi in alijs curijs non trahuntur ad instantiam aduersariorum suorum, vel ipsorum.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE hac materia diximus supra in constit. statuimus, & inquantum dicit Carauita hic in fine, † Curiales regiarum Audientiarum non gaudere priuilegio huius Rit. quia specialiter est concessum Curialibus Magnæ Curiæ Vicariæ, dic tempore meo contrarium fuisse practicatum, quia omnia, quæ de magistro Iustitiario prædicantur per huiusmodi Ritum, dici etiam possunt de Iustitiario Prouinciæ cum idem sit officium.

IOANNA II. Rit. 233.

ITem clericus, * pupillus, vidua, clericorum, vel viduarum priuilegio permittente, ac curiales Regij, & Reginales, & alij regales curiales, Regalium & curialium priuilegio permittente in ipsa curia ciuiliter, vel criminaliter aduersarios suos subtrahunt.

* ADDITIO. Item clericus *Patet quòd loquitur in pupillo, & vidua, l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vid. nam secus erat in isto casu de iure communi, vt per glo. & Bartol. in l. hæres absens, de iudic. vide etiam cap. quia, de iudic.* De Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus repetit quæ in superioribus Rit. dicta sunt vt animaduertit Caraut. hic: cætera vide ad constit. statuimus de offic. magistri Iustitiarij.

Pupillus ex contractu paterno conuentus non declinat forum. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 234.

ITem vbi pupillus, * vel pupilla citatur de mandato dictæ Curiæ ex officio, siue contractu paterno, vel materno hoc expresso in citatione ipsa, non auditur volens declinare forum ipsius Curiæ.

* ADDITIO. Item vbi pupillus. *Adde quòd ex contractu paterno hæres conuenitur in foro patris, etiam si hæres habeat priuilegium reuocandi forum in corpore iuris clausum, hoc quando de contractus fundatur in persona defuncti, secus si hæredis, l. fideicommissum, vbi Bar. ff. de iudic. adde Afflict. in constitut. Regni, statuimus, nu. 18.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

5 HIc Rit. est hodie in viridi obseruantia, † quotiescunque enim aliqua persona priuilegiata conuenitur ex contractu paterno, tunc non remictitur ad suum Iudicem prout decisum testatur dominus Præses de Franch. decis. 254.

Super petitione, quæ de clericatu agit, vel simili datur terminus probatorius. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 199.

ITem seruat ipsa curia, quòd quando datur aliqua petitio, puta, clericatus, vel similis in processu inchoato, vbi non requiritur libellus, non fit aliquis actus, nisi quia datur terminus ad probandum, si expedit, & alius actus non fit in ea petitione per ipsam Curiam.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 INquantum hic de probatione clericatus agitur diximus supra tit. de episc. & cler. ad Rit. 135. † & quoad terminum probatorium dic id seruari in clericis in minoribus ordinibus constitutis qui ex Sacri Concilij Tridentini dispositione non gaudent, nisi probatis requisitis in dicto Canone Sacri Tridēt. Concil. appositis.

Clericus vel alius priuilegiatus conueniens aliquem in Magna Curia potest ibi reconueniri. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 67.

ITem quòd si clericus in maioribus, vel minoribus ordinibus constitutus, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, vel vidua eligat forum ipsius curiæ agendo contra aliquem, in ipsa curia compellatur per modū † reconuentionis in eadem curia aduersario respondere.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

REcōuētionis circa hāc regulā plura tradit Carauita hic, & vide alia per Marāt. in 6 dist. de iudit. cōuent. siuè reconuent in suo speculo. vnum tamen non omitto, † quòd si aliquis fuerit citatus à Iudice incompetenti, & ipse postea recōueniat actorem si super hoc iudicio fuerit sententia lata, non per hoc dicitur sententia nulla tanquàm à non competenti Iudice lata, quia illa reconuentio prorogat iurisdictionem, ita tradit Afflict. decis. 27. & in clerico in spetie, quòd possit reconueniri etiam si ipse conueniens reconuentus desistere vellet tradit Afflict. decis. 137. & Vinc. de Franch. decis. 193. nu. 3.

Libello oblato, qui necessarius erit in omnib. causis præterquā in modicis, fiat litis contestatio, præuia tamen citatione, nisi exceptio dilatoria opponatur, præstita fideiussione de iudicio sisti si conuentus immobilia non possideat. h.d. Tap.

IMPER. FEDER.

DIlationes a in iudicijs hactenus obseruatas, quæ non tantum iura nostrorum fidelium differebant, verum etiam perimebant, præcidere disponentes: Præcipimus, vtraque parte præsente, quocunque iure agatur, siuè etiam quis criminaliter priuato, † aut publico iudicio accuset: b statim c oblato libello,

a *Dilationes.* Minuit dilationes litium hæc constitutio. Et vult quòd statim oblato libello in qualibet causa præstando, vt in Auth. offeratur, nisi sit modica infra duos augustales. concord. ff. de dolo. si olenm. in fi. statim sequitur contestatio litis inter principales personas per verbum Nego, vel Confiteor, inter procuratorem per verbum, Ignoro, in ciuilib. causis citatione præmissa cum forma de qua hic dicitur, præstita satisdatione de iudicio sisti, si reus non possidet immobilia, vt in l. sciendum. ff. qui satisdare cogantur. & sublatis dilatorijs omnib. de quibus loquitur auth. offeratur. veniat post triduum. Nisi velit dilatoriam, quæ ante litis contestationem, est opponenda, vt C. de probationibus exceptionem.

b *Statim.* Corrigitur ergo per hanc constitutionem authent. offeratur C. de lit. contest. quæ sumitur in antheot. de exhib. re. §. scimus. colla. 5. in eo quod ibi dicit, oblato libello dari reo inducias 20. dierum. Statim. ita infra decem dies. 1 quæst. 6. non solent.

c *Oblato libello.* Circa præsentis legis materiam multi sicut oues errauerunt. Et quod deterius est, errorem nostrum non in vsum transtulimus propriè. sed abusum. verum, quia quod non ratione introductum est, sed errore primum deinde consuetudine obtentum est, in alijs personis, in quibus similia contingunt non obtinet, vt ff. de leg. & se. consul. quod non ratione. sed de mente huius l. secundum veritatē intrinsecam, quid tenendum sit, videamus. casus talis est. præcipit ista lex in omnib. causis, siue ciuilibus, siue criminalibus publicis, seu priuatis, libellū de necessitate offerre.

ADDITIO. *Adde an debeat produci in scriptis? vide in authen. offeratur. C. de litis contest. glo in verbo, necessariæ, in clem. sæpè. de ver. sign. Doct. in cap. 1 de libel. obl. Barto. & Doct. in l. 1. ff. de eden. Ang. in l. sententia. in § si hæres. ff. de appella.* Superan.

Et statim oblato libello litis contestationem sequi debere in libello excipit, nisi causa sit infra duos augustales. in litis contesta-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

DIlationes iudicij. Pridie ante citari. Hodie per nouam constitutionem sunt tres dies, infra quod tempus partes se præsentent, scilicet in ciuilibus. Sed in vsu obtinet hæc constitutio in Baiulo, qui pridie ante citat. ¶ Constitutionibus nouis factis post excommunicationem Imperatoris fides non datur.

Infra duos augustales. Idem de duobus augustalibus, nec plus, nec minus, vt in simil. dicitur in glo. de solemnitate instrument.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE huius constitutionis materia apertius liquebit in sequentibus tit. in quibus iuditiorum ordo est descriptus, ideoquè circa ea non insisto: sunt tamen per ipsam sublatæ dilationes, quæ prius dabantur triginta dierum de iure communi

bello, quem a in iudicijs omnibus offerri volumus, prout actionis qualitas, vel accusationis forma deposcit, nisi causa

testatione distinguit, quia in principalibus personis fit per negationem, vel confessionem, in procuratore vel defensore, per ignorantiæ verbum. ponit formam citationis, & quando citatus se debeat præsentare. In eo verò quod dicit litis contestationem statim sequi debere, nisi exceptio dilatoria opponatur. ¶ Deliberatorias omnino aufert. sed cōcedit alias inducias vt est iuris. Præcipit etiā reum, qui res immobiles non possidet, canese de iudicio sisti per fideiussores, & hoc post triduum Et per hoc quod dicit, quòd reus loco iudicij super principali causa deliberet responsurus, manifestè colligitur ex prædictis, quòd omnia quæ hic continentur recipiunt exceptionem: & hoc est secundum iura, vt ff. de regul. iuris, omnis diffinitio. Error enim est dicere, quòd in omnibus causis oblato libello statim debeat lit. contest. fieri. Sic enim lex ista in multis contradicit sibi: Dicit enim oblato libello inducias dari, licet non deliberatorias. Item opponit exceptionem dilatoriam, quæ opponitur ante litem contestatam, & infra triduum, maximè dilatoria Iudicis. vt C. de probationibus exceptionem. & infra, si ciuiliter. & l. hostici. C. de exceptionib. l. vlt. in fi. Item præstantur fideiussores de iudicio sisti post triduum, quæ cautio præstatur ante litem contestatam, vt ff. si quis cautionibus. si quis rum. §. quis iure, & qui satisda. cogan. Iulianus. & no. in eo. tit. l. penult. in fi. secundum Azo. Qualiter ergo locum habet

bet quod hic dicitur, scilicet, oblato libello sequi statim debere lit. contest. Respon. cum reus petebat inducias deliberatorias tantum, quas secundum leges veteres debebat habere, vt ff de edendo. l. 1. & C. de lit. contest. auth. offeratur. Item cum reus erat possessor bonorum immobilium, nec cauere tenebatur de iudicio sisti. Item cum nulla exceptio dilatoria opponebatur: hæc enim omnia litē contestari differunt, vt hic dicit. Vel si vis omnia esse plana, dic statim, id est, infra triduum: sic ponitur. C. de errore aduocator. l. fi. C. de iudi. l. fin. Nec te moueat quod dicit, pridie autem futurus reus citari debet, quia verum est, quòd vno die ante citandus est, quàm debeat præsentari, vt dicit noua constit. in ciuilibus, sed eo præsentato locum habeant omnia supradicta. Et no. quòd ex eo, quod sequitur, quòd in iudicijs omnibus, &c. videtur libellus offerendus, & lit. contesta. facienda, etiam in causa appellationis, & causa nullitatis de quo dic vt plenè not. extraord. C. de tempor. appell. l fin. §. illud. Item an in executione sententiæ sit offerendus libellus? † d c vt notaui extraord. C. de iuris & facti ignor. l. 1. & ff. de iureiur. sed & si possessori. in princip.

† ADDITIO *Vide si requiratur libellus in executione, per Spe. in tit. de exec. sent. §. breuiter dicendum. in princ. & versi. Albericus.* De Bot.

a *In iudicijs omnibus.* Etiam in illis casibus, in quibus non dabatur

ANDRAEAS DE ISERNIA.

strument. l. instrumentorum. & infra qualiter de po. ean. eele. l. in causa depositi. ¶ Quærit glo. numquid ex hac generalitate dandi libellum, dari debeat libellus in causa appellationis, & litis contestari. Item in causa nullitatis. Item in executione sententiæ. quando petitur sententiam executioni mandari? Sed non respondet. Circa primum dic, quòd speciale priuilegium est in causa appellationis, ex vna tantum parte præsente cognosci, & sic lite contestata. C. de tempo. appell. l fin §. illud. necesse est autem appellari infra terminum, præsentare processum Iudici appellationis, & instare, vt Iudex pronuntiet pro se scilicet, benè appellatum, & malè iudicatum. infra de appell. iuris peritorum. in fi. Sed si ambæ partes sunt præsentes dabitur libellus, & lis contestabitur, quia petetur sententiam infirmari, & alias pars negabit hoc debere fieri, vt quidam dicunt. Et sic intelligunt. C. nè liceat in vna eademque causa tertiò prouocare. l. 1. Isti lites ex litibus suscitant, cum causa appellationis sit eadem cum principali. C. de procuratoribus Lita demum. ¶ Alij melius dicunt, aut in causa appellationis nihil noui proponitur, sed tantum ex actis causæ principalis proceditur, & tunc non fiet litis contestatio ex quo in principali causa lis semel fuit contestata, & sic nec libellus dabitur, argum. ff. de iureiuran. l. si duos. §. vlt. vbi qui iurauit non fecisse furtum, si post conueniatur condictione furtiua, obstabit exceptio iurisiurandi. Semel enim iuratum fuit furtum non factum fuisse. si autem noua exceptio proponatur, vt in l. per hanc. C. de tempo. appellatio oportet, quòd pars alia respondeat, & sic ipsa natura negotij inducit vt lis contestetur, quod fit per negationem, vel affirmationem, C. de litis contesta. l. 1. sic potest intelligi, d. l. 1. C. nè liceat in vna, & eadem causa tertiò prouocare.

AD-

ADDITIO. *Adde an duæ negationes faciant vnam affirmationem. vide tex in l. duobus verbis. ff. de verb. sign. tex. in cap. & si Christus. de iureiur. tex. in cap 1. eod. tit. in 6. glo. in ver. nec non. in clem. 1. de offic. deleg. Card. Zabar. in cap. non iniustè. in 1. notab. de procur. Benedic. Capra in cap. 1. in 1. notab. eod. tit. lib. 6. Bal. in l. qui se patris, C. vnde liberi. Et quid si sint tres negationes an affirment, vel negent? vide per Bar. in l 1. ff. de cadauer. punito.*

Non intelligas, quòd in hoc vltimo dicto, quando nouum jus proponitur, debet dari libellus, quia nec in principio datur, quando peremptoriè proponitur, sed ordo causæ seu temporum instruit vt proposito nouo aliquo respondeatur, quæ responsio, vt dictum est, habetur pro contestatione litis. Dicta verò l. 1. ne liceat tertiò prouocare. non facit ad hoc. Quod enim ibi dicitur ante litis contestatio. exponitur, id est, ante cognitionem causæ, & antequam incipiat de causa cognoscere, nec loquitur quòd debet Iudex datus recusari antequàm de causa cognoscat, & ideo dicit ante litem contestatam, quia post litem recusatio non fieret, non autem ponitur, vt in causa appellationis necesse sit litis contestatio. Dicta verò recusatio non habetur pro appellatione. Iudices imperiti vel malitiosi dicunt, & si non detur libellus, debet dari petitio in scriptis: sicut quando petitur aliquid per officium mercenarium, scilicet, deseruiens exercitio litis, sicut clientulus deseruit domino, tunc non datur libellus, vt not. in rubr. ff. de inter. actio. Datur tamen petitio secundum Moder. argu. C. lib. 12. de agen. in re. l. fin. Sed minus benè dicunt, quia cum causa sit eadem, vt dictum est, & appellatio extinguit, vel suspendit pronunciationem, vel sententiam. ff. ad Turpill. l. 1. §. fin. cum concord. sicut Iudex principalis causæ quando petitur quid nouum, puta reprobari testes, vel aliud simile, non datur

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

muni ad deliberandum iuxta auth. offeratur. C. de lit. contest.
1 vt tradit Afflict. hic, † qui dicit non esse concedendum terminum procuratoribus ad deliberandum, solet tamen concedi terminus ad denunciandum, quando petitio, siue libellus offertur, & notificatur procuratori absente principali. Id verò quod

† quod hic dicitur non esse necessarium libellum seruatur in 2
causis infra duos augustales cum in eis procedatur absque scripturis, & ideo solent expediri prouisiones tum per regios Auditores, tum etiam per Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, quod Capitanei locorum absq; scripto in eis procedant, & hæc est vna

batur libellus,secundum leges, quæ nnt. in §. sancimus de exhib. reis.

* ADDITIO. *No.quòd in modica causa non offertur libellus, sed tamen modica petitio quædam est offerenda, vt Iudex certam ferat sententiam.l.fin.C.de Princ.agen.in reb.& est casus de verb. sign.cap.si.in 6.& bene consiir. allegat Paris in tract.syndic.c.2.* De B.

a *Duos augustales.* Sopitum est igitur hoc, quod dicitur in Auth. de mandat.Princ § si tibi. quia hic dicitur, quæ sit breuis lis.quod non determinatur ibidem.

b *Per negationem.* Dummodo omninò litis contestatio fiat,vt argum.ff.ad Trebellia. mulier. in fine. & not.C.de lit.contesta. l.1.

sa valde sit modica, * infra a duos augustales, scilicet, quæ ipsum non desiderat offerendum ad litis contestationem, quæ in principalibus personis b per negationem,vel confessionem: in procuratoribus * & defensoribus aliorum per ignorantiæ verbum fieri potest,sequi debere. vt tamen in causis ciuilibus, quæ coram Baiulis, vel locorum dominis aguntur, c pridie antea futurus reus citari debeat, & in ipsa citatione cõtineatur expressim,à quo,& de qua re, & quo

* AD-

* ADDITIO. *Sed an contumacia procuratoris noceat domino,vide per Bern.in cap.1.vt lite non contest.in glo.& hoc per Specul.in tit.de primo & secundo decret. §. restat videre, quid si reus agit per procuratorem.* De Bottis.

c *Pridie.* Id est præcedenti die,vt ff.de ferijs. l. pridie. & ff. qui testamenta facere possunt. qua ætate. in fi. & de vsucap. l.ideòque.& de manu. l.1. Habet ergo reus citatus à Baiulo siuè huiusmodi locorum domi nis dilationem duorū dierum tantum ad cõparendum, videlicet diem citationis & sequentem quo comparere debet,vt hic. Sed videtur correctum hoc per constitutionem nouam in ciuilibus causis, &c. quam quidam habent supra de literis citato.

post

ANDRAEAS DE ISERNIA.

tur libellus prout iudiciarius ordo demonstrat: Sic nec Iudex appellationis,quando petitur quid nouum, puta reprobari,vt sit finis litium,& infinitas euitetur Vnde tamen non per modum libelli debent in scriptis ponere quomodo petit hoc & hoc,aut excipiendo cum excipit, aut de nouo proponendo. Idem in causa nullitatis quæ etiam pendente appellatione potest agitari,nec per hoc renunciatur appellationi, extra de appell,dilectus. per Innoc.

ADDITIO. *Adde an quis possit simul prosequi nullitatem & iniustitiam? vide per Lap. alleg. 143. & an Iudex appellationis cognoscat de nullitate? vide per Dom. de Rot. decis. 105. in antiquis,& per Bal.in c.. .de re iudic.*

Nam nullitas est species appellationis.argum. ff.de arbitr.l. non distinguemus. §. cum quidam. Secus si sententia esset executioni mandata, quamuis tunc de nullitate audiatur perpetuò vsque ad 30.annos.post non,quia omne ius tollitur tanto tempore.C.de præscrip 30.ann. l.sicut in rem. & l.omnes. & quamuis ex eisdem actis velit ostendere nullitatem: quia ex cursu biennij, vbi non appellaret,non confirmatur sententia.argum.ff.de appell.l.si expressim. quæ loquitur quando appellatum sit. Idem si non fuit appellatum, quia quod iniustè fit,omni tempore irritari debet ff.de reg.iur.l.quod ab initio. tamen possessori vincenti qui authoritatem rei iudicatæ per Iudicem ritè exequentem possider,& sic iustè, de acquir.poss. l.iustè. non debet fieri nouitas extraordinaria, sed dari debet libellus,per quem petat reuocari executionem, & non solum prætendat tunc nullitatem,sed de nouo postulat reuocari executionem .. ideò quia sententia est nulla propter generalitatem dicta auth.offeratur ei libellus. ¶ Alij distinguunt in hoc vltimo casu: aut incontinenti petit hoc,aut ex interuallo. Et dicunt esse incontinenti si infra duos menses à tempore executionis ritè factæ hoc petatur.argum. ff.de iure fis.l.aufertur. §.qui compensatione.

ADDITIO. *Adde quando dicatur aliquid fieri incontinenti? vide per Barto.in l.1.in §.cum ergo.ff.de vi & vi arma.& an hæc dictio incontinenti mox,statim, & confestim, importent summariam cognitionem, absque ordine iudiciario? vide in l. momentaria.& ibi glo.C.vnde vi. Ioan.de Pla.in l.1.in 1.colum. C. de his qui se deferant.lib.10.*

De

De hoc non multum curandum est,quia parum perditur, si dat libellum: & parum lucratur si non dat.¶Petitur autem annullari sententia à superiore vel ab eodem, si est ordinarius.C. de accusa.l.si accusatoribus.& l.absentem.cum concor. ¶Circa tertium duobus modis petitur executio,scilicet, per actionem in factum ex re iudicata. Et per officium iudi. Primo modo qui peteret,stultus dicitur vt dicit glo.ff.de excep.rei iudi. l.si à te.§.1.in glo.quæ incipit, sciendum &c. Oportebit enim eum dare libellum.& iterum omnia iudicialia facere. Nam dicitur actio.ff.de re iudi.l.4.in prin.& l.miles. §.1. & l.iudicati. Et ideò edenda est ex more per auth.offeratur. C. de lit.contesta.ff.de eden.l.1.in princ. & C quando ex fac.tuto. l.1. de hoc plenè dicitur in libellis Roffr.de actio.in factum,quæ descendit ex re iudic. Secundò modo petitur per officium deseruiens iudicio, & liti, executioni mandandæ quæ iudicata sunt, si in rem iudicatam transierunt, vt non possit appellari a de quo loquitur.ff.de rei vendi:qui restituere.de re iudi.à Diuo Pio.In princ. & §. 1. dummodo Iudex manu militari & pignoribus captis auferat rem,quæ erat in condemnatione deducta.C.de execu.rei iudi l.1.2.& 3 & per totum. Hoc officium mercenarium est, & deseruit liti, & iudicio cœpto, & finito: Sed quia nihil est actum,cum quid superest ad agendum.C.ad Syllan.l pen. non dicitur in effectu finiri, nisi facta executione,nam parum prodesset sententiam dari, nisi executio facti sequatur.dicit glo. rubr. de except. rei iudic. & sic quæ emergunt de nouo in iudicio spectãt ad Iudicis officium: nec enim est diuersa causa,imò potius eadem censetur. argu.ff.de ædil. edic.l.ædiles.§.item sciendum.

ADDITIO. *Adde l.de ætate.in §.ex causa.ff.de interrogat. actio.l.non distinguemus. in §.cum quidam.ff.de arb.cap.insinuante. de offic.deleg.cap.pastoralis,de priuileg.glo. 2.in cap. cæterum, de iuram.calum.*

Nec datur libellus quando sic aditur Iudex.arg.ff. de oper. noui nunc.l.de pupillo.§.meminisse. Plus dicunt Moder. cum antiqui Iuristæ dicant partem vocari,quando executio sententiæ petitur,vt videat an excedat modum in exequendo, quia tunc appellaretur.C,quomodo appell.non recip. l. ab executione.

ADDITIO. *Adde tex.in cap.nobis.de appell. Archid.in c.cum*

apud.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

vna ex limitationibus quæ datur ad regulam, quod debeat offerri libellus: cæteras vide per Afflict. hic; hodiè tamen sufficit qualis qualis petitio juxta Prag.dispendia litium, sic etiã ser-

seruatur, quod † hic dicitur de conuento qui non possidet immobilia,vt teneatur præstare cautionẽ additur tamẽ quod capitur informatio, quod sit de fuga suspectus, & non possidet

quo etiam impetitionis genere impetatur: nisi a dilatoria compétés exceptio opponatur, b deliberatorijs tamen iuditijs

post l. edictorum. Alij habent supra de seruit. not. extra de cau.poss. cap.culpam. in qua noua constitutione datur dilatoria trium dierum, computato die citationis, & die, quo sistere debet, & benè ibi distinguitur. ¶ Quid quando citatur in ciuitate reus, quid quando extra ciuitatem, & quid quando extra prouinciam. Et facit ad prædictam cōstitutionem nouam, in qua statuitur dilatio trium dierum. ff. de pub. iud. l. inter accusatorem.

a *Dila-*

a *Dilatoria competens.* Nota ex hoc, quod tunc venit dies exceptionis dilatoriæ opponendæ, cum imminet necessitas lit. contest. ideòque nec ante potest ei præscribi, quia non fuit in potestate rei quando conueniretur, vt ff. de doli exceptione, parè. §. vlt. & C. de temporibus in integrum restitutio. l. petendæ.

b ADDITIO. *Quæ si opposita non admittatur ea probata reddit nullum iudicium. ita Innoc. in cap. tuæ ext. de cohab.cler.& mul.* De Bot.

a *Posses-*

ANDRAEAS DE ISERNIA

apud 11.q.3.& per Dom.de Rota decis.339.in nouissimis.

Et si sententia sit nulla quæ non debet executioni tradi. ff. de iudi.l.si prætor.§. Marcellus.de fer.l.si feriatis.de nullitate potest opponi etiam post sententiam.C.de iuris & fac. ignor. l.1.in glo. ¶Et sic debet scire, quod eum tangit. C. de author. præst.l.fin.ff.de adopt.l.nam ita. Aut si fuit nouata causa post sententiam.C.de exec.rei iudi.l.si causam. aut si contra ordinem positum in l.à diuo Pio. primo capiendo stabilia.Et si facta sit executio, non vocato eo,reuocari debet secundum eos. C.si per vim vel alio modo.l.fi.ff.de mino.l.etiam.§. fin. Inn. & Host. subtilius intuentes dicunt, quòd non, quia executori non datur à iure in hoc modus, & ordo, vt vocet partem nullo enim iure cauetur. Nam scire debebat victus,quia executio sequebatur sententiam in rem iudicatam transeuntem, Ad hunc enim finem pronunciatur. nam parum est,&c. vt supra dictum est, sicut parum est esse iura,nisi sit, qui ea regat,ff. de orig.iur.l.2.§.& post originem.

ADDITIO. *Adde tex in cap.vbi periculum. in §. prætor. de elect.lib.6.cap.decernimus.de sent.excom.eod.lib. Arch.in cap.humanum genus.1.dist.*

Nec permittitur cuiquam ignorare, vel dissimulare iura. C. de iur.& fac.igno.constitutiones, vt finis litium sit. ff. pro socio. l. fin. ne ex materia primæ litis lis alia consurgat. C. de fruct.& lit.expen.l.terminato. Si nouum aliquod eueniat post sententiam,vt pactum de non petendo, vel alia nouatio,statim victus,qui nouauit causam, vadat coram Iudice executore, & significet ei nouationem,protestando,quod non exequatur de cætero, & appellet, si non fecerit. Dicunt ipsi de appellatione ea ratione, quia si non significetur executor, non debet diuinare.ff.man.si fideiussor. §. non malè. Nec est præsumendum victorem nolle executionem fieri, sicut nec iactare quod suum est.ff.de proba.cum de indebito. §.1.

ADDITIO. *Adde l.si cum aurum.ff.de solu. Arch.in c.nosse. 54.dist.Bald.in c.quia verisimile.de præsumpt.*

Et quia nouare facti est.argumentum.ff. de curato. furio. l. consilio.in fi.quod tamen factum non præsumitur, nisi allegetur.de vsufruct.l quid inde factum.argum. ff. ex quib.cau.malo.denique. Et tunc post talem appellationem reuocabitur executio per officium Iudicis. extra de appell. cap. bonæ. de except.dilectus. Item si ante executionem dicat sententiam nullam, quia audiendus est,& retractanda executio, aliàs potest appellare,& reuocabitur executio contra facta, vt d.cap. bonæ memoriæ,& de except.pastoralis.Et oportet quòd quādo significat,appellet,vt non fiat executio, si dicatur hoc extraiudiciale esse,& non valebit,quod agitur: sed si non appellet,valet quod agitur. Licet reuocetur postea probata nouitate per ea quæ dicuntur extra de appell. constitutus. Et id quod dicitur in Auth.quomodo oporteat Episcop.§.si quis autem. in illo extraiudiciali dicunt esse speciale, quæ innuit Innoc. de accus. super his. Si verò non dicatur esse extraiudiciale, quia non desinit esse Iudex, quantum ad hoc cum habeat iurisdictionem exequendi,licet ipsa executio facti sit, & in iudicio sufficit proponere exceptionem legitimam, & si nō recipitur, vel si non admittitur probatio ea recepta reddit iudicium nullum, dicit Innoc. extra de cohab. cler. & mul. cap. tuæ.per ea quæ dixit Ioan.in l.prolatam,quia esset cognoscere secundum vnam partem tantum. ¶ Sed si facta sit executio nouitate non adiecta, vel intimata, vel opposuit non appellando videlicet, sed ea probata reuocabitur proposita restitutione in integrum.arg.ff.de dam.infe. l.si finita.§.& si fortè. quod ibi not.in glo.quia Iudex ignoranter priuat possessione victum ob eius culpam, qui debuit scire, vt supra dictum est. Et per hoc patet responsio ad rationes antiquorum. ¶Sed si prætermittat ordinem l.à Diuo Pio, vt supra dicitur, videtur executio nulla, sicut sententia, quæ fertur contra solitum ordinem iudiciorum, in l.prolatam. ille ordo terminatur executori à iure. & si potest tunc appellare, non confirmet appellatio id quod ipso iure non valuit, vt l. si expressum. ff.de appell. ¶ Verius dicitur, vt valeat, quia potest appellari, & appellanti non currit tempus, nisi postquàm sciuit.C. de appell. authen. hodiè. in glo. non enim facit expressim contra legem dicendo, capio stabilia: non obstante quod habet mobilia, tunc haberet locum l. si expressim. Sed tacitè exequendo primo in stabilibus,cum non deberet. Et sic valet.C.quando prouo. non est ne. l. 2. & si licitam prouocationem omisit, perpetuò silere debebit. C. ne lite pe. l. fin. Posset distingui, aut de propinquo postquam transiuit sententia in rem iudic. fit executio, victo non vocato, & habet locum dictum Modernorum. Nisi esset hæres victi,qui iustam haberet causam ignorantiæ ff.de regul.iur.l.qui in alterius. Et per ea quæ dicuntur de hærede ignorante. C. de iure emphyt. l.fi. in glo. Aut longè post. Et tunc dicta Antiquorum habent locum. argum. ff. de annuis leg. l.Mæuia. & de pœn. l. si diuturno. ¶ Et dicetur longè post triennium à tempore litis inceptæ,quia tantum durat lis, vt in l.properandum.C. de iudi. & tantum officium liti deseruiens, quod principali sublato, nō remanet. ff.de eo quod certo loco. l.centum Capuæ.C. depo.l.4. Hoc est verum, pendente lite, & non determinata ad hoc officium deseruiens iudicio determinato, vt dictum est, & durabit quantum durat actio in factum descendens ex re iudicata, cuius vita est 30. annorum, sicut aliarum personalium per l. sicut in rem. C. de præscrip.30.annorum cum loco illius sit hoc officium, pro quo est argum. ff.si quis testam.liber esse iu.fu.l.1.§.actio. Vel erit propinquum tempus illud modicum, quod datur iudicatis quando non appellatur.ff.de iudi.l.debitori. Item videtur distinguendum vtrum sit executor ipse idem, qui dedit senten-

tiam,

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

det immobilia, quo facto cogitur ad præstandam cautionem de iudicio sisti, ad quod vide, quæ doctissimè tradit Iacob. Menoch.

Menoch. de arbitrar. Iudic. casu 87. per totum.

T *Aut publico iudicio.* Publica iuditia dicta sunt ex eo, quia cui-

cijs omnino sublatis, sed incontinenti gaudijs datis in ciuilibus iudicijs, vt est iuris, & fideiussoribus post triduum præstitis. Nisi conuentus * possessor rerum immobilium inueniatur, quo casu fideiussoriam cautionem * iudicio sisti cessare debere censemus, in ipso loco iudicij cum amicis, Aduocatis suis super principali causa conuentus, deliberet responsurus. Mobilium etiam rerum possessor, si fideiussores dare nequiuerit, cautioni iuratoriæ committatur: nisi pauper, aut girouagus aliquis iniuriarum, aut de quolibet alio maleficio, cuius cognitio spectat ad Baiulum impetitus, fideiussores dare nequiuerit, qui vsque ad finem litis per Baiulum carceris custodiæ mancipetur.

Possessor. ff. qui satisdare cogantur. l. sciendum.

* ADDITIO. *Induxit nouum, scilicet, quòd vbi de crimine agitur ciuiliter si conuentus non possideat immobilia & fuerit pauper & vagabundus, debet in carcere detineri, donec durat instantia iudicij. quid de iure communi, non inuenitur. & intelligitur litera ista quando agitur de iniuria, vel de alio crimine ciuiliter, quia Baiulus non cognoscit criminaliter, vt in constit. locorum Baiuli. & not. quòd carcer causa custodiæ non est de mero Imperio.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

riam, an alius, argum. ff. de iudi. l. mortuo, & l. edictum. ¶ Durum videtur recedere à rationibus Modernorum quæ fortes, & validæ sunt. Quia hoc damnum sentit victus vel suus hæres ex eorum culpa, qui non debent ignorare illa, quæ sibi competunt arg. C. de rescin. vend. l. quisquis. maximè in rigore iudiciorum, cui debuerunt obuiare modo prædicto, & sic damnum quod sua culpa, &c. ff. de reg. iur. l. damnum remanet autem eis ius principale, vt probata nouatione, detur restitutio, vt dictum est.

DIlationes. Ibi, statim. Illud statim sentit D. And. in prin. super constit. quòd ponatur pro incontinenti.

Ibi, oblato libello. Quæro an si omittatur poni in libello, postea possit suppleri in articulis? dic quòd sic. vt est glo. not. in l. in actionem §. de veste. de furtis. & in l. 1. §. si quis argentum. ver. sed & si de purpura. ff. depos. Sed qua pœna punitur, qui non respondet libello? dic quòd patitur immissionem in possessionem, vt no. glo. in l. non videtur defendere ff. de re iudi. Sed an possit cogi respondere libello? dic quòd sic captis pignoribus, & per pœnæ impositionem. l. 1. §. cogenda. ff. de de ventre inspiciendo. quod tene menti. Sed an oblatio libelli possit fieri die feriata? dic quòd sic: Et idem in oblatione articulorum. Sed responsio ad eum no in l. miles. §. sexagiota. ff. de adulterijs. & ibi plenè per Dyn. in glo. 1. ibi, triduum. Et hoc in criminali, nam in ciuili statim oblato libello debet sequi litis contestatio, vt no. supra de offic. iudic. & triduo ab eo pet. in constitutio. cum circa iustitiæ in glo. dic quod porrecto, &c. Item qualiter intelligatur istud triduum? dic vt no. in constitut. exceptionem, infra prox. in glo. quæ incipit, à die illud triduum. In glo in verbo. oblato libello, circa medium. Note glo. quòd fideiussores de iudicio sisti, debent dari statim ente litis contestationem. In eadem glo. in fi. Nota glo. vtrum in causa appellationis, & causa nullitatis, & in executione sententiæ sit dandus libellus? de quo dic plenè per And. de Iser. hic. Pet. de Montef.

In textu, ibi, vel confessionem in procuratoribus, vel defensoribus. Dicitur in hac constit. quod procurator, & defensor debent litem contestari statim oblato libello propter ignorantiæ verbum. Quæsitum fuit de facto, dum defensor conueniretur, & habebat dominum absentem, nolebat litem contestari, vt hic dicitur, sed petebat sibi dari terminum ad certificandum de iuribus principalia, antequàm lis contestaretur: nunquid sit admittenda talis exceptio? Quidam adhærentea huic literæ, dicebant, quòd non, propter ignorantiam verborum. Tamen contrarium fuit determinatum, scilicet quòd dicta exceptio sit admittenda, hoc per legem quæ dicit, siuè sit defensor, siuè sit curator, vt C. vbi de criminibus agi oportet. authen. qua in prouincia. & vbi in rem actio. l. a. Nec obstat hæc litera, quia intelligitur quando non fuit opposita dicta exceptio, cum simpliciter loquatur, nec prohibet dictam exceptionem opponi, & ideò remanet ius commune. Sciendum, quòd curator datus bonis non satisdat, vt ff. de curatore bonis dando. l. 3. in princ. & rem rat. hab. l. actor. Hoc audiui à domino Barthol. de Capua. & fuit obtentum in contradictorio iudicio, in quadam ardua quæstione. Aliter tamen videtur notari per Innoc. extra, de fide instrum c. 1. Inan Grillus.

In glo. 1. in verbo, principales personas. Sed quæro, an hæres, & fideiussor possint dicere. ignoro, an debeant negare, vel confiteri? & videtur quòd sufficiat, si dicant, ignoro, cum hæres & fideiussor iustam habeant ignorantiæ causam, vt in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & causa non videatur more propria, quia non suo nomine ad eos damnum, & emolumentum pertinet. ff. quan. app. sit, l. 1. Contra quod debeant negare, vel confiteri, nam licet ex facto alterius conueniantur, ipsi principaliter litigant & conueniuntur. Et quemadmodum sua est, & principales personæ debent negare, vel confiteri, vt hic: ergo hæres, & fideiussor hoc idem facere debent, sicut hæc constitutio dicit, à qua non est discedendum, vt in l. prospexit. qui, & à quibus, & non aliter, & quia non distinxit. Item causa dicitur propria tam principaliter, quàm secundario. C. de test. l. omnibus, in glo. Item patris, & filij, hæredis & testatoris, vna dicitur persona, C. de impub. & alijs substit. l. fin. in Authen. de iureiur. à morien. præst. in princip. Item omnia iura testatoris transeunt in hæredem. ff. de acq. poss. l. cum hæredes §. 1 & ff. de diuer. & temp. præscript. l. cum hæres. & ff. de reg. iur. l. in omnibus. Item culpa & vitia testatoris comitantur successorem. C. de acq. poss. l. vitia. Prætereà ista non ita conueniunt in fideiussore, quemadmodum in hærede: cum fideissor ex suo facto, & obligatione teneatur. Nam qui fideiubet, cogitat de soluendo. ff. de cond. indeb. l. indebita. Barth de Capua.

In tex. mobilium. Nouum est, quod inducit hæc constitutio, quòd vbi de crimine agitur ciuiliter, si conuentus non possideat immobilia, & fuerit pauper vel vagabundus, debet in carcere deponi, donec durat instantia causæ, quod de iure communi non inuenitur. & intelligitur litera ista, quando agebatur iniuriarum, vel de alio maleficio ciuiliter: Quia Baiulus non cognoscit criminaliter, vt in consti. locorum Baiuli. Et no. casum quod carcer dum custodit, non est de mero Imperio. Barthol. de Capua.

In tex. per Baiulum carceris custodiæ. Not. Baiulos carcerem habere posse. Sic supra, de pœna contumaciæ in ciuili cau. l. si quis post litem. Sed quomodo hoc, cum carceratio sit de mero Imperio? vt ff. de in ius vocan. l. a. & vide quod not. And. in consti. locorum Baiuli. in fi. Petrus de Monteforte.

In fi. Hanc constitutionem intelligo non habere locum in muliere, quæ si non inuenerit fideiussorem, sufficit quòd iuret secundum ius commune, prout not. in cap. per tuas. de donat. inter vir. & vxo. & isto casu masculinum non concipit fœmininum, quia odiosa. Barth. de Capua.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

cuilibet de Populo competit eius persecutio, vt traditur in §. 1. instit. de public. iudic. sic etiam appellata, quia olim apud Romanos in foro circumstante frequenti populo hæc iudicia exercebantur, vt tradit Equini. Baro ad hunc titulum de public. iudic. cum pro Maiestate læsa, & alijs quæ habentur in l. 1. & ibi glo. ff. de public. iudic. accusatio spectet ad quemlibet de Populo, quasi in omnes inferatur iniuria. Et in quantum hic dicitur Baiulum posse habere carcerem dic hodie esse hoc practicatum in Balio Neapolis qui est Fuluius Constantius Marchio de cuius laudibus diximus in tit. de offic. Baiuli.

Baiuli

1 *Omnes Baiuli.* Infra bimestre, & sic causa ciuilis limitari potest spatio duorũ mensium: sed in quæstionibus coram Iustitiario statuitur tẽpus tri-

Baiuli causas expediant infra duos menses à die citationis. h.d. Tapia.

IMPER. FEDER.

OMnes a Baiuli locorum, & Iudices causas in eorum iudicijs inchoatas infra bimestris temporis spatium à die citationis emissæ diffiniant: nisi probationes ex longinquo petantur, (sacramento specialiter super hoc præstito per petentem) vel alia manifestissima causa sit propter quam causa infra prædictum terminum finiri non possit.

trimestre, vt supra, qualiter Iudices se de. ge. l. 1.

ADDITIO. *De ista constitutione vide Parid. de Put. in tract. syndic. in cap. an si Iudex. el a. fol. 102.* Cæsar.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

O*Mnes Baiuli.* In Institiario est tempus trimestre, quod hic statuit bimestre, infra de off. Iustit. l. causas. Et vtraque hæc & illa nouæ factæ sunt fogiæ post excommunicationem huius Federici Imperatoris, sicut referebant antiqui iurisperiti de Regno. ¶ Satis abbreuiat tempus, lex properandum statuit triennium. hæc duos menses. & ideò non benè seruatur. non enim tenuit modum in limitatione temporis, quod esse debet, arg. ff. de vsu. l. si bene. de pign. act. l. seruos.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD materiam huius constitutionis circa tempus præfixum expeditioni causarum faciunt l. properandum. C. de iudi. l. fin. C. vt omn. caus. & l. 7. tit. 29. par. 7.

Ista constitutio (vt dicit Afflict. hic) non seruatur in Regno, quia non possunt expediri causæ in tam breui termino, sed seruatur ius commune, † in hac tamen materia temporis
1 instantiæ desiderium Regnicolarum, aliorumque Procerum effecit, vt breuius temporis interuallum constitueretur, quàm ius commune statuisset; sed revera experientia docuit satisfieri eorum desiderijs minimè posse: exceptiones enim quæ admitti necessariò debent, & negotiorum multitudo id effecit † non tamen omictam, quod per constit. Sabaud 2. sub tit. de
2 iudic. instantia in causis ciuilibus est vnius anni, & mensis, & constit. † Mediolani concedit quadraginta dies vt habetur in
3 cap. 21. sub tit. de iudic. vbi latè Carpan. agit de materia instantiæ; in hoc tamen Regno, vt diximus per Afflict. tàm in causis ciuilibus, quàm in criminalibus seruatur ius commune, & sic etiam in sacro Concilio respectu causarum ciuilium perempta instantia insufflatur spiritus, † & in causis criminali-
4 bus me referente coram illo peritissimo Vine de Frach. iudicauimus, quod stante peremptione instantiæ liberaretur inquisitus, quia scriba causæ non porrexerat memoriale, prout fieri solet Illustrissimo Proregi circa prorogationem instãtiæ, non tamen recordor causæ, & vide ad id decisionem eiusdem Domini de Franeh. 152. Hodie tamen ad petitionem domini fisci patroni ædita est Reg. pragm. per Illustrissimum dominum Comitem Beneuenti per quam fuit ordinatum, quod per lapsum temporis non perimatur instantia.

† Hoc autem quod diximus circa peremptionem instantiæ non procedit pendente discussione nullitatis actorum, vel sen
5 tentiæ Iudicis à quo, vt tradit Hyppol. de Marsil. in sing. 152. & sequitur Thesaurus decis. 10. num. 10. & Horat. Carpa. ad statuta Mediolani c. 21. sub tit. de Indic. nu. 20. Secundò non procedit quando est facta inhibitio à Iudice superiori vt tradit Afflict. ad constit. Regni hac lege num. 4. & ad constit. Iustitiarij per prouincias num. 7. & Quint. Mandos. in tract. de inhibitione quæst. 50. Tertiò non procedit pẽdẽte discussione emergentium ita Salycet. in l. si docueris. C. de pact. ad quod faciunt verba huius constitutionis, ac etiam constitutionis quæ incipit. Causas; ex quibus deducitur quòd prorogatur instãtia ex aliquo incidenti. Item & quartò quãdo delictum esset notorium, vt tradit Bal. in l. properandum. C. de iudic. & Baiard in addit. ad Iul. Clar. q. 82. nu. 23. Itẽ & quinto non procedit in causis fiscalibus prout habetur in d. l. properandũ C. de iudic. & ideò in Reg a Camera non currit instantia, vt testatur doctissimus Anna sing. 243. alias limitationes vide per DD. in d. l. properandum, C. de iudic. & ad l. fin. C. vt omnes causæ. in Hispania tamen, durat instantia etiam post lapsum bjennium non obstante l. 7. tit. 29. par. 7. vt testatur Greg. Lopez ad d. l. verbo, *dos años*, vide alia per Marant. in suo Speculo in 5. par. Didac. Perez lib. 3. ordinat. tit. 1. l. 1. vers. in dubium succedit, Azeue. lib. 4. nouæ recoll. tit. 17. lib. 10. num. 60. & sequenti: Consal. de pace in praxi 2. annotat. per totum, Rebuff. ad constit. Galliæ tract. de appellat. art. 15. glo. vnic. num. 5. & sequent.

† Animaduertendum est etiam quod instantia non transit 6
in singularem successorem iuxta tex. in l. 2 §. non solum. ff. de hæred. vel actione vendita, & l. tam ex contractu. ff. de iudic. & ita fuit conclusum in causa Illustrissimi Cardinalis Pallottæ nuncupari de Cusentia cum Octauio de Ruffis, & licet fuerit in ea causa dictum, quod procedatur ad vlteriora, id fuit quia iste, qui nunc erat reus fuerat laudatus in auctorem tempore quo lis mota fuerat contra primum reum, cui nunc iste successerat, & tandem vt me expediam animaduerte, † quòd pe- 7
rempta instantia insufflatur spiritus vitæ semel atque iterum, tradit Capyc. decis. 165. refectis tamen expensis quando perijt culpa partis, vt in pragmatica sequenti quæ est voica sub titulo de instantia causæ non restituenda.

Instan-

Instantia causæ perit culpa partis & Iudicis, fallit respectu personarum priuilegiatarum. h.d. Tapia.

PRAGMATICA VNICA.

De instantia causæ non restituenda sine expensis.

Instan-

INstantia causæ in iudicijs à iure præfixa si decursa fuerit per negligentiam partis, nullatenus restituatur, nisi prius refectis expensis. Si autem culpa Iudicis, tunc restituta ipso iure intelligitur, & intelligatur per Iudicem stetisse, si per duos menses ante lapsum instantiæ processus

con-

conclusus ipsi Iudici fuerit præsentatus cum petitione, & protestatione, vt ad expeditionem causæ procedere debeat. Prædicta tamen non habeant locum in personis, quibus per beneficium resti-

restitutionis in integrum à iure, & Regni Constitutionibus subuenitur, in quibus restitutionem petentibus beneficia eis salua remaneant.

Causa

Causa terminentur infra tres menses n si probationes de longinquo fieri debeant, & subditi non grauentur. h.d. Tap a.

IMPERR. FEDER.

a Causas. Not. in quantum tempus du-

CAusas a alias, b ordinariò iudicio audiant, & examinent, & decidant infra trimestris temporis spatium, nisi forsitan instructionis desideratæ necessitas, veluti si probationes ex longinquo petantur terminum exigat longiorem. Super hoc specialiter à petente dilationem sacramento præstando, quòd non causa differendi iudicij, sed ex necessitate præscripta dilationem exposcat. Nec illud omittimus, quòd occasione faciendarum Curiæ prouisionum, pro sententijs proferendis, partes vltra debitum non aggrauent, nec ipsos per prouincias trahendo post Curiam, propter hoc, laborum & sumptuum vexatione fatigent. Sed illas prouisiones reputent competentes, quas Iudex, & Notarius actorum, qui apud eos fuerint, sufficere, pro negotiorum qualitate censebunt. Prædicti autem actorum notarij, & non Iustitiarij, sicut olim pecuniam omnem, tam ex prouisionibus, quàm vndecunque ex Iustitiariorum officijs prouenturam, ad generale pondus recipiant, & conseruent. Et de receptis infra diem receptionis gratis faciant apodissas, & ipsi recipiant T antapocham de solutis.

durat instantia criminalis causæ, accusatione pendente.

b Alias. Sed coram Baiulis statuitur tempus duorum mensium, vt infra de caus. prima in fine.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA

CAusas alias. Accelerat finem causarum criminalium, sic supra de offic mag. Iust. l. hac lege. Dicit etiam quòd cum conceditur dilatio ad probationes ex longinquo producendas debet iurare is, qui eam petit. ¶Et ponit verba quæ sunt C. de dila. l. 1. ¶Et addit de sacramento.

Nec illud. Secundum dictum concor. supra l. prox. ver. ciuitates. quod verò dicit pro sententijs proferendis: corrigitur hodie per cap. in planitie sancti Martini, quod incipit, Item statuimus, quòd siuè in Magna Curia &c. Sed illas promissiones. Plana est, & malè seruatur, quia Iustit. vt plurimum ipsi ijdem componunt, nec vocant Iudicem, & notarium. Et quantum ad compositiones pro sententijs corrigitur, vt supra prox. dictum est.

CAusas alias. Et sic no. quòd officialis, siuè Iustitiarius, siuè Capitaneus sit, debet ipse audire causas, & examinare, & decidere: & non potest committere Iudici vel notario: quia nihil potest committere Iudici. nisi audientiam quæstionum, vt in const præced. Barth. de Capua.

Hic vide tex. notabilem in l. 1. C. de proxi. sacrorum scrin. & in l. custodijs ff. de publ. iudi. & ibi Argentinum Pansalum. Barthol. de Cap.

Notatur hic, quòd notarij actorum de pecunia prouentuum quam recipiunt gratis tenentur facere apodissam illis à quibus recipiunt. quod nunc in curia malo modo seruatur, & sic semper qui pecuniam recipit, tenetur facere apodissam, vt hic sequitur. Barth. de Capua.

In tex. debitum. Hodie hoc est sublatum in Regno per cap. Item statuimus, quod nihil soluatur pro scripturis sententiarum. Pet. de Montef.

In tex. nec ipsos. Nota quòd malè seruatur hodie per officiales.

In glo. vnica ibi, criminaliter. Hodie est cap. Reg quod incipit. quorundam expositio, &c. quòd nisi Iustitiarius intra semestris temporis spatium determinauerit quæstiones, quòd illa quæstio deuoluitur ad Cur. Vic. Reg. & ita seruatur in Mag. Cur. Vic. Pet. de Montef.

In eadem glo. in fi. De iure ciuili aliter est, vt in l. 1. C. vt infra cert. tempus. & l. properandum. C. de iud. Marinus.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD materiam huius constitutionis plura diximus de peremptorie instantiæ, & ad ibi dicta me remitto, vnum tamen dicam quod hæc constit. non seruatur.

T 1 *Antapocham.* † Quid sit antapoca, quiduè significet declarat Alciat. lib. 1. præterm. Franc. Duaren. in comment. ad rubr. C. de fide instrum. & annotat etiam Accursius glosator in l. plures apochis. C. de fide instrumen. ad quod etiam vide prædictum text. in hac tamen constitutione antapoca nihil aliud est nisi apoca, quam debet facere debitor, qui soluit prouentum in posse Iustitiarij, & Actuarij, nam cum Iustitiarius tenebatur iure illo constitut. & capit. Regni facere librum prouentuum, & illum præsentare in fine officij intra cap. nouis morbis quod est 257. ad hoc vt appareret de quantitate per ipsum accepta curabat sibi facere quandam antapocam à soluente, quæ in effectu continebat quantitatem sibi solutam, eamque in redditione computorum præsentabat.

Idem

Idem in effectu disponit quod supradicta constitutio & sicut illa non seruatur pariter nec iste Ritus. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 543.

Item a quòd causæ ciuiles, non tamen feudales, in posterum mouendæ & agitandæ in dictis magnę & Vicariæ curijs, & qualibet earum tam principales, quàm appellationum per Iudices dictarum curiarum, & cuiuslibet earum decidantur, terminentur, ac decidi, & terminari debeant infra terminos subscriptos, videlicet, si quidem quando fuerint inter personas, ciues, siuè habitatores ciuitatis Neapolis, & eius districtus infra tres menses continuos à die litis contestatæ in causa principali, & in causa appellationis à tempore præsentati processus; si verò fuerit de loco à dicta ciuitate Neapolis distāte per vnam dietam * vulgarem infra quatuor menses, si verò per duas dietas infra menses sex. Et si vltra duas dietas infra octo menses in antea numerandos, & vltra metas & terminos prædictos causæ prædictæ prorogari nequeant, nisi ad id accedat expressus consensus, & voluntas ambarum partium, quo casu de voluntate partium prædictarum prorogatio ipsa fieri possit, vsque ad alios sex menses, & non vltra. *

8 Item quòd causa ciuiles, &c. Hunc ritum refert & sequitur Matthæus in constitut. hac lege, in 5. col. ver. & est sciendum Matt.

* ADDITIO Per vnam dietam. Adde, an appellatione dieta, intelligatur de vulgari, vel legali, vide glo. in cap. nonnulli, de rescrip. in c. cupientes. de elect. lib. 6. in c. statutum, §. cum verò. super verbo, dietam. eod. tit. & lib. Superant.

* ADDITIO. Non vltra. Addatur hic videlicet. Et nisi essent testes extra Regnum degentes, † quo casu prorogatio ipsa fiat secundum distantiam locorum, vbi testes degunt, deposita pecunia necessaria per producentem prædictum, quòd non fiat de animo differendi, & calumniandi. & Iudices ipsi prædictarum curiarum, & cuiuslibet earum eo casu possint dictam instantiam prorogare, attenta distantia loci prædicti. Verum si pars, vel eius procurator asserat habere testes absentes extra Regnum existentes, & per hoc peterent dilationem & prorogationem, non faciendo infra tempus sibi datum, & per hoc prorogatum, testes ipsos examinari talis potens siuè fuerit procurator, siuè principalis puniatur per dictas curias, seu alteram ipsarū tanquam calumniator: nec non ipso facto incidat in pœnam Florenorum auri quinquaginta dictis curijs applicandam & à transgressoribus ipsis inuiolabiliter exigendam. Et condemnentur nihilominus parti aduersæ ad solutionem expensarum.

Nota tu, quòd prædicta verba hic addita, sunt in vetustioribus codicibus & hic deficiunt. De Bottis.

† ADDITIO. Adde & vide Abb. in cap. constitutus. colum. 2. extra de fideiuss. & Pau. de Castro in l. interdum. ff. de iudic. De Bottis.

Item

Instantia in causis feudalibus duret per annum à die litis contestatæ. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 244.

Item quòd instantia * causarum feudalium tam principalium, quàm appellationum, & cuiuslibet earum duret per annum vnum integrū ad plus, incipiendo à die litis contestationis, super testibus verò producendis & prorogatione instantiæ seruentur ea, quæ infrascripto proximo capitulo continentur.

* ADDITIO. Item quòd instantia. Aduerte quia tempus illud præfixum dicitur subrogatum loco instantiæ iuris communis. ita Alex. in consil. 42. colum. 2. vol. 3. & per totum. vbi ponit de testibus extra Regnum, in 3. colum. vide Luc. in l. 3. in 2. & 3. q. C. de primip. lib. 12. vide Dec. consi. 550. colum. 2. De Bottis.

Iste Ritus nec etiam seruatur vt animaduertit hic Carauita sicut nec sequens. Tapia.

Causa

Causæ qualitas, & loci distantia, ac tempus instantiæ statutum in supradicto Ritu attendatur in dilationibus à Iudicibus concedendis, pœna ipsis statuta si aliquo casu tempus instantiæ labi permittant, nec à breuitate dilationum appellatur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 546.

Item a quòd termini dandi, & statuendi ad probandum, testes & instrumēta producendum, & super exceptionibus quibuscunque oppositis & opponendi, sint, & esse debeant competētes arbitrio Iudicis moderandi secundum tempus instantiæ supradictæ. Ita quidem quòd Iudices per hoc non permittant labi tempus instantiæ supradictæ, & si permitterent partibus instantibus, vel earum altera, puniantur, videlicet pœna quinquaginta florenorum auri fisco nostro applicanda. Et vltra hoc etiam alijs pœnis nostro arbitrio reseruatis, & ab abbreuiatione & modificatione ipsorum terminorum nullatenus possit appellari, aut reclamari, & si appellari contingat appellans, siuè fuerit pro-

a Item quod termini dandi. ver. secundum tempus, &c. Adde hic, quòd vbi est breuis meta iudicij, ibi breuiores dicuntur esse dilationes: non ita tamen q reddatur impossibilis defensio. Bald. in cap. fin. in 3. colum. de iureiur. Et dixit Bal. in l. 1. in princ. C. de temp. appellat. quòd vbi tota instantia breuis, ibi & singula eius membra. refert Matthæus in constit. causas. in 4. not. Matth.

In eodem rito, in ver. & abbreuiatione, & modificatione. Adde quòd nimis arctare, breuemque reo statuere terminum ad probandum de iure suo, est quodammodo suas defensiones tollere, quod fieri non debet. Idem est enim & videtur esse, nolle reum defendi, & eum arctare in termino, in quo se non posset defendere commodè. ita inquit Andræas in constitutione, pœnam eorum. in 3. col. in fi. refert & sequitur Lucas in liquamuis, in pen. col. ver. facit, &c. C. de decur. lib. 10. vbi no. illum tex. in fi. contra Iudices, qui nimis arctant reos ad probandum defensiones eorum. vide eum, quia pulchrè loquitur. Adde quòd præsumitur in alijs grauare Iudex, qui breuem terminum in citatione statuit. text. est notabilis in cap. 1. de dila. illum alleg. Luc. in l. quemadmodum. in 7. colum. ver. 120. præsumitur. C. de agri. & censi. lib. 11. & ibi etiam allegat alia iura. vide eum. Adde quòd si Iudex dat dilationem nimis breuem, tenetur parti quam læsit. Barto. in l. 4. §. prætor ait, in 2. colum. ff. de dam. infe. Adde q si Iudex dat minorem terminum, quam sit à iure statutus, suppletur

procurator, siuè principalis incidat in pęnam florenorum auri quinquaginta applicandam, vt supra. Et ipsa appellatio nihilominus non teneat, & per ipsas curias, vel alteram ipsarum in causis ipsis procedatur, ac si appellatum non fuisset, & esset friuola, & frustratoria manifestè.

pletur à lege. l.4 §.si quis.ff.de re iudic.& not.Dyn. in reg. indultum.de reg.iur.in 6.ita not.inquit Tancr. in suo compend. in rubr.de nuæst.circa citationes, & dilationes, in 16.quæst. versic.prætereà scias. tene menti. Quid autem de iure communi, an possit appellari à breuitate termini? dic quòd licet de iure ciuili sit quæstio, tamen de iure canonico certum est posse appellari. Bald.in c. 1. in 5. colum. de mil. vas.qui contu. est & al leg.entas. Et quòd possit appellari, est casus in cap 1.de dilat.& ibi scribentes omnes. Adde quòd arctare, & limitare temnus ad se defendendum non est prohibitum, nec est tollere defensiones. Luc.in constit.pœnam eorum. in 3. princ. Adde quòd Iudex

dex in dilatione danda debet esse parcus, in data benignus. Bald.in cap. 1. §. & quia vidimus. in penul. colum.de his qui feu dare poss. Adde quòd terminus ad probandum non debet esse angustus, sed condecens, vt possit ire & redire à loco, vbi est recipienda probatio.glo.est notabilis in constit.si exceptio. in glo.sed allego text. ita dicentem, in Longobar.in l.1.de præiudi. actio. & illam glos. multum ibi not. Matt. in vlt.colum.In §.tene menti. Et adde quòd semper æquitas debet mouere Iudicem in dādis dilationibus, ac moderandis. Bald. in l.1.vlt.colum. C. quomodo & quando Iudex. Matth.

Idem

Idem quod in superioribus ritibus circa instantiam in causis criminalibus, quapropter sicut ille, ita, & iste. in desuetudinem habuit. b d.T pia.

IOANNA II. Rit 246.

ITem a quòd causæ criminales mouendæ in dictis curijs, & qualibet ipsarum decidātur & terminentur per Iudices ipsarum curiarum infra terminos subscriptos, videlicet, si causæ fuerint in ciuit.Neap. & eius districtu infra dies sexaginta numerandos à die oblationis libelli, seu capitulorum: si vèrò fuerint extra ciuitatem prædictam, & eius districtum per vnam dietam vulgarem, tunc infra menses quatuor. & si vltra fuerint vbicunque per totum Regnum: tunc infra sex menses, & vltra terminos prędictos causæ criminales prædictæ nullatenus possint prorogari, & extendi, excepto, si testes producendi essent extra Regnum, quo casu prorogatio ipsa fieri possit & debeat per Iudicem causa cognita, attenta distantia locorum dictorum testium, & prout superius in causis ciuilibus exprimitur, & non aliter, nec alio modo, & ipso casu pœnas ibi expressas locum habere, & à transgressoribus exigi volumus, & iubemus exceptis tamen causis criminalibus ex quibus pœna pecuniaria venit imponenda, in quibus seruetur, prout in ciuilibus est expressum.

a Item quod causa criminales mouendæ, &c. De multiplici instantia causarum criminalium, vide alium ritum aliter loquētem infra incip. item seruat ipsa curia, vt instantia. &c. & ibi plenè per me. Quid de instantia causarum ciuilium? vide pulchrum ritum supra incip. item quòd causæ ciuiles, &c. & ibi per me. Quid de instantia causarum feudalium? vide ritum suprà incipientem, item quòd instantia causarum feudalium, &c. quem ritum refert, & sequitur Matth. in constitut.hac lege, 2.colum.qui ritus vult quòd instantia causarum feudalium duret per vnum annum. Et quærit Matthæus, quid si est lata sententia in causa feudali, post annum an valeat? & examinat pro & contra, tandem concludit quòd sic. vide omnino eū. ¶Adde quòd secundum constit. Regni instantia causarum criminalium durat tribus mensibus. tex. est in constitut.causas, & quia in illo tex. tempus statuitur Iudici, & non instantiæ: quia verba illius tex.referūtur ad Iudicem: si infra illud tempus causa non erit expedita, poterit postea expediri infra biēnium statutum per ius ciuile, vt per l.properandum. in princip. C. de iudic. secundum Bartol. & alios ibi, & sequitur Matth. in dicta constit.in 3.no.vbi allegat eosas: & subdit quod ita obseruat magna Curia Vicariæ, & de hoc est ritus & postea subdit, licet in ritibus magnæ Curiæ Vicariæ, ordinatis per Reginam Ioan.II.aliter sit ordinatum, in 3.cap.ita Matth. & credo quod voluit allegare hunc ritum. Matth.

Post

Post conclusum in causa infra decem dies lis expediatur subterfugiaque appellationis amputentur.b.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.147.

ITem quòd teneantur Iudices postquàm fuerit in causis conclusum ipsas causas expedire, decidere, & per sententiam terminare infra decem dies: nec non dare breues dilationes secundum distantiam locorum: & debeant, inquantum possunt, lites abbreuiare, & subterfugia procuratorum & Aduocatorum amputare, prout superius dictum est in decisione causarum ciuilium.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VTinam iste ritus esset in viridi obseruantia, qui sæpè sæpius ob causarum cumulum, & alia impedimenta Iudices illum obseruare nequeunt.

Cau-

Causa omnes infra semestre expediantur sub pœna auocationis ad Iudices superiores.b.d.Tapia.

REX ROBERTVS.

QVorundā expositio quęrula nostrū pulsauit auditum, quòd Iustitiarij & Capitanei regionum in causis ciuilibus, & criminalibus, quæ coram eis pro tempore agitantur, sic tepidè, sic morosè procedunt, quòd prorogantur dila-

ADDITIO. Robertus, *Not.hoc cap.quòd post sex menses à die litis contestationis auocatur causa, nisi intelligas de Capitaneis Regijs, & non Baronum; nam cor-*

corrigeret constit. Iustit. normam, quæ dat duos menses. & quòd hac cōminatio possit fieri Baronibus, tenet Iacob. in sua inuestit. in ver. Vicarius, col. 2. tu tamen intelli-

intelligas, nisi esset contessa causa appellationis, quia non posest se intromittere per ea, quæ posuit Curt. in consil. 2. post tract. feud. cum ibi per me plenè not. intellige etiam quòd si causa requi-

dilationum curricula & causæ ciuiles & criminales quæ coram eis pro tempore agitantur, fiunt contra iuris intentum penitus immortales. Et quandoq; accusatores eorum iura debitè prosequentes sumptuosis iudicijs fatigati ab eorum iustitiæ prosecutione desistunt, quo fit, vt remaneant interdum facinora; quæ pœna debita plecti publicè interest, impunita. Super quo volentes congruum adhibere remedium, fauore Reipublicæ, & subiectorum compendijs prouidentes, fidelitati tuæ committimus, & ex certa nostra scientia præsentium tibi authoritate mandamus, quatenus omnes causas ciuiles & criminales quæ coram Iustitiarijs, seu Capitaneis singulis Regni nostri ordinariè vel extraordinariè propositæ aut inchoatæ in præteritum fuerint, aut in futurum proponi contigerit: Et infra semestre tempus, à die contestationis litis in singulis earum causis in antea numerandum, non fuerint per eos seu ipsorum locatenentes, fine debito terminatæ, ad audientiam Curiæ Vicariæ authoritate præsentium reuocetis, & eas in his, in quibus finibus erant, resumetis, & fine debito decidatis; Cogẽtes Iustitiarios, & Capitaneos præfatos per pœnarum impositiones, & exactiones earum in casu cõtemptus, & alio iuris remedio, vbi casus dictæ aduocationis euenerit, quod processus omnes sub sigillis eorum iudicum, & notariorum actorum cum captiuis, quos ex causis mortis carceri mancipantur, vt vobis absque dilatione transmittant, lexque vbi cœptum est iudicium finiri mandat; & qualibet alia non obstante contraria, cum eas in his ex certa nostra scientia vsque ad nostrum beneplacitum viribus euacuamus. Datum, &c.

requireret maiorem dilationem, quòd non posset hoc termino arctari, vt dicit tex. in d. constit. & per ea quæ ponit Barto. in l. si cum ipse. de excusat. & Hyppol. sing. 384. De Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Pœna auocationis causæ an possit Baroni iniungi, & quando? Vide Vinc. de Anna ibiq; eius filium Consiliarium dignissimum singul. 169.

Hoc capitulum non seruatur.

In causis ciuilibus per lapsum triennij, in criminalibus vero per biennium instantia perimitur nisi à Principe fiat prorogatio. h. r. Tapia.

IOANNA II. Rit. 248.

ITem a seruat ipsa curia, vt instantia in ciuilibus ipso iure per lapsum triennij perimatur: & eidem in criminalibus per lapsum biennij: si verò domina T prorogaret, vt quotidie fit, licet in curia non præsentetur litera prorogationis infra trienniũ, vel biennium, non refert, si postea præsentetur, si prorogatio facta est infra terminum.

1 *Item seruat ipsa curia vt instantia, &c.* Adde tu, quod in causis feudalibus instantia durat per annum tantum. ita dictat ritus supra incipiens, Item quòd instantia causarũ feudalium. ¶Adde, quòd vbicunque, seu in quacunque causa Iudex secularis aduersus clericũ procedere potest, instantia est à die litis contestatæ, & solum bimestri tempore durat. tex. not. in §. si tamen. ver. non transcendenti, &c. in Authen. de cler. apud propr. episc. &c. Similis terminus duorum mensium est, cum appellatur à Iudicibus ad alios Iudices, in eadem ciuitate existentes: nam tunc appellationis causa inter duos mẽses est finiẽda. tex. est not. in §. appellationis, in Authen. de iudic. refert & sequitur Luc. in l. si coloni. vlt. colum. in fi. C. de agri. & cens. lib. 11. & vide alium ritum aliter loquentem in causis criminalibus, supra, incipien. item quod causæ criminales, &c. vbi omnino vide. & ibi per me. Adde quòd vbi instantia est breuis, debent esse breues dilationes: non tamen ita breues, vt impossibilis reddatur defensio. Bald. in cap. fin. §. colum. de iureiuran. & refert & sequitur Matth. in consti. causas in 4. no. vbi omnino vide. M.

ADDITIO. *Facit c. super eo. al secundo, extra de appel.*

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISte ritus est in viridi obseruantia, & quæ ad eius declarationem pertinent diximus supra in consti. Omnes Baiuli, verum respectu causarum criminalium noua est condita constit. per Illustriss. Dom. Comitem Beneuenti quæ infra est posita.

Domina Regina prorogaret. Hæc prorogatio dicitur insufflatio, spiritus, quæ quomodo hodiè practicetur diximus in lib. 1. in tit. de offic. Sac. Conf. pragmat. 3. eiusdem tit. in ver. insufflationes, quibus adde quæ scripsit. Bernard. Muscatell. in praxi Sac. Cone. par. 7. glo. sententiam num. 41. & pluribus sequentibus.

Noua ordinatio Illustriss. Comitis Beneuenti.

PHILIPPVS &c.

ILlust. & magnifici viri Collaterales, & Consiliarij fideles dilectissimi. A nostra notitia è peruenuto come succede spesse volte che in molte cause importantino al Regio fisco non si può procedere à rispetto che sia perempta l'instantia lo che si causa per disquito che la prorogatione d'instantia non si domanda à noi conforme il solito come che da questo si viene à sentire molto interesse, & pregiudicio, così al predetto Regio fisco, come alle parti, per questo noi volendo procedere in ciò come

come si conuiene stante la moltitudine delle cause che sono in questa gran Corte ci è parso fare la presente, per la quale volemo, & ordinamo che da qua auante l'instantie di dette cause se intendano sempre prorogate. Ita che per questa predetta gran Corte si debbia, & possa procedere, & prosequere le cause predette, & fare l'instantie, & atti che incombeno cōuenendo cosi al seruitio di Sua Maestà & al publico beneficio.

Dat. Neap. die 10. mensis Ianuarij 1604.

El Conde de Benauente.
V. de Ponte Regens. V. Constantius Regens.
V. de Castellet Regens. Salazar Secret.
Incur. 3. Mag. Cur. Vic. fol. 6.

Noua Tribunalia erigi pro decisione causarum prohibentur, hoc dicit Tapia.

Ex cap. Neap. in anno 1554. Cap. 17.

PHILIPPVS &c.

SE supplica ancora vostra Maestà per l'osseruanza d'vn'altro capitolo che si degni comandare per la buona amministratione della giustitia che tutte le cause tanto ciuili quanto criminali se trattano, e decidono nelli loro tribunali antichi, & ordinarij, non si possino creare noui tribunali in caso particolare, com'è alcune volte fatto non senza gran sospetto di coloro, le cause de quali se trattauano.

Placet Cæs. & Cath. Maiest. causas ciuiles, & criminales tractari deinceps in suis Tribunalibus ordinarijs.

Ex Cap. Neap. in anno 1580. Cap. 3.

PHILIPPVS &c.

QVe pues es de justitia la obseruançia delos capitulos concedidos por el Rey Catholico, por el Emperador nuestro señor, y vuestra Magestad, que disponen que ninguna causa se estrayga del Reyno, y vuestra Magestad en el parlamento del año de sesenta y seis les mādò responder a esta misma materia, que mandaria que los dichos capitulos se obseruassen de manera que las causas no se extrajessen para senteneiarlas fuera del Reyno sea Vuestra Magestad seruida pues de aqui se comprehendeser su voluntad querer hazerle en esto el fauor que demandan declararlo solamente per verbum placet, pues se entiende que en la causa, que se tracta entre los Duques de sesa, y torremayor se ha ordenado que no se publique la sentençia alla donde se tratta, sinò que se embien à qui los votos en que derechamente, se viene a prejudicar los dichos capitulos. Supplicatum supradictū capitulum fuit concessum in eodem parlamento celebrato in anno 1570.

Placet suæ Regiæ & Catholicæ Maiestati omnia capitula eidem Regno hactenus super hoc concessa ad vnguem obseruari.

Imperator statuit, quæ causæ prius, & quo ordine sint expedienda. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

IVsti a cultoris partes assumimus, cum iustitiæ telam ordinatè teximus, eiusque pomeriū misericordiæ riuulis T irrigamus. Statuimus igitur, vt omnes Regni Iudices, quæcumque gradum Iustitiæ teneant, aut quolibet nomine censeantur, ordinem infrascriptum in audiendis, & decidendis

Iusti cultoris. Vt causas Ecclesiarū. per hanc constitutionem dicunt quidam, quòd Ecclesia, procurator fisci, pupillus, orphanus, vidua, pauper, seu quelibet debilis persona declinare potest forū cuiuslibet Iudicis: sed per C. quando Impe. inter pup. & vid. l. r. non videtur quòd possit

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IVsti cultoris. Dicit audiendis & decidendis litibus esse primas & priuilegiatas, quantum ad hoc, vt causæ ecclesiarum, & fiscales, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, & debilium æquiparantur hic. Quantum ad alia etiam. C. de sacrosanct. eccles. l. fin. in princ. & ex quibus cau. ma. l. rem publicam. & de iure Reipub. l. a. Sed quod per hanc l. istæ personæ possint declinare forum cuiuscunque Iudicis, vt gls. innuit, hoc ex l. ista non potest colligi, propterea quia in vna æquiparentur, scilicet, in audiendis eorum litibus. Primò quòd ideo hoc euenlat, non videtur suppositio, quòd vna persona istarum haberet hoc, quod posset declinare forum cuiuscunque Iudicis: sicut miserabiles infra tit. a. statui-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T MIsericordia Riuolis. Optimi, atque prudentis gubernatoris munere fungitur Imperator in ista constitut. dum iustitiam temperandam esse cum misericordia statuit, sequutus Iureconsulti consilium in l. respiciendum, ff. de pœn. ibi seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi, de quo latissimè Siman. lib. 5. de Republ. cap. 9.

T *Causas Ecclesiarum.* † Est enim Imperator protector debilium personarum, & cum pupilli, & viduæ, & Ecclesiæ auxilio ægeant succurrit illis, vt in l. vnica C. quando Imper. inter pup. & vid. & licèt hæc constitutio ita rigidè non seruetur

dis litigijs obseruare procurent. Causas ecclesiarum primitus, a deinde fiscales, b subsequenter pupillorum, orphanorum, & viduarum, seu quarumlibet debilium personarum, examinandas accipiant, & ad debitum terminum deducendas, priusquam aliorum litigantium causas audiant & decidant.

fit eligere nisi forum Serenitatis Imperatoris.

a *Et deinde fiscales*. Concordan. vt primò audiantur fiscales, ff. de iure fisc. apud Iulianum.

b *Subsequenter pupillorum*. Concordant. in Lombard. qui tu. dam. sunt. l. 2. & C. de falsa mon. l. 1. ad finem. ibi. viduæ & pupilli æquiparantur, & specialem indulgentiam sortiuntur.

ADDITIO. *Ad. de Doct. in cap. significauerunt, de offic. deleg.* Superant.

ADDITIO. *Vide ad hanc constitutionem addita infra ad constitutionem, lege præsenti. Cæsar.*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

statuimus. non propterea alij non eiusdem gradus poterunt similiter illi in aliquo, vt in l. ista, per ea quæ dicuntur in glo. 5. dicto cap. ad eius verò concubitum. Item licet fiscus habeat Iudices suos. C. si aduer. fis. l. 1. & 2. tamen Ecclesiæ, pupilli, & viduæ non habent illos, sed alio modo implorant audientiam principis. C. quando Imper. inter pupil. & vid. l. 1. hæc non est comperens materia in ista l. Dicetur de hoc infra tit. 2. statuimus. & de offic. Iusti. l. 1.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

uetur, attamen vidi eam seruari in Sacro Concilio, præsertim in Aula in qua resideo. Sicuti etiam Excellentissimi D. Comitis Beneuenti Regni Proregis optimi, à nobis aliàs commendati ordine sæpè sæpius est nobis iniunctum, vt causas Ecclesiarum, Pupillorum, & aliarum personarum ante omnes expediremus.

Causæ

Causæ si infra decē dies post ipsas conclusas Iudices expediant, nisi Principis consultatione indigeant, quæ duobus casibus hic posita est necessaria. h. d. Tapia.

IMPERR. FEDER.

Hac a lege in perpetuum valitura censemus: Vt tam magister Iustitiarius, quàm alij inferiores Iudices 1 infra decendium, postquam renunciatum est, * pronuncient à renunciationis tempore numerandum. Et si talis quæstio emerserit, in qua nostra conscientia sit necessariò consultanda, vel superiorum Iudicum consilium expectandum, magister Iustitiarius prædictus per se, vel per vnum ex Iudicibus circūspectionis nostræ responsum exquirat: In illis tantum casibus, in quibus nobis inconsultis, procedi non potest, vt in his b quæ curia tenet, vel si * nouus emerserit, alij verò Iudices si similis casus emerserit, fideli relatione facta superiorum suorum responsum exquirant.

a *Hac lege*. Quādo post conclusionem fit pronunciandū tam in causa appellationis, quàm in causa principali, quàm etiam in inquisitione.

ADDITIO. *Et quando dicatur renunciatū, & quando conclusum, vide super Pragmatica de publicatione processus. & vide ritum, item quòd postquam fuerit in causis conclusum.* Cæsar.

* ADDITIO. *Not. hoc verbum, renunciatum est, in illa glo. prima, quòd tunc dicitur conclusum in causa, quando est renunciatū probationib. & alij, pro quo est glo. in verbo, concluserun. §. quia verò, in Auth. de testibus quam pro singulari allegat Ludo. in l. 1. 3. colum ff. de arbit. licèt sit alia glo. in cap. cum dilectus. in ver. conclusum extra de fide instrum.* De Bottis.

b *Quæ curia tenet*. No. in his quæ fiscus tenet, non debet procedi Principe inconsulto, quod intelligas cū illa determinatione, quæ fit infra l. 2. & seq. An autem Iustitiarius possit cognoscere de his, quæ fiscus tenet? dic vt infra, de senten. in causis feu. l. 1.

* ADDITIO. *Vide in l. bonum vitatem. C. de legi.*

CA-

ANDRAEAS DE ISERNIA

Hac lege. Ponit celeritatem iudiciorum & determinationem causarum.

Nobis inconsultis. Et hoc de iure communi, vt C. de quadr. præscrip. l. benè à Zenone. ibi, vt ex nostra iussione causa moueatur.

Hac lege. In tex. infra decendium. Sed hod è non obseruatur. Mar.

In tex. tenet No. q in omnibus quæstionibus, quas curia tenet: vel si nouus casus emergat, non potest procedi Regia conscientia inconsulta. concordat constitutio. præsides, & c. quaternio. & l. bene à Zeno. ibi, ex iussione nostra. C. de quadr. præscript. Barth. de Capua.

Hac

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Infra decendium. Hæc constitutio hodie non seruatur, sed pragm. 10. de offic. Sac. Conc. quæ infra hoc tit. est posita, & incipit fiscales, & prius de carceratorum causis quàm de alijs agendum est, vt in constit. Iusti Cultoris, vt causæ primò conclusæ, primò expediantur, quod tamen nō potest ita punctualiter practicari cum multoties propter partium dilationes, quandoq; etiam propter actorum diffidiā, vel absentiā expediantur causæ vlt. conclusæ postpositis causis primò conclusis.

Causa

Causæ Ecclesiarum, & aliarum miserabilium personarum quarum meminit constitutio Regni prius expediantur, & causarum conclusiones notentur in libro, & primo conclusa expediantur, ac ipsarum lista in valuis S. C. affigantur. b. d. Tapia.

PRAGMATICA X.

De off. Sac. Conc.

FERDINANDVS PRIMVS.

FIsceles & carceratorum causas, Ecclesiarum, viduarum, pupillorum, orphanorum, pauperum, & miserabilium personarum, atque etiam antiquiores in expeditione alijs præferri mãdamus, & inter eas seruari ordinem à Constitutione Regni, iusti cultoris traditum, qui vt inuiolabiliter obseruetur, statuimus, vt conclusorum processuum singulorum primis mensium diebus Consiliariorum quisque breuem in scedula annotationem faciat omnibus in Consilio à Consiliarijs legendam, cum conclusionis temporis significatione, ac litigantium personarum qualitate. Vnde à Sacro Consilio, quæ illo in mense causæ expediendæ sint, elici possit. Quam similiter annotationem in charta fieri decernimus Consilij eiusdem valuis affigenda, vt quæ singulis sint mensibus expediendæ causæ innotescat.

Dux de Alcalà Viceres.

CAusarum ordinata, celerisque discussio, & decisio à Regni huius Regibus, eorumque Locumtenentibus præ oculis semper habita fuit, & alta in mente recepta, & propterea ab his vltra præcedentem Constitutionem latam, factæ sunt postea subsequentes institutiones, quarum primæ inter alias à Serenissima Maiestate Catholici Regis recolendæ memoriæ editas, sunt infrascriptæ.

In primis mandamus quod fiat Liber, in quo describantur conclusiones omnium causarum, cũ die, & Calendario per Secretarium dicti Sacri Cõcilij, qui Liber custodiatur in eodem Sacro Consilio per dictum Secretarium.

Item quod cum fiet conclusio dictarum causarum, denuntietur per relationem causæ in dicto Consilio, & fiat continuatio dictæ conclusionis per dictum Secretarium in dicto libro, in quo scribantur causæ hucusque conclusæ, iuxta dictum ordinem, cum nominibus relatorum, & quod magistri actorum causarum debeant curare dictas conclusiones describi facere in dicto Libro, sub pœna priuationis officij.

Item quod causæ, quæ primo fuerunt conclusæ, primo debeant expediri & votari in dicto Consilio: Quod intelligatur secundum ordinem causarum commissarum singulis Regijs Consiliarijs, dummodo partes, vel earum Procuratores sint præsentes, vel altera ipsarum partium, quæ petat expeditionem causæ, exceptis causis priuilegiatis, & de sui natura summarijs, quæ non habent sequi ordinem aliarum causarum plenariarum: Attamen inter causas ipsas priuilegiatas etiam seruetur ordo petitionis, reseruato etiam arbitrio nostro Viceregi, si sibi videtur ex iustissimis causis aliquam dictarum causarum extra dictam regulam expediri debere.

Item quod qualibet die Sabbati ante meridiem in Consilio ordinentur causæ, quæ debeant votari in sequenti hebdomada, & in quibus debeant Aduocati audiri in dicto Consilio, & de illis fiat memoriale in scriptis per singulos dies, cum expressione causarum & nominibus relatorum ipsarum, qui relatores intrent & poãnt vniuscuiusque causam suam per ordinem & per circulum inter eos ordine seruato, & secundum qualitatem causarum maior, vel minor, & dictum Memoriale affigatur in valuis dicti Sacri Concilij.

Causa expedienda notentur in lista affigenda in valuis aula rum cum seq. b. d. Riuiera.

PHILIPPVS &c.

ESsendo venuto à nostra notitia che benche sia prouisto per dispositione di Regia Pragmatica, che le cause prima concluse, si debbiano prima espedire, & che ogni Sabbato si significassero le cause che nella sequente settimana s'hauessero à referire seu espedire. Quella al presente non si osserua, da che nasce non poco disordine, si perche si lasciano di spedire le cause per suo ordine & per antiquità, sì ancora perche le parti, massimamente forastiere & Vniuersità, non sapendo quando si da parlare di loro cause, son trauagliate di maggior dispendio, & molte volte s'introducano le cause, delle quali non trouano li Procuratori, & Auocati instrutti, per non essere loro stato notificato che quelle cause all'hora s'haueano à referire seu espedire, dal che nasce detrimento di giustitia, & non poco danno delle parti litiganti: Et desiderando noi che la giustitia sia rettamente administrata col maggior ordine, & con la maggior breuità, & col manco trauaglio & dispendio delle parti che sia possibile, & che siano bene intese, & esaminate, & gli Auocati & Procuratori possano facilmente attendere à diffenderle: Volendo sopra ciò prouedere, come si conuiene per beneficio vniuersale del Regno, per la presente nostra Pragmatica in omni futuro tempore valitura, ordinamo, statuimo, & comandiamo, che nel Sacro Regio Cõseglio le cause prima concluse, si debbiano prima espedire: Vogliamo anco & ordiniamo, che nell'vltima settimana di qualsiuoglia mese, si habbiano à porre in lista tutte le cause che si hauranno à referire seu espedire in tutto il mese seguente, quale lista si faccia per lo Magnifico Presidente, comparere di tutto il Tribunale, & quella fatta, si mandi à gli Illustrissimi Vicerè, seu Locumtenenti, qui pro temporibus si trouaranno gouernare il Regno, & poi nell'vltimo di ciascun mese che si reggeranno li Tribunali, s'habbia detta nota seu tabella ad affiggersi nella porta di detto Sacro Cõseglio, acciò che ogn'vno nè habbia notitia, & gli Auocati possano più commodamente studiare le cause: Et vogliamo che il predetto ordine seu tabella, ò lista comminci à farsi dall'vltima settimana del presente mese: Et le cause che saranno di poco

co momento, quale non conuerrà porsi in lista, seu tabella, & ancora gl'incidenti che bisogneranno riferirse in Consegio, vogliamo che si facciano nell'vltima hora, & si referiscano & introducano similmente le predette cause & incidenti per suo ordine & per loro antiquità, eccetto se per alcune giuste, & ragioneuoli cause altramente parrà al Magnifico Presidente nelle predette cause mimè & incidenti, quali se hauranno da espedire nell'vltima hora. Et questo vogliamo che s'habbia da affigere in valuis di questo Regio Tribunale, acciò che ogn'vno nè possa hauer noticia, non facendo il contrario per quanto s'hà cara la gratia, & seruitio della prefata Maestà.

Datum in Regio Palatio prope Castrum nouum. Neap. die 28. Nouemb. 1555.

Don Bernardino de Mendozza.

V. Polo Regens. V. Villanus Regens.
Auitaya pro Martyrano Secretario.

Capitulum contentum in Pragmatica nouissimè edita per Illust. Don Ioannem Manrique.

EX DICTA PRAGMATICA.

CVm alia eiusdem Regni Pragmatica cantum, vt Actuarij & Commissarij causarũ, die Sabbati cuiuslibet hebdomadæ, eas, quæ in sequenti hebdomada ex conclusionum ordine expediendæ sunt, notare debeant, vt partes & Aduocati in quibus causis informare debeant scire possint, ea quæ obseruata hactenus non fuerint, æquè, ac si edita, promulgataque non fuisset, Idq; non parum incommodi causis afferre vsus & experientia docuerit, cum partes & Aduocati ad causam decidendam imparati, plerumque admitterentur: propterea cum deliberatione & voto Regij Collateralis Concilij penes nos existentis, mãdamus, decernimusque eam plenè, perfectèque & inuiolatè seruari, illamque ampliantes & declarantes, statuimus vt causæ prædictæ in talibus describantur, & affigantur in valuis aulæ Sacri nostri Concilij sigillatim & distinctim per dies, Commissarios, & horas sub pœnis in eadem Pragmatica contentis, & alijs nostro arbitrio reseruatis. Hæc illa.

Quoniam verò ex diuersitate prouisionum prædictarum, & difficultate contentorum in eis, aliaue de causa præmissa minimè obseruata sint, & fortè nec cœpta obseruari, ex his propterea omnibus, quæ vsu faciliora, & causarum debitæ expeditioni congruentiora visa sunt eligentes, statuimus, quod fiat Quinternum, siuè Liber describendus & conseruandus per Concilij Secretarium, in quo cuiusque Commissarij processuum hactenus conclusorum, & deinceps concludendorum describantur conclusiones cum annotatione causarum, personarum litigantium, nomines Commissarij, & Actuarij, ac temporis earundem conclusionum. & quod Actuarij dicti Sacri Cõcilij, prout ad vnumquemque ipsorum spectat, conclusiones ipsas denuncient Secretario præfato, illasque describi faciant in eodem Quinterno, postquam factæ & intimatæ fuerint infra duos dies sub pœna suspensionis ab officio duorum mensium pro prima vice, & alia vnciarum 25. tertia verò priuationis officij. Quodque prima cuiusque mensis die iuridica conuenientes in vnum ipsius Sacri Concilij Præsidentes & Consiliarij omnes percurrãt causas prædictas conclusas, discutiantque inter se, qualitatem causarum, personarum ac antiquitatem diligenter pensantes, & illæ quas ab his communiter conclusum fuerit per vnumquemque Consiliariorum sua hora in expeditione præferri, & eo mense expediri debere in sceduia siuè lista scribantur, affigenda in valuis Sacri Concilij, vt omnibus innotescat, possintque litigantes, ac eorum Aduocati & Procuratores certi & instructi venire ad suarum defensionem causarum, eiusdemque sceduiæ exemplum siuè copia per dictum Sacrum Concilium nobis, & qui pro tempore fuerit Viceregi assignetur, ac in fine cuiuslibet mẽsis causarum prædictarum, quæ expeditæ fuerint notula nobis transmittatur: Ex iis autem causis, quæ quolibet mense expediendæ describuntur, singulis eiusdem mensis diebus Sabbati de mane Consiliariorum quisque causas, quæ sequenti hebdomada per ipsum fuerint expediendæ, & in alia sceduia, vt supra affigenda, suo arbitrio præmissas qualitates præ oculis habendo describat, finito autem mense si causæ in principio præcedentis descriptæ, & in lista positæ omnes non fuerint expeditæ, in principio sequentis mensis illæ quærem menti expediendæ, vna cum alijs addendis, secundum ordinem prænarratum in lista ponantur & expediantur, & hunc ordinem ceteris posthabitis in diffinitinis seruari mandamus, in incidentibus autem, prout necessitas suaserit, Commissariorum arbitrio referantur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec pragmatica hodie seruatur, verum liber qui dicitur debere fieri per Secretarium hodie fit per Actuarios.

PRAGMATICA LXV.

De offic Sac. Conc.

PHILIPPVS &c.

DOn Henricus de Guzman Comes de Oliuares, & in presenti Regno prefate Regię Maiestatis Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. se bene per diuerse Prammatiche, dalli Serenissimi Predecessori Rè, & dall'Illustri nostri predecessori Viceré di questo Regno fatte stà ordinato, & stabilito per molte, & così giuste ragioni in dette Pragmatiche espresse, che le cause prima concluse, si douessero prima spedire, tutta volta per alcune eccettioni, & modificationi per dette Pragmatiche admesse, così de liti di persone priuileggiate, come per liti di sua natura sumarie, & anco per l'arbitrio che fù lasciato al Tribunale del Sacro Regio Consiglio; per esperienza s'è visto, che le Prammatiche predette non hanno hauuto lor debita esecutione: Per questo volendomo,

che dette Pragmatiche, & stabilimento, che le cause prima concluse se determinino, & habbiano in ogni modo inuiolabilmente essecutione, nè per causa di dette liti di persone priuileggiate ò per sua natura summarie, si dona occasione d'attentare lo contrario: ci è parso con voto, & parere del Regio Collaterale Consiglio appresso di noi assistente, aggiongere alle Pragmatiche predette si come per la presente Pragmatica omni tempore valitura, aggiongemo, statuimo, & ordinamo, che senza eccettione alcuna, le cause prima concluse si debbiano determinare in tutti li giorni della setti mana eccetto il giorno del T Sabbato, nel quale vo lemo si debbiano trattare tutte le dette cause di persone priuileggiate, & summarie, nelle quali similmente, s'habbia da osseruare lo medesimo ordine, che le prima concluse si spediscano, si come stà stabilito in dette cause ordinarie, cò che nell'espeditione delle cause predette, così ordinarie, come priuileggiate, & summarie, vi siano presenti le parti, ò loro Procuratori, ò quella delle parti, & Procuratori predetti: per la quale si farà instantia per l'espeditione delle cause predette.

Item stabilimo & ordinamo, che quando il Sabbato fusse impedito per alcuno impedimento di non potersi trattare le dette cause priuileggiate, & summarie, che detto Sacro Regio Consiglio debbia ritornare il Giouedì dopò mangiare à trattare per due hore le dette cause, T che s'haueano da trattare in Sabbato, acciò non resti impedita la espeditione di quelle. & accioche questo nostro ordine s'essegua senza eccettione, nè arbitrio alcuno, ordinamo, che li Magnifici, & circonspetto Presidente, & Consiglieri del detto Sacro Regio Consiglio, s'habbiano da giontare dentro di giorni trenta dopò la publicatione della presente Pragmatica, & fare lista particolare di tutte le cause ordinarie, che al presente si ritrouano in detto Sacro Consiglio, con l'antiquità di quelle, secondo le conclusioni, & ia debbiano inuiare à noi con li nomi delle parti, di chi sono le cause predette, & delli Commissarij, & Mastrodatti di quelle.

Item statuimo, & ordinamo ch'ogni mese nel primo giorno feriato li detti Magnifici, & circonspetto Presidente, e Cōsiglieri del detto Sacro Regio Consiglio, debbiano fare vna lista delle cause prima concluse, con l'ordine del tempo che teneno, lequali si deueranno spedire in detto mese Commissario per Commissario separatamente, & di quella ce ne debbiano similmēte mādare copia à noi con li nomi delli Commissarij delle cause predette, ponendone vn'altra in valuis d'ogni Rota di detto Sacro Consiglio, acciò le parti sappiano che cause s'haueranno da spedire, & in fine di detto mese ci debbiano inuiare vn'altra lista delle cause predette, conforme à la prima, notando in quella le cause spedite, & la causa perche non si faranno spedite l'altre, non essendo rimasto per mancamento di tempo, & così anco volemo s'osserui, & essequisca à rispetto delle dette cause priuileggiate, & summarie, con farnosi le dette liste, come delle cause ordinarie. Et perche potriano succedere casi, nelli quali conuenesse per alcune cause alterare detto nostro ordine, volemo, & così ordinamo, che quando succederanno simili casi, s'habbia ricorso da noi, atteso ordinaremo quel che ci parcrà conuenire, & s'hauerà d'essequire.

Datum Neapoli in Regio Palatio die 9. Mensis Februarij 1596.

El Conde d'Oliuares.

V. Ribera Regens. V. Gallus Regens.

V. Gorostiola Regens. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Don Bernardino de Barrionouo. In Bannorum 1. fol. 1.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Sabbato.* Hodie in diebus Sabbati, & Mercurij tractantur causæ in quibus interueniunt adiuncti, vel Consiliarij triū, vel quatuor aularum, & quòd superest temporis expediuntur, vel causæ criminales, vel aliæ pauci momenti, & personarum priuilegiatarum.

T *Le dette cause.* Hoc non fuit seruatum: neque potuit ad amussim seruari, quòd supra statutum fuit, quod causæ primò conclusæ primò expediantur, quia multoties, nec partes volunt expeditionē tam actor quam reus, nec desunt alia impedimenta, & si hoc esset seruandum, nunquam ferè causæ expedirentur, scit Deus, & norunt cuncti qui nostra sciunt, per oos ooo stare, immò si aliquæ contentiones inter nos oriuntur, si aliqua inuidendi tentatio oritur id oriri ex desiderio causas expediendi, vt litigātes alacri animo ad nos veniāt pro causarum expeditione, impedimenta tñ quæ aliqñ conspiciuntur, oriuntur, vel propter Iudicū recusationes, vel deficientiam iudicantium, quia non sunt sufficientes in aula. Deus propter peccata Regni huius permittit, seruatur tamē quòd hic dicitur de faciendis listis quolibet mense in prima die ipsius, quæ ostē duntur per D. Præsidem Excellentiss. D. Proregi, quod seruat exactè D. noster Prædeus, D. Petrus de Vera ab Aragonia, fi cuti etiam exactissimam de causarum expeditione rationem exigit Illustrissimus, ac Religiosissimus D. D. Alphonsus Pimentellus beneuenti Comes Prorex prudentissimus qui de causis quas expediri iubet rationem petit.

Dantur aliqua sollentia ad supradictam Pragmaticam, hoc dicit Tapia.

Ex Libro notamentorum Sac. Conc.

QVe respetto delas causas delos presos criminales no se entienda en la Pragmatica, siendo graues sino, que en qualquier dia se puedan di spachar estando actualmente presos.

Que respetto delos incidentes no se tratta en esta Pragmatica nada y assi quedan en sua fuerça las Pragmaticas passadas à donde se determina esto.

La

La relaçion y lista se haga por el libro del Secretario, y se ajuste por el del Presidente y Consegero vn dia de fiesta.

Que en todos los presos criminales se entienda esto.

Que las causas priuilegiadas de dos Rotas sean preferidas alas demas de dos Rotas aunque sean mas antiquas.

Causæ primò conclusæ primò expediantur. h.d.Rouitus.

PRAGMATICA XV.

De ordine iudiciorum.

CAROLVS V. IMPERATOR.

SImiliter mandamus quod obseruetur id quod in alijs est ordinatum circa causarum expeditionem, videlicet. Vt causæ primo conclusæ expediantur, & terminentur quandoque Actuarij, & Commissarij causarum die Sabbato cuiuslibet hebdomada eas, quę in subsequenti hebdomada ex dicto ordine expediendæ sunt notare debeant, vt partes & Aduocati in quibus causis informare debent, scire possint, sed si fortè aliquæ causæ arduæ expeditionem celeriorem desiderare visæ fuerint, earum discussio fiat in vltima hora, quæ si plurimæ sint in ipsis quoque procedatur ad conclusionem, prius chartarum ordine inspecto atque seruato.

Ex Cap. Neap. Anno 1583.

5. ITem si supplica V. E. resti seru'ta sabformibili pena a comandare rigorosamente se osseruino le Prammatiche disponentino che le cause prima concluse siano prima espedite, & che le cause introdotte non si possino, nè si debbiano interlassare.

Mandat Sua Excell. Pragmaticam prædictam, omninò, & inuiolabiliter obseruari.

Causa prius inchoata terminatur, nec propter alias impediantur h.d. Tapia.

IMPER. FEDER.

PRæsenti lege decernimus, omnibus omninò indicijs valitura, vt inchoatis causarum audientijs, nullæ penitus aliæ misceantur, priusquam quæstionibus primis per diffinitiuæ, vel interlocutoriæ sententiæ calculum finis legitimus imponatur, vt ad eum dilationis terminum, quem causæ naturæ poposcerit, deducatur.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

PRæsenti lege. Hæc constitutio pertinet ad cultum iustitiæ, vt vno negotio cœpto, nisi sit finitum in iudicio, nullum aliud inchoetur, & multi etiam magnates & Iudices imponunt pœnam in hoc, argum. ff. de pœn. l. moris. vt promiscuis actibus rerum officia non turbentur. C. de testam. l. hac consultissima.

ADDITIO. *Adde, Similis Pragmatica edita est per Cæsaream Maiest. Reg. Cat. in Sacro Regio Consilio. Et vide Ritum Magna Curia, Item seruat ipsa Curia quòd accusator de eo, qui prius Curiam adiuit & interim Regina Ioannæ legislatoris proprium est, & magnam constitutionem supra si ciuiliter agens, & constitutionem supra iuxta, & cap. Regis Rober. quorundam. vbi de iustitia etiam retardata. & infra quantum tempus causa expedirt habeant.* Cæiar.

PRAGMATICA XII.

De offic. Sac. Conc.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

SI Processus alicuius relatio per aliquem ex Consiliarijs semel capta sit, causam ad relationem deductam donec prorsus expedita sit alterius processus relatione turbari, atque interrumpi prohibetur. Idque iuxta tenorem Constitutionis Regni præsenti lege decernimus, quam hactenus malè seruatam fuisse audiuimus.

Dux de Alcalà Vicerex.

COnstitutio illa pręsenti lege satis prouidè facta etiam post renouationem & confirmationem istam malè obseruata est, Mandamus propterea illam obseruari cum temperamento, de quo in pręcedenti sanctione facta super ordine expediendarum causarum.

IOANNA II. Rit. 76.

ITem quandocunque de sero proponerentur aliquę causę, siuè fiscales, siuè priuatorum, in quibus requirerentur disputationes, siuè allegationes, transferantur in sequentem diem de mane.

a VT vniuersis. Constitutio ista defert nobilibus, vt si contingat nobiles Barones, Comites, vel alios milites agentes, vel conuenientes coram competētibus Iudicibus Præsid. vel alijs fore damnandos, non debent damnari per eum, qui cognoscit, sed per alios Barones nobiles, siue sit danda diffinitiua, siuè interlocutoria sententia, & illi Barones, qui debent iudicare iudicabunt. Primò secundum constitutionem. Secundò secundum consuetudinem approbatam. Tertiò secundum ius nostrum. si dubitetur, recurretur ad conscientiam Principis. Et idem erit in causa appellationis: nam non potest esse Iudex in causa appellationis, nisi nobilis, qui iudicabit secundum istam formam. & de hoc iudicabit, & facit ad hanc constitutionem in eo, quod alius cognoscit, aliud iudicat, vt C. vbi sent. l. 3. quod fit simili fauore, scilicet nobilitatis.

Causa tam ciuiles quàm criminales contra Comites, & Barones Regni decidantur per eosdem Barones. h.d. Tap.

IMPER. FEDER.

VT a vniuersis & singulis Regni nostri nobilibus b honor c debitus integrè conferetur

b *Honor.* Sic & in alio fauetur eis, vt infra de pugnis subla. l. 1.

c *Debitus.* Not. quòd honor & priuilegium huius constitutionis datur illis tantum militibus, & Baronibus qui viuunt in honore

honore militari, videlicet, in equis, & armis, & alijs militaribus signis, quibus Barones, & milites condecet decorari, vt infra de pugnis. l. prosequentes. circa fi. quæ hanc determinat in hac parte. & argum. ad hoc ff de iure immun. l. semper. §. negotiationis. ibi, quamdiu in huiusmodi actu sunt, &c. & C. de veteranis. l. nullus. lib. 12. & de Decurio. l. per id tempus, lib. 12. de excusat. tut. si duas, in fine.

seruetur, Comitibus, Baronibus, ac cęteris a militaribus viris eorum iudicia sibi inuicem reseruamus, videlicet vt prędicti criminaliter accusati b vel etiam conuenti ciuiliter, non

a *Militaribus.* Intelligas de illis militibus, qui viuunt in honore militari, vt infra de proba. & instru. in illa constitut. quæ incipit, prosequentes. in fine. Militaribus viris, aliàs, militibus iuris eorum, &c. & non sinè causa posuit viris, & non virium, quippè hi differunt inter se, vt ff. de constit. pecu. si maritus. §. si quis autem. & hoc ideò dictum esse credendum est, quia non in omnibus iuribus suis Barones, & milites habent Iudices speciales, sed tunc demum quando quæstio est super feudo, vel rebus feudalibus, omnes aliæ quæstiones eorum, & ciuiles, & criminales pertinent ad Iudices ordinarios eorum, tam ex Regia veteri, quam ex noua constitutione Imperiali, vt infra de offic. Baiul. l. locorum. sup. eo. l. 1. Si opponas de milite, qui feudum non habet, dico, quòd nulla ratio est in promptu. ideò enim dicit iuris eorum, quia si conueniantur coram magistro Iustitiæ militum, & ita coram suo Iudice speciali, vt C. de iurisd omn. iud. l. magisteriæ. & ff. de custod. reor. l. militibus. De alijs verò coram Præside Prouinciæ, vt ff. ad legem Cornel. de sicar. l. fin. & aliàs vna persona ex diuersitatibus quæstionum coram diuersis iudicibus conuenitur, vt C. de episcop. & cler. auth. clericus quoque. & C. de inoffic. testam. l. vtilem. Item, si Decurio testamentum scripsit quæstioni subijcitur, si falsi quæstio moueatur, vt ff. ad leg. Cornel. de ficar. si quis decurio. sed & in alijs quæstio. l. licet nullæ. alias est litera communis, militaribus iuris, quam seruamus.

b *Vel etiam conuenti.* Secus verò, quando huiusmodi nobiles agerent, alias accusarent: tunc enim non datur eis huiusmodi priuilegium. & est ratio, nam cum nobiles sint inter se inuicem Iudices, vt in hac constitut. merito quando ipsi conueniuntur, vel accusantur, actor vel accusator debet coram eorum Iudicibus experiri, & eorum forum sequi. Sed quando nobilis agit, vel accusat non nobilem, non debet eum trahere ad Iudicem ipsius, qui agit, vel accusat, sed similiter sequi debet forum ipsius rei: licet actor sit nobilitate decoratus, vt C. vbi causa status agi opor. l. si in possessione. Et Barones, siuè iure ordinario cognoscant, siuè delegetur causa: delegari enim debet comiti, vel Baroni, vt infra eod. ibi, vel delegatus à nobis, &c. G.

* ADDI-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

VT *vniuersi.* Aliqui habent hic Rubricam, à quibus Comites & Barones iudicentur, & hæc constitutio benè glossata est. S[...]n multis corrigitur dictum glo. per cap. in platitie Sancti Martini. quo cau tur vt habeant priuilegium fori, siuè agant & accusent, siuè conueniantur & accusentur. Item siuè de feudo, siuè de re alia? quia siuè personaliter, siuè realiter: quia cum dicit realiter non distinxit de re feudali, vel non. Et sic idem de re Burgensatica, & rectè: quia res sequitur conditionem personæ, & non ècontra. C. de impo. luc. descrip. l. 1. lib. 10. ad fin. propter dignitatem hominum. ff. de ædil ædic. l. iustissimè. Cui homini seruit Angelica creatura, vt not. ff. de vari. cogn. l. cognitionum. §. 1. Factæ sunt enim res causa hominum, non homines causa rerum. ff. de vsufruct. l. in pecudum. Primò quæri consueuit hic, nunquid habeat locum hæc constitutio, quando proceditur ex officio? Nam loquitur de accusatis & conuentis, & sic cum sit odiosa, non trahitur ad simile. ff. de legibus. l. quod verò. sic dicunt quidam de constitutione, prosequentes, infra de testibus contra Comites & Barones. Et quòd sit odiosa patet, quia de ordinario dat cognitionem extraordinario. hoc autem est odiosum. C. de dilatio. l. 2. Item licèt officium sit loco accusatoris. ff. de offic. præfec. præto l. congruit. & loco accusationis ciuilis. ff de religio. l. si quis sepulchrum. de alimen. & cibar. lega l. seruos. tamen est actio, vel accusatio, quia diuersis nominibus appellantur. C. de codicil. si idem. Et si est ei similis, non est idem. ff. depoſi. l. quod Nerua. Item ex quo non expressit de officio, videtur omisisse, vt C. de caduc. tollen. l. 1. §. penul. de verbor. obligat. l. quicquid. & sic in accusatis & conuentis tantùm intelligetur, eod. tit. l. si minor. odiosa enim est constitutio, quia dat iudicium compari: Sed asinus auribus intumesceret, si sciret, se per comparem apprehendi. ff. de acquir. possess. l. hæres. §. per seruum. Verius videtur, quòd sit idem: nam quandoque loco agentis vel accusantis deficientis, ex officio proceditur, sicut in casibus notatis. ff. de adulter. l. 1. §. si publico. Regulariter contra. ff. de mun. & honor. l. rescripto. §. si quis. Verisimile est in omnem casum & commodum non voluisse nos debere procedi: sicut si ageretur & diceretur causa & litigium, non ex officio, sed per accusationem & actionem procederetur. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. l. 1. §. hæc actio. § quis cautio. si eum §. qui iniuriarum. Item cùm Princeps mandat inquiri specialiter, verisimile est procedi velle eo modo, vt non tollat istas constitutiones multis vigilijs excogitatas. C. de inoffic. testam. si quando. ¶Per constitutionem Regni raro fiebat inquisitio, vt infra eod. tit. l. hi qui. §. de specialibus. ad rara non aspexit lator huius legis. ff. de legibus. l. nam ad ea. & hoc quando ex mero officio. Multò magis quando petente vel denuntiante aliquo, inquiritur ex officio, quia denunciator habetur loco accusatoris, extrà de calu. cap. 2. ¶Quoties aliquid statuitur contra istis in aliquo casu expresso à lege scripta, non etiam requiritur voluntas agentis, sicut sunt isti, qui volunt seruare honorem viris honoratis, quibus debetur honor: quia cui honor est, &c. Ad Romanos 13. Et patet in Auth. vt ab illis. in princip. C. de stat. & imag. l. fin. & de procurator. l. penult. de iniurijs. l. 2. ff de senatorib l. 1. & per totum. immò alijs propter eos. lib. 12 de dignitati. l mulieres. ¶Et vt tales sint testes quales illi contra quos producuntur: argum. C. de hæret. quoniam. Si in casu non expresso sit eadem ratio æquitatis, idem ius statuendum est: argum. C. de furtis si quis seruo. & argum. de petit hæredit. item veniunt. §. ad aptanda. eadem ratio si agatur ex officio, ergo idem ius. ad legem Aquiliam. l. illud. & ratio diuersitatis reddi non potest. ff. de verbor. oblig. l. à Titio. Vnde licèt habeant diuersam naturam, in effectu sunt idem, cum ius & potestas siuè ratio sit eadem in vtriusq;, vt l. si idem, C. de codicil. cum re quis priuatur, nec non sinè nomine diuersitas remanet. C de nuptijs. Imperialis. §. 1. Illa quæ similantur in effectu sunt eadem ff. de legibus non possunt. licet alia sit origo vnius, & alia alterius. Sicut dolus, qui ex malitia est, & lata culpa, quia ex fatuitate, aliàs facilitate, & idem dicitur in l. quod Nerua, quòd non sunt idem, scilicet, per omnia, quia non quantum ad originis causam, sed quantum

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 † HAec constitutio ortum habuit à cap. 1. de controuersia feudi apud pares terminanda, non tamen seruatur hodie, quia omnes causæ si sunt criminales tractantur in Magna Curia Vicariæ causarum criminalium, ciuiles verò tam

non nisi per Comites, & Barones * & eos, qui à nobis tantum feuda in capite tenent, non, qui Comitibus, & Baronibus alijs teneantur, diffinitiuas, & interlocutorias sententias, etiam quæ principali negotio præiudicium possint afferre recipiant a cum proborum virorũ iudicio, & aliorũ nobilium consilio proferendas, & per eosdem Comites, & Barones : interdum etiam b de commissione ipsorum per per Curiæ nostræ Iudices decidendas, & quamquam Comites aliquãdo examinationi totius negotij nõ intersint: auditam tamen causam & plenè discussam Iustitiarij & Iu-
diecs

dices nobilibus, qui sentẽtiam debebunt ferre, seriatim enunciens, vt sicut antedicti Comites, & Barones secundum constitutiones sacras nostras, c aut in defectu ipsarum secundum consuetudines Regni approbatas, d & demum secundum iura quibus constitutiones prædecessorum nostrorum & nostræ non obuiant, ac denique recepto responso celsitudinis nostræ e si causæ dubietas hoc requirat, causam secundum Deum, & iustitiam sententialiter terminare procurent. A quorum sententijs, si contigerit ad audientiam superiorum Iudicum, vel nostri culminis prouocari, appella-
tio-

* ADDITIO. *Ad intellectum huius constit. vide Andr. in c. 3. de controuer. feud. apud par. term. vbi limitat non procedere, nisi in crimine læsæ Maiestatis. num. 6. ver. in Regno Siciliæ. & in c. 1. in fi. an apud Iudices.* Fabius Iordanus.

a *Cum proborum virorum iudicio.* No. quòd sententia ferentia serenda est cum cõsilio sapientum, vt no. C. de sentent. ex peri. reci. l. 2.

ADDITIO. *Adde an talis sententia transeat in rem iudicatam? per Barb. cons. 44. incip. clementissimum Deum, in 4. vol.* Superantius.

Et possunt etiam inuiti compelli sapientes ad consilium dandum, vt C. de pro. sacr. scri. l. 2. lib. 12. non tamẽ aduocati partium ad consilium vocandi sunt, vt ff. de his, quæ in testa. delen. l. prox. & ibi plenè no. ord. gl. No. quòd quicquid fiat de consilio, aliàs de consuetudine, & quicquid dicatur. aduocati partium non sunt vocandi in cõsilio serendæ sententiæ, per hanc l.

ADDITIO. *Adde Bart. in l. proximè ff. de his, qui in testamen. delen. & ibi Pau. de Cast. in 4. no.* Superantius.

Et collige ex hac l. modum allegandi in aduocatis, & modum deliberandi in Iudicibus: quantumcunque enim Aduocatus consulatur deposito officio aduocationis, in nihilo tamen memor est affectionis partis suæ, vt C. de assessor. l. vlt. in fine.

b *De commissione.* Speciale in his, & in quibusdam alijs, vt Præfectis Prætorio, & alijs illustribus, vt per alios pronunciare possint: regulariter contra, vt C. de sent. ex peri. reci. l. pen. in fi. Quid autem in pluribus Iudicibus, quomodo pronunciabunt? dic, vt in sum. de arbitr. §. item compromissum, vt arbiter pronunciet, secũdum Azo. G.

c *Aut in defectu ipsarum.* Not. iudicandum esse primò secundum constitutiones, secundò secundum consuetudines approbatas, tertiò secundũ ius Longo. & Romanum, vt hic, & infra, iuxta fi. & infra in e. const. quæ incipit, cum circa. Qualiter autẽ debeant iudicare alij Iudices Regni, dicitur infra l. puritatem.

d *Et deinde.* Aliàs demum.

e *Si causæ dubietas.* Id est, negotium. alio enim modo consulendus est Imperator super nouo negotio, quã si super lege aliqua dubitetur, quod dic, vt in summ. de leg. & constitutio. §. item si quis interpretetur, secundum Azo. G.

Et not. bonum argumentum iuris ciuilis ad hanc constitutionem, videlicet, quòd nobiles debent per nobilem iudicari. C. de tut. & cura. furio. l. fin. §. fin autem testamentum. in ver. sed si quidem nobilis, &c. Coæqualitas enim militiæ & notabilitatis, quæ fortis est, hoc operatur, vt argum. ff. de excus. tut. l. sed milites, circa princ.

b De

a Vel

ANDRAEAS DE ISERNIA.

tum ad effectum sunt idem, quia lata culpa comparatur dolo, & dolum repræsentat. ff. de action. & obligat. l. 1. §. his qui. si quis testam. lib. esse ius fue. l. 1. §. 1. Sed compar diligit comparem, cum Iudex sit vir bonus. ff. de verbor. obligat continuus. magis præsumitur diligere veritatem in iudicando, quia amicus Plato, sed magis amica veritas, &c. vt dicitur primò Ethic. De quolibet præsumitur, quòd sit bonus, donec constet de contrario. ff. de re milit. l. non omnes. §. à Barbaris.

ADDITIO. *Adde l. si verò, in §. 1. ff. qui satisdare cogan. l. fernot. ff. de manu. test. vnen. l. omnimò. C. de inoffic. testam. cap. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. regula, semel. de re. iu. lib. 6. limita dicta iura nisi agatur de præiudicio alterius, secundum Abb. in cap. cum in iure. de offic. deleg.*

Aliàs dicitur, quòd Iudex vir bonus tenebit medium. C. de fal. l. vbi. idest, veritatem, quæ est in medio, sicut quælibet virtus dicitur seruare medium. non ergo est vis an litigator intumescat, & si nobilis cognitor excedatur in dilatione ad nobilem litigantem, hoc non vetat opponi hæc constitutio. Nam si ordinariè ageretur hoc multò magis opponitur testibus. ff. de testi. l. 3. in princ. quando lex quæ trahit ad extraordinarium Iudicem, redigitur in corpore iuris. sicut est in corpore constitutionum, est fauorabilis, non odiosa. not. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. Non obst. quod consue-
uit

uit allegari contra hoc, quod est alius effectus inquisitionis per officium, quia tunc non infamatur, quam accusationis ordinariæ, quia tunc sic. C. si tutor non gesserit. l. 1. ff. de suspe. tut. l. 3. §. præterea. in glo. de bon. lib. qui cum maior. §. 2. nam vt ibi not. fortius vinculum est ordinarium, & durius extraordinario, sicut est officium, si in duriori à fortiori vinculo quis infamatur, videlicet, & in ordinario hoc statuitur per istas cõstitut. multò fortius in leuiori, vt ff. de re iudi. l. non debet licere. Sicutècontra statutum in leuioribus non trahetur ad maius, sed durius. ff. de senato. l. qui indignus. de ser. expor. cui pacto. argum. ex illo fortè si de quo magis videtur inesse & non inest, nec id de quo minus Imperator non potest, ergo nec miles. in ordinario non valet sinè comparibus, ergo nec in officio. Sed si subuenitur doti quando nulla est stipulatio: Multò magis quando est aliqua, sed inualida. C. de rei vxo. ac. l. 1. in princ. ècontra si non valet in leui, nec in duriori. C. de negot. gest. l. 1. Adde quæ dicta sunt in constitut. prosequentes. Sed qui sunt militares viri? potest dici, quòd militaris vir non est miles: Sed portat insignia militum iussu Principis: Sicut Doctores in legibus, qui calcaria deaurata, & frænum ferunt, istis maior debetur honor, quam militibus. dicuntur enim viri honorati. C. de offic. diuer. iud. l. 1. aliàs si. & Aduocati, qui militant, vt C. de aduo. diuer. iud. l. Aduocati. qui dicuntur nobilissimi.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tam in Magna Curia causarum ciuilium, quàm in Sacro Consilio, quæ autem fiscum aliquo pacto tangunt siuè actor, siuè
reus

reus sit discutiuntur in Regia Camera, qua de re ad huius constitutionis explanationem non accedo, videtur tamen aliquan-

a *Vel delegatis à nobis.* Hoc est benè notandum, quòd delegato Principis alij delegante, appellatur à secundò delegato ad primũ, vt hic. fecus autem in delegato ab alio delegato ab alio delegante: tunc enim appellatur non primus delegatus, sed delegans, vt ff. quis & à quo app. l. 1. §. ab eo. & C. qui pro sua iurisd. l. 1. in fi. Vel aliter, delegatus fuit ab Imperatore non in principali causa, sed in iudicio appellationis, vt hic.

ADDITIO. *Adde, qui dicuntur de gremio ? glo. in cap. requisiti, de test glo. in verbo, paupert. in cap. si pater. eod. tit. lib 6.* Superant

tionis Iudex orinarius, a vel delegatus à nobis, qui Comes similiter sit, aut Baro: vel aliorum Comitum, & Baronum, ac iudicum, & proborum virorum consilio, appellationis causas honori nostro, & iustitiæ deferentes, confirmando, vel infirmando priorem sententiam decidere procurent. Quod non solum in iudicijs cognitionum nostrarum, sed in alijs etiam generaliter, siuè delegationis iure, siuè ordinariè cognoscatur, inuiolabiliter volumus obtineri. Et vt omnis omninò ab interdictis iudicijs possit abesse dubietas, Comites, & Barones, & similes & qui vel in magna Curia nostra, vel alibi debebunt de cętero interesse de sententijs, corporalia volumus sacramẽta pręstare quòd de purę conscientię gremio nulli fauori, vel gratię deferentes, iuxta sacratissimas prędecessorum nostrorum Regum Sicilię, & nostri nominis e sanctiones, ac deinde secundum Regni nostri obtentas consuetudines, & iura, & postremò de conscientię no-

si ita debeant indicare, videlicet secundum leges, non iuxta eorum arbitrium: nam & ipse Imperator imperium Deo dante suscepit.

ADDITIO. *Adde Authen. de instr caut. in § 1. Doctor. in l. digna vox. C. de legibus. Ang. consi. 37 1. incip. an sententia restitutionis.* Superant.

Vt iudicet secũdum leges, vt in Authen. in medio litis non fieri sacras, in fi. colum. 8. & in l. digna vox est. C. de legibus, & con. & cuncti studere debent timore Dei iustè iudicare, vt in Authen. vt differentes Iudices. §. si tamen inuenimus. semper vult Imperator obtinere quod leges volunt, vt in Authent. de iudic. §. fina.

b *Sanctiones.* Nec habeant pro malo Comites, & Barones, si

a *Quæ*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

fimi. C. de postulan. l. prouidendum. Sic est differentia inter consulem, & consularem virum, quia consules sunt, qui in ipso actu sunt gerendi consulatum. Consulares qui insignia consulum beneficio Principis consequuntur. C. de nouo Cod. compo. §. ideoquè, in glo 1. lib. 12. de consul. lib. 12. de consul. l 3. & 4. Vel dic militares esse filios militum qui nondum militant, & feuda non habent. tamen hunc honorem & dignitatem assigno. C. de priuil. eorum qui in sa. pa mi. l. 1. lib. 12. nam nobilibus datur hic honor, vt l tera dicit indistinctè, non eis tantum qui feuda tenent. In dicto cap. in planiciè nominat tantum Comites, Barones, & feuda tenentes. Sed subaudiendum est, maximè. nam lex interpretans locum habet in omnibus in quibus lex interpretata, vt in Authen. de filijs ante dota. instr na. §. fin. licet litera dicat, per compares absolui debeant, aut etiam condemnari. non excludit, quin cum proborum virorum iudicio, & aliorum consilio procedant, quia hoc interest, etiam si non diceretur, cum consilio sapientum pronuncietur. C. de senten. ex peri. reci. l 2.

ADDITIO. *Adde, an illi, qui tenentur requirere consilium alterius, teneantur illud sequi ? vide per Arch. in cap. abeuntibus. 63. dist. tex. & ibi Abb. in c. 1. de capel. mona. tex in cap. cum in veteri. & ibi Ant. de But. & Abb. de elect. & in cap. cum olim. de arb. Nisi in casibus enumeratis per Domini. in cap hinc etenim. 49. dist. & quid si consilium fuit factum per imperitum, an sit ei standum ? vide per Bal. consi. 197. incip. honestus vir. in 3. vol.*

Si ergo nobis militariter viuat, habet hoc priuilegium, & filius militis nobilis est. natura enim prima immutabilis est. ff. de sena. l. senatoris filius. de condit. & demonst. l. filius. §. 1. ad muni l. assumptio in princip. priuilegium fori datum patri datur & filio. C. lib. 12. de proxi. sac. scri. l. in sacris, in princip. de profess. & medic. l. fin. secus si militariter non viueret tandiu enim habet quis priuilegium, quandiu facit id, propter quod priuilegium datur, vt in glos. Vnde oportet quòd probet se militariter viuere. Hoc quidem facti est. Nemo enim sic nascitur. argum. C. lib. 10. de tab. l. generaliter. In facto enim non est præsumptio. ff. ex quibus causis maiores. l. denique. de cap. & postli. l. in bello. §. factæ. Et quia in eo quod ponitur, vel excipitur est actor, cui incumbit probatio. C. de probat. l. actor. Si ergo non posuit, nec probauit hoc quantuncunque sit miles, & Baro, non sufficiet. Et sententia lata præter formam istius constitutionis valebit. Si autem ponit & allegat, quòd sit miles, & militariter viueret, & non probet, idem erit, nisi notorium esset, quòd militariter viueret, & miles esset, arg. C. qui & aduer. quos. l. 1. Item si sententia daretur pro nobili, non est necessarium, quòd per compares, & nobiles pronunciaretur. C. de procur. non eo minus licèt glo. dicat contrarium seruari in Magna Curia propter generalitatem principij huius constitut. Sed hodiè verum est dictum glo. per cap. in planicie, quod dicit, absolui debeant, aut etiam condemnari. ¶ Nunquid possit Baro, & huiusmodi personæ renunciare huic constitutioni, vt non iudicetur per compares ? Videtur quod non, quia videtur concessum toti ordini nobilium, argumen. ff. sol. matrim. l. alia. §. eleganter. Sed ibi contra bonos mores. dic ergo quod potest, quia videtur expressum. C. de pac. si quis in eo scribendo. licet iure Cano. clericus non renuntiet foro suo. extra de foro compet. si diligenti. Omnes Barones, & Nobiles de Regno non possent renunciare huic constitutioni, vt præiudicent successoribus alijs. Sed in eo quod tangitur vnusquisque, cum de re sua familiari conuenitur, quilibet potest pacisci, ex quo de re publica non agitur. ff. de pact. l. iurisgentiũ. § si paciscar. ¶ Nunquid tacitè, vt si non opposuerit hoc ante litem contestatam, cum alijs præiudicium afferat. ff. de iud. l. sed si susceperit. C. de except. l. pen. dic quòd non præiudicat, si sibi opposuit, ante litis contest. quia in fine causæ discussum negotium instructumque debet referri Baronibus. Sed si in lite & exercitio causæ non esset probatum, quòd esset nobilis, & militariter viueret, non debuit cognitor diuinare. Vnde valeret sententia tunc sinè Baronibus. & nobilibus. quia vbi expressè quis non potest, tacitè renunciat. C. de iureiur. l. 2. §. sed quia veremur. nisi constaret per acta, vel esset hoc notorium, vt negare vel celare hoc non posset. d. l. 1. qui, & aduer. quos. & tunc si appellaretur, & in causa appellationis probetur esse Baro, vel nobilis, Iudex appellationis confirmabit, vel infirmabit sententiam, cum consilio Baronum. Non erit ex hoc sen-tentia

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

quantulum contraria constitutioni Magnæ Curiæ. & const. Capitaneorum in quibus apparet, tam de feudis, quam de Baronibus cognitionem ab eodem Imperatore Magnæ Curiæ Vicariæ fuisse concessam.

DE

nostræ consilio, sententias formare curabunt, sententiæ tamen a quæ ante tempore præsentis legis, citra prædictā formam b contra c Comites, & Barones, & similes latę sūt, in suo robore perseuerent.

a *Quæ ante tempora*. C. de leg. & constit. princ. l. leges, & constitutiones.

b *Contra*. aliàs circa. Marinus.

c *Contra Comites, & Barones*. Videtur per finem istius constitutionis, quòd ista constitutio locum habeat, quando sententia deberet contra huiusmodi nobiles fieri, quando in causis eorum sententia est ferenda pro eis, non videtur expediens pronuntiare de consilio & commissione Comitum seu Baronum, vt argumen. bonum. C. vbi Sena. vel clarissi. l. quoties. §. adeò. vbi dicitur de quibusdam illustribus, qui tantum coram Principe, vel sacro cognitore, idest delegato Principis accusantur pro patefacto crimine contra eos, nec permittitur huiusmodi sacro cognitori damnare eos, vel in persona, vel in substantijs, nisi prius Principi referat, sed absoluere benè posset etiam Principe inconsulto. Et pro hoc intellectu facit hæc litera, vbi vult firmas esse sententias latas ante hanc constitutionem citra formam prædictam contra Comites, & Barones, quasi formam istā dederit superius in suis sententijs, quæ facerent contra eos. Sed in Magna Curia seruamus formam huius constitutionis in vtroque casu, videlicet, tam quando contra, quàm quando pro eis pronunciamus, propterea in principio generaliter loquitur, nec distinguit, an recipiantur contra se, vel pro se.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

tentia prima nulla, quia in causa appellationis probatum est hnc, ex superuenienti quidem non infirmatur, quod rectè processit. ff. de itine. actuque priua. l. 1. Item not. qualiter & per quæ iura iudicatur in Regno. Nam primò seruantur constitutiones, posteà consuetudines, quibus deficientibus ius Longobardum, & demum Romanum. dic, vt in gl. inst. de officio magistri Cap. l. puritatem.

Corporalia sacramenta. Quid si non iurauerunt nobiles, de quorum consilio iudicatur, an propterea erit sententia nulla, quia contra formam huius constitutionis esse videtur? Potest dici quod non, vbi appareret benè iudicatum fuisse, vt hoc leue prætermissum non noceat, de ven. inspic. l. 1. §. fin. leue autem est bono viro sacramentum, quia sic sermo videtur esse, non quod autem amplius est, si iuramentum à malo est, extra de postu. cap. 1. Si diceret esse substantialem non valeret. ff. de transact. l. cum hi. §. prætor. Aliqui habent hic rubri. sed totum est de offic. magist. Iustit. sicut patet per sequentes constitutiones.

V*T vniuersis*. No. ex ista constitutione, quòd quando fertur sententia contra Baronem requiruntur compares. pro hoc vide cap. Regni, quod incipit, item statuimus. Bartholomæus de Capua.

In glo. in ver. conuenti. ibi, agerent. Hodie verò Comites, & Barones habent priuilegium istius constit. siuè agant, siuè conueniantur, siuè realiter, siuè personaliter, vt in cap. Regni, item statuimus, quod Comites. Et habent priuilegium in hoc, quòd non possunt conuinci, nisi per Comites, & Barones, vt in constit. Regni, prosequentes. Petrus de Monteforte.

DE ARBITRIS. Rubr. ij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HIc tit. plures habet concordantes, nam & in libro digestorum extat tit. de arbitr. & in lib. Cod. alius titulus de recept. arbitr. in lib. Decretal. & in 6. tit. de arbitr. de eadem re in decreto in cap. si quis episcopus §. arbitrarij 2. q. 6. apud Hispan. extant. l. 23. 24 & seq. tit. 4. par. 3. & in l. 4. tit. 2. lib. 4. nouæ recoll. Apud Gallos integer titulus de arbitr. sic etiam apud Mediolanenses tit. de Arbitr. & arbitrat. & compromiss. quibus in locis latissimè Doctores materiam pertractarunt Specul. in tit. de arbitr.

Causa inter coniunctos vsque ad quartum gradum (quibusdam hic exceptis) debent compromitti & sententiam infra terminum hic statutum, à quibus appellatur ad Iudicem loci, qui infra mensem causam expediat eaque sententia exequutioni demandatur. hoc dicit cum Prag. seq. Tapia.

PRAGMATICA I.

De Arbitr.

PHILIPPVS II.

ODia, T quæ inter coniunctos ex litibus occurrunt, cessare volentes, præsenti nostra constitutione statuimus, & ordinamus, inter coniunctos vsque ad quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusiuè computandum secundum ius ciuile in causis ciuilibus vel mixtis, quandocunque T ante dationem termini ad probandum ad petitionem cuiuslibet ex prædictis coniunctis T compromissum fieri debere in duos coniunctos, vel communes amicos T de iure, & de facto in procedendo, & in sententiando de iure tantum: nisi inter partes aliter concordatum fuerit etiam, de facto in sententiando: qui arbitri iurare debeant ad cognitionem, & decisionem ipsius causæ, se processuros, ipsam veritatem, & Deum præ oculis habentes, debeantque causam ipsam per sententiam terminare infra T duos menses, si fuerint concordes, si autem fuerint discordes, vltima die, vel prius debeant eligere T tertium non suspectum, vocatis partibus, quæ in promptu suspectos nomi-

nominare debeant, quod si partes, vel altera ex eis nominare dictos suspectos in promptu cessauerit, Arbiter electus per partem, quæ nominauerit, in contumaciam alterius partis non nominantis, tertium eligat, qui tertius infra vnum mensem vna cum dictis arbitris, vel altero ex eis per suum laudum causam expediat: habeantque arbitri, & tertius, quando contigerit eum eligi, pro eorum salario quintam partem trigesimæ, quæ iudicibus olim soluebatur, diuidendam inter eos, qui concordes in sententiando fuerint ad pœnam dupli eius quod pro eorum salario taxandum venerit, si infra dictum terminum T causam non expedierint, ordine suprascripto soluendum insolidū pro quolibet ex dictis arbitris, & nihilominus ad petitionem partium, vel alterius ex eis per nouam coertionem, seu mulctæ indictionem cogantur, postquam compromissum acceptauerint effectualiter causam in eos compromissam definire. Hoc tamen locum non habeat, vbi essent instrumenta, sententiæ, & obligationes T liquidæ, nec etiam in causis T feudalibus, in quibus similis petitio compromissi non admittatur.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 Hanc Pragmmaticam glosauit peroptimè † Camill. Borrell. copiosissimus scriptor, qui plures edidit libros, plurimosque composuit, quin etiam posteà † Scip. Rouit. dicam ta-
2 men aliqua necessaria. † Et primò, an hæc pragmatica liget
3 clericos in quo articulo Io. de Arno. tenet quod non in sing. 38. sed Capic. decis. 66. dicit contrarium fuisse decisum.

Secundò quòd hæc pragmatica ne dum habet locum inter ipsos litigantes, sed etiam si autor laudatus fuerit consanguineus, & iuditium suscipiens petierit compromissum Bart. q. 2. & Mar. in Specul. par. 2. cap. 2. num. 10. Licet contrarium senserint Bald. & Salyc. in l. 1. C. vbi in rem actio. Tertiò an habeat locum in reconuentione coram arbitris in quo Ioan. de Arno: singul 95. negatiuam partem affirmat, eius tamen dictum est valde dubitabile.

4 T † *Odia.* Hæc pragmatica ortum habuit ex cap. iurgantium de sent. & re iudic. si enim lites conuenit statim finire inter non consanguineos, quanto magis id erit expediens inter
5 sanguine iunctos: cum ex eodem fonte ex quo nascitur amor, nascatur, & odium, † & ideo Mediolani adest statutum vt
6 cōpromissum hoc peti possit inter vicinos eiusdem Parochiæ, quod est cap. 215. tit. de arbitr. † quo comp omisso durante non licet trahere alteram partem coram alio Iudice pro quauis causa.

T *Ante dationem termini.* Iuxta istam pragmaticam tradit Marin. Free. in tractatu de præsent. instrum. par. 9. quæst. 8.
7 num. 34. † non posse post publicatum in causa fieri compromissum.

8 T *Compromissum.* † In hoc animaduertendum est arbitros
9 electos non posse procedere vltra compromissa, † benè tamen poterit condemnare ad restitutionem pretij rei super qua est factum compromissum, si poterat condemnare ad restitutionem ipsius rei ita tradit petitissimus Io. Vinc. de Anna sing. 36.

10 T *De iure.* † Hoc verbum debet accipi etiam sic simpliciter prolatum, vt non solum possit arbitrium proferre secundum ius commune, sed etiam secundum ius statutarium, ita post Bald. & alios tradit Carpan. in cap. 44. statuti Mediolani num. 8. fol. 66.

Infra

T *Infra duos menses.* † Quid autem si causa non terminetur infra duos menses, an posset cogi altera pars ad prorogan- 11
dum tempus istud, & sic faciendum aliud compromissum, in hoc art. Ioan. de Arnona in sing. 54. dicit ex Bald in l. fideicommissi. §. si quis decem ff. de leg. 3. compromissum fore prorogandum donec lis finiatur per compromissum, quia intentio statuti fuit vt per Arbitros finiretur quæstio. Contrarium ta- 12
men fuit decisum per Sac. Cons. teste Afflicto decis. 46. † quod scilicet non teneatur vltra binas vices compromittere, quod etiam testatus est Vinc. de Anna sing. 109. etiam si esset dictū quod arbitri possint prorogare toties quoties, Afflict. decis. 46. licet Io. de Amic. videatur contrarium innuere in consil. 31. 13
† quando autem arbitri possint prorogare, & quando censeatur facta prorogatio cum eisdem clausulis, & quomodo differat prorogatio à renouatione tradit Carpan. ad stat. Mediol. cap. 120. 14

†; Præterea animaduertendum est huiusmodi compromissi prorogationem esse faciendam antequam expiret primum tempus quod currit à die acceptationis, nisi esset dictum à tali die, vt receptum esse per Sac. Conc. testatur Dom. Præsid. de Franch. decis. 354. num. 3. 15

† Hoc autem compromissum virtute huius pragmaticæ fit etiam per minores vt tradit Anna sing. 115. & acceptatum impedit cursum fatalium idē Anna sing. 117. † Et an proroga- 16
to compromisso intelligatur prorogatum iuramentum idem Anna sing. 116. & quòd non currat tempus fatalium, nec aliud durante compromisso adest statutum Mediolani 116. 17

T *Eligere tertium.* † Hic autem tertius non potest eligi, nec procedere, nisi constet de discordia ita Ann. sing. 38.

T *Causam non expedierint.* Ad hoc vide Ann. sing. 37.

T *Liquida.* Vide Capic. decis. 45. 18

T *Feudalibus.* † Non solum autem hæc pragmatica non procedit in causis feudalibus, verum etiam habet locum, vbi quis conueniret possessorem feudi pro vita, & militia ita decisum fuisse testatur Afflict. decis. 43. & 138. & addentes id Napod. in consuet. quòd si aliquis, qui animaduertunt requiri assensum in compromisso aliàs laudum esset nullum.

PRAG.

PRAGMATICA II.

De Arbitris.

PHILIPPVS II.

ET si aliqua partium, se grauatam senserit à T sententijs, vel laudis prædictis: adeat Iudicem loci, vbi tale laudum latum fuit, qui, auditis primis arbitris, qui infra mensem, de dicta grauaminis causa sinè figura iudicij, visa facti veritate, & ex eisdem actis, si dolus ex proposito, vel re ipsa arguatur, si autem alia læsio allegatur per alias instructiones iustificare possit infra terminum dicti Iudicis statuendum, dummodo causa infra dictum mensem, & ad plus alium mensem sententiam arbitrorum approbet, improbet, seu modificet, & quod per eum fuerit iudicatum executioni mandetur, nec audiatur se grauans, nisi facta T reali executione cum fideiussione de restituendo in casu retractationis,

tionis, postque executionem, Sacrum nostrum Consilium, vel deputandus ab eo, Magna Cur. Vic. de pretenso grauamine cognoscat, & similis obseruantia, locum in compromissis, & laudis inter extraneos factis post compromissum voluntariè factum, & per arbitros acceptatum.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

QVod hæc Pragmatica locum habeat tam in arbitris electis in causis coniunctorum, quam etiam aliorum extraneorum dicit Maran. in suo Specul. part. 6. cap. 2. nu. 217. de cuius dicto satis est dubitandum.

T *Sententijs.* Sententia hic accipitur pro laudo siuè arbitrio arbitrorum. compromissum enim ad similitudinem iuditiorum redigitur l. 1. ff eod. licet non in totum pro sententia habeatur, vt ibi notatur, & habetur in l. quicquid ergo § in compromisso ff. de his qui notatur infam. vbi ex cōpromisso aliquis
1 non efficitur infamis, sicut per sententiam: † sed quod laudum habeat vim sententiæ diffinitiuæ plures effectus not. Carpan.
2 ad cap. 121. statuti Mediolanensis nu. 5.

T *Regali executione.* † Non tamen id procedit quando diceret de nullitate, nam ex laudo nullo non potest oriri execu-
3 tio ad tex. in cap. examinata de confirmatione vtili vel inutili,
4 † quod procedit etiam si adesset pactum quod non posset di-
5 ci de nullitate, nisi laudo executo: vt decisum testatur † Minad. peritissimus Regius Cons. † qui Iulium Cæsarem Minadoum Regiæ Cameræ eximium Præsidentem meruit habere filium decis. 19. de quo meminit Anna sing. 299. qui tamen dicit se vidisse exequi laudum non obstante quod esset dictum de nullitate ex vi pacti: decisio tamen Minad. fundatur quia sententia lata contra Ius litigatoris non valet tradit Ioan. de Arnon. sing. 83. qui in sing. 84. dicit † non esse laudum nullum 6
si laudum proferatur in vltimo die compromissi absque alia citatione ad dicendum, Mediol. tamen extat statutum in c. 116. 7
† per quod est prohibitum à laudo appellare vel supplicare, verum potest infra dies quindecim à die lati laudi obtinere à Principe, vel Senatu dispensationem remisionis, quam obtinens infra dies octo continuos causam cōmicti curare tenetur. & elapso termino probatorio Commissarium causæ expedire, & confirmatione sequuta in totum vel in partem, laudū demādatur executioni, appellatione, supplicatione & nullitate remotis, quo in loco videndus est Carpanus illarum constitutionum glosator.

Et tandem non omictam † an offendens arbitrum cuius sententia virtute huius pragmaticæ habet exequutionem paratam, videatur offendisse officialem, ita vt Baro non possit petere remissionem ipsius contradicente Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ 49. 51. & 61. quòd de delictis officialium sola Mag. Cur. 8
Vicariæ cognoscit in quo † Cæsar Alderisius inter primarios Aduocatus lectissimus allegauit Bald. cons. 90. volum. 1. dicentem non esse veros Iudices, & si à statuto sint electi, in causa Baronis Butrunici, & Curtij ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ in qua fuit decisum non esse locum remissioni.

Officia-

Officiales Regij non possunt esse arbitri nisi præuia dispensatione quo casu nihil possunt accipere pro trigesima. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA IV.

De Commissarijs.

I Tem statuimus, quod nullus officialis Regius supremi Regij Collateralij Consilij Præsidentes in Castro Capuanæ, Regiæ Cameræ, Summariæ Magnæ Curiæ Vicariæ, etiam si sit caput Tribunalis, possit esse arbiter, seu arbitrator, aut amicabilis compositor alicuius causæ, cuiuscunque qualitatis seu quantitatis existant, si causa esset feudalis, & si fortè de licentia Serenissimæ Maiestatis Regis nostri, seu eius Viceregis, vel Locumtenentis, in aliquo casu assumerentur arbiter, seu arbitrator & amicabilis, eo in casu non possit aliquid directè, vel indirectè accipere etiam à sponte dantibus in pecunia, auro, vel argento, seu aliqua alia specie bonorum pro trigesima, seu aliqua alia solutione, seu sub quouis alio quæsito colore.

DE PRECIBVS REGI OFFERENDIS. Rub. iij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordat titulus in C. de precibus Imperatori offerendis, & habetur de hoc in cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. & in cap. ex litteris cum glo. in vers. supplicauit de in integrum restitutione lib 1. decretalium. habetur etiam apud Hispan. tit. 24. part. 3. vbi Greg. Lopez, & l. 25. tit. 3. lib. 2. ordinat. vbi Didac. Perez, & tit. 19. *de las supplicationes* lib. 4. noua recollect. apud Gallos tit. de supplicationibus vbi latissimè hanc prosequitur materiam Rebuff. de hac etiam re Specul. tit. de supplicat. Marant. in vltima part. quæst. 2. num. 11. Idem Ioann. Ferrar. tract. de appellat. lib. 4. de supplicandi vsu cap. 1. & sequenti nume. 253. in 5. tom. tract. fol. 66.

C *Causa*

Causa per supplicationem ad Curiam deuoluta executioni demandatur data cautione per partem victricem. h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit. 251.

ITem si contingat * causas per supplicationem deuolui, quòd tunc debet fieri execu-cutio in causa principali, data cautione secũdum formam auth. quæ supplicatio. tamen in expensis executio non fiat quousque causa ipsa supplicationis fuerit per sententiam, seu sententias debitè terminata.

* ADDITIO. Item si contingat. *Hoc intellige solum in causa reclamationis, non autem si in consilio appellatur ab interlocutoria, quia si esset confirmata statim etiam quo ad expensas fiat executio, vt habetur per Affl. decis. 42. sed an stante executo rato possit procedi ad reuisionem, vide Capic. in decis. 169. vide de ista cautione multa bona per Guid. Pap. in decis. 500. Vide Affl. dec. 358. in fi. an autem interim possint taxari, vide Rotam decis. 635. in antiq. & de his ritibus facit mentionem Maranta in loco citato, nume. 194.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HIc Ritus practicari non potest in Magna Curia, à cuius sententijs † appellatur ad Sac.Cons. erat enim in obseruantia eo tempore, quo Mag. Cur. non habebat superiorem, nunc autem practicari posset in Sacro Cons. cuius sententiæ, † exequutioni demandantur secundum formam authenticæ quæ supplicatio. de quo diximus ad prag. 5. de offic. Sac. Cons.

QVANDO REX INTER ECCLESIASTICAS PERSONAS cognoscere possit. Rubr. iiij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISta Rubrica intelligenda erit secundum subiectam infra-
scriptorum capitulorum materiam, Rex enim vti dominus
1 Regni † ad quem pertinet pacem, & tranquillitatem in Re-
gno suo quàm diligentissimè conseruare, & augere, potest etiã
inter Ecclesiasticas personas suam authoritatem accommo-
dare nè tumultus, & altercationes inter ipsas oriantur, donec
Iudex competens super ea re prouideat, tantoque magis po-
test id facere, si laicus sibi subditus vim fieri sibi afferat, eumq;
2 defendere † atque tueri, donec audito negotio per iuris regu-
las a competenti Iudice iustitiam ministrari curet, idquè etiã
3 facere poterit laicum † prohibendo, nè vim faciat Clerico,
sed vt suus competens Iudex adeatur, qui iustitiam subministret, de quo aliqua diximus in prima huius nostræ recollectæ constitutione, plurimaquè alia sparsim legere poteris (candide Lector) in alijs Regni huius iuribus, quæ in primo libro posita sunt, & nos ad eorum explicationem accommodauimus.
Prætereà legendi erunt text. huic rubr. concordantes nostrorum iurium statuta confirmantes text. elegans l. 13. tit. 13. part. 2. cum elegantissima glos. Greg. Lopez. qui de his Regni huius nostri capit. meminit, sed & alia littera magis particularis text. l. 5. tit. 1. lib. 2. ordinat. vbi Didac. Perez, nec non Rebuff. in tract. de caus. benef. possess. 6. glos. ad constit. Galliæ, & Luc. de Penn. in l. si coloni num. 31. C. de agricol. & censit. lib. 11. Auil. in cap. 1. prætorum vers. *mandamientos* nume. 8. nec me latent alij authores, qui de hac re scripserunt, quos adducere sum vetitus.

Igitur primò fundatur hæc theorica ex cap. ex parte de verb. signif. vbi permittitur Iudici suam tueri iurisdictionem.
4 Secundò, quia vbi † iustitia non redditur quilibet de facto
resistere posset, sibiquè ius dicere ex l. si alius §. bellissimè vbi
Barto. ff. quod vi, aut clàm, ex quo est, vt pro conseruatione
5 Regni, ac pacis inter subditos † melius sit vt Rex de his co-
gnoscat, quàm vt laici se vexatos à clericis videntes propria
authoritate sibi ius dicant per regulam quàm omnes tradunt,
6 quod ea quæ fieri possunt † propria authoritate sinè Iudice, à
fortiori fieri possunt per incompetentem, quo argumento vtitur Guliel. Bened. in cap. Raynutius in d. ver. & vxorem nomine Adelasiam decis. 2. nu. 63.
7 Tertiò. † Quia pro tuitione rerum suarum licitum est cleri-
co violentiam inferenti absque metu excommunicationis resistere cap. olim il primò de restitut. spol. Guliel. Bened. qui elegantissimè scripsit omninò videndus citato loco nu. 37.

Quartò adducitur tex. in can. Principes seculi 23. quæst. 5. vbi quoties intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam agunt rigore Principum conteruntur, ipsamque disciplinam, quam authoritas ecclesiastica exercere non præualet ceruicibus superborum potestas principalis imponat, vbi dicit
glos. quod vbi Ecclesiastica potestas deficit quia † non potest 8
arma exercere, aut dissimulatione prælatorum non vult, potestas secularis se intromittit.

Quintò adducitur text. in can. filijs, vel nepotibus 16. quæst. 7. vbi Patronus qui Rectorem Ecclesiasticis rebus abuti videt, si Episcopum, & Metropolitanum iustitiam facere aditi neglexerint Regis auribus intimare debet, quem tex. licèt Panorm. per iura noua corrigi dicat, defendunt tamen aliqui, & saltem sufficit illius ratio ad fundandum absque crimine posse Principem impedire nè fiat vis subditis ipsius, nè vè contentiones inter Ecclesiasticos oriantur.

Et quoniam in principio diximus hoc remedio vti posse clericum aduersus laicum vim aliquam inferentem quod apud aliquot patitur difficultatem, operæ pretium duxi non nulla, quæ ad hanc rem faciunt annotare, quæ in facti contingentia habui, quidam enim clericus D. Fabius de Ambrosio Casertanus territorium emerat ad instantiam creditoris venditum subhasta, quod alius clericus sub pacto de retrouendendo à Ioanne Vincentio Daniele emerat, qui pactum illud cum emptore initum exercuit, & cum D. Fabium prædictum in possessione dicti territorij reperijsset, illum expulit, nec accedere permisit iste, ex quo D. Fabius memoriale porrexit Illustrissimo Proregi, & in eius possessione petijt conseruari vigore capitulorum Regni, replicabatur pro parte Ioannis Vincentij non esse concedendum regale præsidium, quia capitula ista omnia quæ in hoc tit. posita sunt nullam de præsidio præstando clerico aduersus laicum mentionem faciunt, ex quo sequitur quod cum ipse habeat remedia iuris ordinaria, ad illa sit recurrendum, nec sit facienda extensio de casu ad casum, sunt enim recepta hæc cap. prout stant, & huic rationi non esse responsum tradit Grammat. in cap. omnis prædatio circa finem, quod idem de constit. Regni dixit Isern. in constit. prosequentes colum. 4. in fin. quicquid reperiatur scriptum per Afflict.

flict.decis.24. post num. 7. quod cap. ad regale fastigium procedat pro Clerico contra laicum, id enim impressoris incuria factum esse potius dicendum erit, quàm quod ita voluisset dicere, cum huius rei contrarium idem Afflict. paulo superius affirmet, contradiceret enim litteræ illius text. quæ in fauorem laicorum expressè loquitur, & præsertim vassallorum Ecclesiæ aduersus illorum Prælatos, eos malè tractantes, vnde cum prædictæ constitutiones loquantur in casibus quando laicus vexatur à clerico, vel clericus à clerico in quos dum Rex
9 iurisdictionem † non habet, Regnoque suo consulere tenetur tumultus, & altercationes prohibendo, non eadem militat ratio fauore clerici, qui habet aduersus laicum prompta, & expedita remedia, quodcunque passus fuerit vexationis genus: allegabatur etiam per Aduocatum partis decis. in aula Domi-
10 ni † Salamanchæ nostri dum hæc scriberem Sacr. Consilij Decani Viri equidem peritissimi, qui post hæc scripta fuit in supremum Italiæ Senatum apud inuictissimum Regem nostrum assumptus. Alia verò, quæ ad hanc causam faciebant omicto cum ea collegerit, decisionemque scripserit D. Nic. Ant. Gizzarellus: In contrarium adducebatur dicta decis. Afflict. 24. & alia domini Præsid. de Franch. 193. num. 11. cuius decisionis
11 authoritate fuit in hoc articulo † decisum competere remedium cap. Regn. etiam clerico contra laicum, quia clerici sunt sub protectione Regis die 11. Aprilis 1603. me referente.
12 Item aliam rem genericè animaduerto quòd scilicet † intentato hoc remed. cap. Reg. non admictitur reconuentio, vt tradit idem D. Præsid. in d. decis. 193. nu. 11. & Anna sing. 432.
Itē non habere locum † hoc remediū quando possessio es- 13
set nulla, & euidenter iniusta tradit latè dominus Regens de Ponte cons. 96. sed contrarium fuit decisum teste D. Vinc. de Franchis decis. 563. ex rationibus in dicta decisione contentis.
† Item animaduertendum est non competere hoc reme- 14
dium quando clericus comparuit coram Iudice laico aliam
actionem intentans: Et tandem fuit decisum † hoc remediū 15
competere etiam quando post mortem possidentis nondum capta possessione per hæredem bona per Colonum possidentur iuxta ea, quæ tradit Afflict. decis. 355. siuè vacaret possessio, quia Rex voluit omnem violentiam repellere, & ita fuit decisum die 25. Februarij 1603. in causa Martæ de Actanasio cum venerabili Monasterio Sāctæ Mariæ Adparete, vbi degūt
aliqui Fratres Ordinis Minorum Conuentualium, † Vlterius 16
animaduertendum est hoc remedium non procedere quando nouus successor nolebat stare contractui inito per suum prædecessorem, cum hæc capitula respiciant violentiam, vt in casu allegationis Ioannis Vincentij de Anna alleg. 95.
† Item etiam memoriæ traditum est à decreto Sac. Cons. 17
circa remedium capitulorum Regni admitti reclamationē, & fuisse iudicatum inter Monasterium S. Dominici, & Marcū Cæsarē Mascatellum in anno 1574. In banca de Caro scriptū reli-
quit † Horatius Marchetius olim Reg. Cōsiliarius peritissimus. 18
† Et vltimò non concedi restitutionem in integrum aduersus 19
remedium cap. Reg. vt tradit Ioan. Vincent. Anna alleg. 84. & hæc deseruiant pro intelligentia omnium horum cap. Regni.

ROBERTVS &c. Cap. 266.

*ADDITIO. Finis præcepti. *Vide decis. Pedem. qua loquitur de clerico, qui prætendit se grauatum à Iudice Ecclesiastico, an possit habere recursum ad Principem secularem, sta vel nè, meminit Luc. in l. si coloni, col. antepen. C. de agricol. & censit. lib. 11.* De Bottis.

Finis præcepti * charitas bonum operatur ad omnes, sed ad domesticos fidei maximè se conuertit, quo fit, vt nō solum coniunctis & subditis humanitas nostra subueniat, sed ignotis, & exteris præsidium promptæ charitatis assistat. Sanè Ioannis Tabolaeij de Castro Villaro eanouiei Cusentini fidelis nostri culmini nostro petitio continebat, Quod ipse authoritate quarundam literarum Apostolicæ Sedis iustè & rationabiliter in diœcesi Cusentina in pertinen. scilicet Montieini & Martorani quandam præbendam, quæ vulgari vocabulo dc Caporzano dicitur, tenimento vocato Albu. alijsque terris cultis, & incultis, iuribus, redditibus, & prouentibus suis omnibus possidet atque tenet. Quæritur tamen, quòd Gulielmus Persona, & Oliuerius eiusdem cognominis clerici de Rossano vna cum certis eorum consanguineis, atque sequacibus, exponentem ipsum, seu procuratores eius super perceptione, vel quasi perceptione dictorum fructuū, aliorumque iurium præfatæ præbendæ turbant indebitè & multipliciter inquietant. Super quo dictus possessor clericus, ad tollendam inquietudinis, & molestationis iniuriam, nostræ authoritatis præsidium implorauit. Nos igitur prouida & intrinseca pariter discussione pensantes, quòd se charitas extendit ad omnes, vt inde pellenda iniuria, & non inferenda lex virtutis assumitur, & qui potest iniuriam ab alio pellere, si non faciat, de culpa notatur, sicut in sancto T Moyse patenter apparuit, qui cum vidisset Hebræum, ab Aegyptio iniuriam patientem, defendit, ita vt Aegyptium prosterneret, & absconderet in arena. Fidelitati vestræ præsentium tenore maudamus quatenus exponenti præfato, & molestato pariter vestræ iurisdictionis in his patenti suffragio assistatis nō solum per iuris opportuna remedia, sed per aptæ defensionis præsidialia iuuamenta, non exigentes in istis cognitionalia ordinare certamina, quæ T in ecclesiarum personas, atque negotia non possetis communi censura, rationabiliter exercere. Sed facta vobis de molestatione præfata informatione summaria per facti notorium. vel rei euidentiam, famamvè publicam, aut inquisitionem aliam attestantem commissam molestationis iniuriam præmissa efficaciter compleat vestræ diligentiæ promptitudo. In cuius probatione sufficiat vobis edictum generale proponere, quicunq; sua interesse putauerit visurus accedat producendorum in causa prædicta testium iuramenta, & oppositurus quæ circa huiusmodi rei substantiam pro se voluerit allegare: hæc quippè mentibus nostris præmissæ rationes insinuant Dominicæ charitatis affectus, & mentalis compassio signanter uos excitāt, & exempla laudabilia imitanda confirmant. Cum enim sumus in nostro Regno Siciliæ Dñi personarum, sic tenemur grauatis & oppressis assistere, per brachij nostri potentiam se valeant defensare. Nam omnis gemens à Saule vexatus, dum à facie persequentis impellitur, Regi Dauid tuto præsidio præsentatur, Vosque alij Iustitiarij successiuè futuri sic dicto supplicanti præsidialiter astituri per officij vestri partes, quòd tam super professione, seu quasi canonicatus prædicti, quàm perceptione fructuum, & obuentionum prouenientium ex eisdem per eosdem Gulielmum Oliuerium, & quosquis alios turbatores illicitos, molestia aliqua minus debitè nullatenus inferatur. Præsentes autem literas post opportunam inspectionē earum, remanere volumus præsentanti efficaciter in perpetuum valituras. Data, &c.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc cap.concordât formaliter tex.in Rubr.huius ti-
tuli à nobis additi scilicet l.5. tit.1.lib.2. ordinat. quã
exornat Greg.Lopez ad l.13.tit.13.part.2.& alij faciunt ẽt,q̃
diximus sup.in rubr. huius tit. nec enim abs re videtur esse, vt
1 Rex cognoscat de violentia etiam inter Ecclesiasticos,† quia
cum Rex sit Dominus territorij tenetur sua iurisdictione com
pescere violentias inter quasuis personas: nam licẽt respectu
coerctionis nõ sit dominus personarum clericorum, nec com
petens Iudex ipsorum,vt in cap.si diligenti de foro competen
2 ti,& cap.si Iudex laicus de sent.excommun.in 6.attamen †ve
rum est non impediri, quin possit (vt diximus) cohibere tu-
multus etiam inter non subditos, ex quibus subditi etiam ve-
xantur,nec Ecclesiasticis absonum id videri debet, quia Rex
non se intromictit circa cognitionem ipsius rei, sed efficit,
vt suum adeant Iudicem, atque nemo sibi ius dicat, &
interim armorum sileat strepitus, quod officium est Re-
gum vt habetur in can. Regum 23. quæst. 5. idq; in spetie tra-
dit Afflict decis.24. Guid.Pap.decis.1.& alij plurimi quos al-
legat Iacob. Menoch. de recuperanda possessione remed. 15.
num.210.qui de consuetudine plurium Regnorum testatur,vl-
tra quos Guliel.de Benedict.in c. Raynutius vers.& vxorẽ no
mine Adelasiam num.4. & sequent. & licet Iacob. Menoch.
3 dubitet de articulo per Guid. Pap. præposito, quod † Iudex
secularis possit cognoscere in causa possessorij rei spiritualis,
attamen id non facit propriè ad materiam nostrorum capit.
4 quorum fundamentum est in † violentia, quam Rex probibet,
5 quæ de per se est delictum siuè à clerico fiat, siuè à laico, † &
cum possit Iudex secularis clericum delinquentem capere, vt
à suo Iudice puniatur,cap. si Iudex laicus de senten. excom-
mun.in 6. ad quæ faciunt egregiè dicta per Couarr.variar.re-
solut.cap.20.lib.2.poterit tanto magis impedire nè delinquat.
Nec dici potest, quod hæc cognitio sit possessorij, quia licẽt
præcedat aliqualis informatio super possessione conquæren-
tis, illa tamen fit ad Iudicis instructionem, vt tuta conscientia
possit defendere eũ,qui se in possessione esse affirmat,& timet
6 potentiam aduersarij, & sic † decretum Regis, vel Iudicis ab
eo iurisdictionem habentis nihil tribuit circa ordinariam pos-
sessionem.quia tam super possessorio ordinario,q̃ ẽt super pos-
sessorio summario,quis lite pendente manutenendus sit in pos
7 sessione debet † cognoscere Iudex Ecclesiasticus, & sic ista
possessio quam defendit Iudex secularis, non dicitur posses
sio,sed possessionis Iudicis Ecclesiastici authoritate captæ, vel
aliter defensio, ideòque hoc capi: & quæ sequuntur Ecclesia-
8 sticam iurisdictionem non modo non lædunt,† sed illi (vt ita
dicam) obsequium præstant, impediuntquè scandala,quæ ex
clericorum altercationibus,atque iurgijs solent oriri, hæc plu-
ribus verbis scripsi quàm necessaria erant, vt tam de iurium
nostrorum, quàm Regiorum Iudicum recta ratione, ac inten-
tione Ecclesiasticis constet.

T *Sancto Moyse.* De hac historia habetur Exod.2.
T *In Ecclesiasticas personas.* Sciebat enim Rex iste Catholicus
iura canonica in hac re iurisdictionem tollere Principi laico,
& proptereà iuditiarum ordinem prohibet, vt superius dixi-
mus,sed non vult, vt procedatur ex abrupto, ideò subdit,(sed
facta vobis de molestatione præfata informatione summaria
per facti notorium,vel rei euidentiam,)& quod sequitur, ex 9
quibus verbis colligitur † praxis, quæ hac in re adhiberi solet,
quæ est vt porrigatur libellus, siuè supplicatio Regi in qua as-
seratur violentiam inferri,vel illatam esse,quæ supplicatio ho-
die, vel porrigitur Illustrissimo Proregi,vel circumspecto Sac.
nostri Cons. Præsidenti,qui causam vni ex Regijs Consiliarijs
commictit,per quem expediuntur citationes per edictum,vt
si quis sua putauerit interesse compareat,quæ affiguntur in lo-
co differentiæ, & in alio loco publicò illius loci, vel oppidi in
quo adest locus differentiæ, quo facto accusantur contuma-
ciæ, & fit decretum,quod capiatur informatio de concernen-
tibus remedium capitulorum Regni,qua capta & constito per
informationem de violentia, vel spolio interponitur decre-
tum,regale præsidium esse præstandum,qua forma non serua-
ta nullus erit processus, nullumque decretum ordine isto non
seruato prolatum.Et ideò in causa Ioannis Bernardini Longhi
tunc Regni huius Protomedici, qui petierat regale præsidium
sibi præstandum aduersus Abbatem Ecclesiæ Sancti Iennarel-
li dum fuisset per Sac Cons. præstitum regale præsidium in be
neficium dicti Io. Bernardi, fuerunt propositæ quatuor nulli-
tates, prima quia citatio non fuerat affixa in loco differentiæ.
Secunda quia contumaciæ non fuerant accusatæ. Tertia,
quia terminum fuerat nimis breuis.Quarta,quia testes non fue-
rant citati ex quibus Sac.Cons.assistente maximo illo Præsidẽ-
te Vincentio de Franch. iudicauit suspenso decreto audien-
dum esse Abbatem, qui comparuerat, Verum quia Illustrissi- 10
mus, & Reuerendissimus Alphonsus Gesualdus Sacri Collegij
Cardinalium Decanus,& Archiepiscopus Neapolitanus inten
tauerat iuditium ampliationis Ecclesiæ parochialis Sãcti Ien-
narelli fuit dictum quòd detur terminus super illo iuditio, &
ordinatum quòd Ioannes Bernardinus desisteret à fabricando.
Et in quantum diximus quod porrigitur supplicatio in Sac.
Cons. dic per hoc capitulum esse reseruatum hoc remedium
Regi, & licet post Capyc.dicat Vinc.de Franch.id posse inten
tari coram Iustitiario Prouintiæ,& Mag.Cur.Vic.† egò tamen 11
contrarium sentio, & huic opinioni meæ assentitur practica,
cum omnes huiusmodi supplicationes, & aliæ porrectæ Ex-
cellentissimo Proregi remictantur ad Sac. Cons. & quod dici-
tur per D Præsidem non fuisse oppositum cum ipse in Magna
Curia Vicariæ intentasset hoc remedium, cum erat Aduoca-
tus,non per hoc sequitur, quod hoc fieri possit, & quod dici-
tur istud capitulum esse directum Iustitiario id ex eo fit, quo
illi commissũ, & tunc erat supremum Tribunal, vt diximus in
præced.constit.

REX ROBERTVS. Cap.265.

* ADDITIO. Charitatis affectus. *Loquitur de spolio, vel turbatione clerici contra clericum, adde cap. ad regale fastigium, supra positũ. vide quæ habentur in decis.2.* De Bottis.

CHaritatis affectus,* quapropter proximi Deum diligunt ad omnes generaliter se extendit, illosque præcipuè, quos magis coniunctio proxima, & oppressionis iniurii tædiosè fatigat. Sanè pro parte viri nobilis Rogerij Celani Comitis Consiliarij, familiaris fidelis nostri dilecti, fuit nobis nouiter conquærendo monstratum, eum tenentem & possidentem iustè,& rationabiliter à nostra Curia Castrum Castuli de iurisdictione sua cum tenimento ipsius, nec non homines dicti Castri Castuli vassallos suos ab vna parte,cuius coniungitur territorium Castri Iohæ, & si qui alij sunt confines. Venerabilis igitur & religiosus vir Abbas, & Conuentus Monasterij sanctæ Mariæ de Victoria, & Conuentus Monachorũ ipsius Monasterij, eorum iuribus non contenti,sed confisi de priuilegio clericali, quo gaudent, necnon fauore vniuersitatis hominum Castri Licij, & homines vniuersitatis ipsius super possessione dicti territorij, quandoque per se, quandoque per submissas personas eorum, & dicti Monasterij nomine,turbant indebitè & multipliciter inquietant & molestant, non permittentes eundem exponentem, & alios eius nomine pacifica possessione dictæ terræ gaudere, ac fructus, redditus,& prouentus

tus prouenientes ex Castro ipso quietè percipere, & habere. Quinimmo minantur pro parte Castrum ipsum capere, & commodis eorum applicare. Amplius ad petitionis instantiam dictorum Abbatis, & conuentus certa frumenti quantitas ex iuribus dicti Castri prouenient de mandato tui Iustitiarij præsentis fuisse ponitur arrestata, in ipsius Comitis graue præiudicium, & iacturam. Super, quo subueniri sibi potestatis vestræ præsidio suppliciter postulauit. Quia igitur fideles nostros Regni Siciliæ, quos specialis nobis coniungit charitas, & naturalis amplexus, quibus fauorabilibus libenter prosequimur ab iniurijs per nostræ protectionis aptè suffragium defensamus. Fidelitati vestræ harum serie, de certa nostra scientia, præcipiendo mandamus expressè, quatenus, si ita est vt exponitur, tam tu præsens Iustitiarie, quam vos alij successiuè futuri præfato supplicanti, seu personæ legitimè pro eodem molestato taliter, vel turbato assistatis efficaciter per officij vestri partes, quod super possessione dicti Castri, territorij, ac perceptione pacifica & quieta iurium, reddituum,

&pro-

& prouentuum, ac fructuum prouenientium ex eodem, nil indebitum per dictos Abbatem, & Conuentum, seu alios pro eis quomodolibet inferatur, aduersus iniurias, molestationes, & oppressiones iam dictas, seu eis, & alijs ipsorum, & dictæ Ecclesiæ nomine præsidialiter taliter astituri, qꝫ defensio repellat iniuriam, & vis vi licitè, ac per opportunum obstaculum propulsetur. Restiturus tu præsens Iustitiarie dicto exponenti dictum frumentum penes te existens, si illud dicto modo arrestaueris, seu ex iuribus dicti Castri prouenerit, prout iuri & iustitiæ videris expedire. Præsentes autem literas, &c.

Dara, &c. Et notandum quòd similis litera potest fieri pro confratribus cuiusdam Ecclesiæ molestatis per clericum super possessione Ecclesiæ cũ fratanti e eorum, & in casu quòd fructus non essent per officialem arrestati, non ponatur dicta clausula restiturus, &c.

Vide quæ scripta sunt in rubr. & in cap. 1. Tapia.

RO-

ROBERTVS REX &c. Cap. 213.

AD regale fastigium. Nota quòd istud cap. non est c. sed forma literæ Regiæ Curiæ, quæ debet reddi officiali à Rege, vel suo prædecessore in pẽdenti, alias officialis ipse non potest procedere secundum formam huius cap. & ita se habet consuetudo Magnæ Curiæ Vicariæ, & omnium ciuitatum Regni, & hoc dicit in fi. iui. ibi, præsentes literas valituras, vt earum efficacia valeat dari volumus alte rutrũ in pendens, &c. Ac etiam per hoc potest intentari beneficium contra bonæ fidei possessorem per l. adigitur ff. de iure patron. nam hic tractatur de materia odiosa, quia exorbitat à iure communi, quia in odiosis statutis debemus potius verba restringere, quam ampliare, per ea quæ no. Doct. in materia statutorum. in l. cunctos populos. de summa Trinit. & fide cathol. & in l. omnes populi. de iusti. & iure. & sic intelligendum de personis Ecclesiast. inferentibus iniuriam, damnum, & rapinam, & non in bonæ fidei possessore habente iustum titulum.

AD-

AD regale fastigium * diuina prouidentia prouecti populum nostræ ditioni subiectum libenter in iustitia regimus & cum charitatis affectu sub nostræ protectionis brachio præsidialiter conseruamus. Sanè in auditorio nostro inculcatione frequenti lata plurium querela perstrepuit, & clamor validus tumultuosa quadam vociferatione perduxit, quòd Prælati Regni nostri Siciliæ, hospitalarij monachi, alijque clerici diuersæ conditionis, & status vassallos eorum quos obtinent pro Ecclesijs, quib. præsunt. aliosque nostros fideles, & subditos, in personis & rebus oneribus diuersis angariant, molestijs tædiosis afficiunt, & extorsionibus immoderatis affligunt, in quibus profectò mẽtis displicentia præmimur, & piæ compassionis officio interius anxiamur. Nos igitur hæc; audire murmura, & clamorosas insinuationes huiusmodi transire sub pallio nequeuntes, in examine rectæ considerationis adducti, quod ad Regis officium specialiter pertinet iudicium facere, atque iustitiã, & auxilium præbere pauperibus contra po-

cen-

tentes maximè, ac liberare de manibus calumniantium vi oppressos; quodque in eodem Regno Siciliæ generali & eminente præcipua potestate fungentes omnium ibi degentium sumus domini personarum, in quas merum habemus imperium & coertionem omnimodam: omni persona prorsus exclusa, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, aut cõditionis existat, nisi id à nobis habeat ex priuilegio speciali, Fidelitati tuæ præsentium authoritate mandamus, quatenus si homines oppressi præfati in tua iurisdictione manentes prælatorum, & ecclesiasticarum personarum huiusmodi sunt vassalli, qui tamen sint de feudo, quod ipsi tenent à Curia nostra, eisdem hominibus sic grauatis & oppressis, ad querelas eorum, super iniurijs, & damnis illatis facias celeris & expeditæ iustitiæ complementum. Cum per feudararium suis vassallis illata grauamina communi iure per superiorem dominum feudi præcellentem superioritatis præcipue debeant remoueri. Si verò iam dicti grauati homines subsint vassallagio prælatorum, & ecclesiasticis personis eisdem, nec sint de feudo, quod à nobis Cu

ria

* ADDITIONES.

Ad regale fastigium. *vide omnino Luc. de Pen. in l. si coloni. penul. colum. C. de agric. & censit. lib. 11. & gl. in c. constit. C in verbo, fastigio. vbi examinat rationem huius capituli. loquitur pro laico contra clericũ, vide Mod. regnicolas & Pelin. in capit. Ecclesia Sancta Maria, col. 24. in versic. vlt. non omitto, de const. sed an Iustitiarij & Barones possint vti istis remedijs & edictis ista capitula videntur innuere quòd sic, quia vt plurimum sunt directa Iustitiarijs, & Luc. in d. l. si coloni, videtur sentire quòd sic, dum dicit, quòd forma dictorum capitulorum pro iure scripto seruantur in Regno. Itẽ dum recitando modum proponendi dicit, coram Iudice edictum opponente. Item dum dicit per Iudicem secularem assistebat ad Præsidem prouinciæ. Sed Barthol. de Capua cum sua additione ad hoc cap. dicit hæc verba: Not. quòd hoc c. non est cap. sed forma Regia Curiæ literæ, quæ debet dirigi officiali à Rege vel suo prædecessore in pendenti: alias officialis ipse nõ potest procedere secundum formã huius cap. & ita se habet consuetudo Magna Curia Vicaria & omnium*

niam

nitum Regni. & hoc dicit in §. sui, &c. vt sic Barth. velit, quòd nemo officialis procedat, nisi ex Regia commissione. ergo vidi Sacrum Consil. procedere: & n mirum, quia sub nomine regio. Dicit idem Barth. in quadam sua apostil. quòd ex quo hoc cap. est exorbitans, non datur contra bonorum possessorem habentem iustum titulum.

vide Abb. in c. 1. de iuram. calum. vbi ponit an hoc cap. habeat locum in causa spirituali possessoria, & per eundem in cap. cum dilecti n. 4. colum. de ordine cognit. & in cap. pastoralis. 8. col. de cau. possess. & propriet. vbi quid si spoliatio est facta Iudicis authoritate & vide decret. Sacri Consil. latum 14. April. 1497. inter Archidiaconum, & Decanum Amalfitanos, quòd etiā in causa spirituali possessoria militat hoc capit. Item istud cap. Sacrum Consil. intelligit non habere locum contra tertium possessorem, qui nō spoliauit, nec fuit in dolo. & licèt Sacrum Consil. hoc expresiè non declarauit, tamen fuit, ne expressè præiudicaret Regiæ potestati.

ria tenent, adhuc in eorum subsidio ipsius tuę iurisdictionis fauoris præsidium nō desistat, quin protegas eos vigore iustitiæ, & præsidialibus adminiculis defendas. In Ecclesiarum quidē vasallis aliorum quorumlibet in eodem Regno Siciliæ feuda tenentiū superioritatē singulariter obtinemus. Et quamuis contra prælatorum, & clericorum personas se nostræ potestatis authoritas communiter non extendat: aduersus tamen officiales eorum laicos, qui eis in illicitis obedire non debēt, & ad protectionem, manutentionem & defensionem omnium subditorum nostrorum Regni præfati, libenter erigitur præeminens nostrę brachium potestatis. Quòd si fortè alij homines, qui eorūdem prælatorum & ecclesiasticarū personarum vasalli non sint, grauentur, seu vexentur, ab eis grauati & oppresi huiusmodi euę iurisdictionis patenti suffragio assistas, non solum per iuris oportuna remedia, sed per facti defensionem obstaculum, & recuperationis de facto interpositum iuramentum. Non exigens in his cognitionalia ordinare certamina, quę in prælatorum & clericorum personas, atque negotia non possetis, communi censura, rationabiliter exercere, sed facta tibi de iniurijs, rapinis, & damnis illatis, vt premittitur, præfatis hominibus informatione summaria, per facti notorium, vel rei euidentiam, famam publicam, aut designationem aliam attestantem commissam iniuriam, premissa efficaciter compleat tuę diligentię promptitudo. In cuius probatione notorij sufficiat tibi edictum generale proponere, & quicunque sua interesse putauerit, visurus accedat producendorum in causa testium iuramēta, & oppositurus, quę circa rei substantiam voluerit allegare. His quippè moribus nostris premissis rationes insinuant, dominicę charitatis affectus, & mentalis compassio signanter exorāt, ac exempla laudabilia imitandi continuant. Erat equidem occursus oppressis in Israelitico populo Dauid Rex, statuitque iuris antiqua prudentia, vt læsus quilibet, & lędendus ad statuas principum quis confugeret pro tutela, quę sic dominorum potestatem restrinxit in subditis, vt eos districtè & in ordinatè non pmeret: vel ipsos pro volūtate excessuum immoderata sęuitia non arceret: & in propellenda iniuria, non in inferenda fore describitur lex virtutis. Qui enim cùm potest iniuriam non repellit, à proximo maximè naturalitate coniunctio, in vitio pariter communicat facienti. Sanctus equidem Moyses cum videret Hebręum iniuriam ab Ægyptio patientem, obstaculum est defensionis aggressus, vt Aegyptium in terram prosterneret, & ipsum in sabulo obrutum sepeliret. Consequēter itaque per nos in illo prouidè prospicitur, quòd rationis iudicio, probatis exemplis, & excellentis charitatis fomite comprobatur. Pręsentes autem literas valituras in anteà, vt earum efficacia maneat dari volumus alterutrum

Adde q̄ die ... Martij 1559. Neap. referente D. Antonio Cadena tunc Iudice M. C. V. in ciuilib. ad præsens verò Reg. Cōsiliario in causa vertente inter clericum Franciscū Chiauellonū, & Dcanū Philip. de Syluestro fuit per Sacrum Consilium remissa causa eidem Mag. Curiæ, quæ procedat seruata forma capitulorum Regni, Actuarius Io. Donatus Cioffus, & sic fuit declaratum quòd Magna Curia possit procedere contra clericum seruata forma capitulorum Regni istius, de quo vide Capic. in conclus. feud. in verbo, Rex Siciliæ. Et qualiter procedant ista capitula, vide Afflict. decis. 85. & ibi quid debeat probare spoliatus. Quid si Clericus opposuit declinatoriam fori. vide Afflict. in constitut. de burgensaticis num. 7. 8. vbi latè de materia huius cap. per totum q. vide Gramm. decis. 78. latè, & Guid. Pap. decis. 1. & Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. & vxorem. nume. 38. 2. decis. & Felyn. in c. Ecclesia S. Mariæ, col. 14. vers. vlt. non ommitto. ext. de constit. & in cap. in præsentia. ext. de probat. & D. Afflict. in constit. asperitatem, nu. 15. vbi timens, quòd aliquis inuadat possessionē suorum bonorum potest implorare Iudicis officium, & tunc sufficit demonstrare eius possessionem iuris ordine non seruato. An autem Rex ratione directi dominij, & ciuilis possessionis, quam habet in feudo, possit intentare hoc remedium, si vasallus est spoliatus ab Ecclesiastica persona, vide Afflict. in constit. violentias. nume. 14. prope fi. Adde, quòd in hoc iudicio potest opponi de inhabilitate personæ, puta quòd non est ætatis legitimæ, vel quòd non fuit tonsuratus, Aym. in cons. 104.

Quid si Iudex ecclesiasticus non vult admittere iustam appellationem, an possit adiri Iudex secularis, vel Rex, vide omnino Couar. in cap. 35. pract. qq. num. 3. vbi loquitur de omni violentia, quæ infertur à Iudice ecclesiastico, cui potest fieri comminatio sub amissione rerum temporalium. vt ibi. De Bottis.

Adde cap. charitatis affectus, cum tribus seqq. & Afflict. decis. 2. & 24. Luc. de Penna, in l. si coloni, de agric. & censit. gen. & fin. col. vide

No. quòd hoc cap. non habet locum, quoties Curia vellet examinare dictos testes citatos, quia tunc Magna Curia Vicaria solita est practicare, quòd dicti citati veniāt personaliter ad deponendum, quia aliter veritas haberi non possit si personaliter non comparent, licèt excedat numerum decem. M. A. Pulu.

Ibi, *subditorum nostrorum.* No. remediū quando per Prælatos qui non sunt subiecti grauātur alij, quòd poterit procedi per officiales laicos, & iuxta merita puniendo.

Ibi, *sed facta nobis.* Not. de summaria cognitione facienda super iniurijs, rapinis, & damnis illatis personis ecclesiasticis.

Ibi, *quòd quicunq;.* Not. formam citandi super forma notorij, cum proceditur per edictum.

Ibi, *enim, &c.* Et alibi Iudex qui reperta scelera nō vindicat cogetur vt noxia crimina festinet. vt in consti tut. si quis in posterū. in fi. de defen. impo. & ibi plenè in glo. P. P.

ADDITIO. *Glo. super verbo allegare. hoc statutum multi prælati & Canonistæ nituntur infringere, dicentes Principem secularem, nihil posse aduersus clericos, & eorum causas, directè, vel indirectè statuere. 96. distin. benè quidem, & de constit. extra cap. ecclesia. Sed ipsi circa hoc iniquè loquuntur. Imò ibi capitulum istud iusta ratione processit. Primò ex scriptura diuina Exodi cap. 2. vbi Moses Aegyptium occidit, quia percussit Hebræum, vt infra subiungit. Secundò, quòd pro ista constitutione est satis apertè. 11. q. 1. cap. petimus. & 16. quidam monachi. vbi patet, quòd ad querelam nedum laici, sed etiam clerici passi violentiam à prælato Rector Prouinciæ ac defensor ciuitatis eorum vices, & officium interponant, & constitutis de violentia reddunt spolia.*

spoliatos in possessionem ecclesiarum, quia à possessione fuerunt violenter expulsi, de hoc scripsi. C. de agri. & censi. l. colo ni. §. vlt. lib. 13. Lucas.

*trum in pendenti, quas ad te præsentem Iustitiariũ & tuos successores in eodem officio, eandem vim, eundemq; vigorem decernimus obtinere.

Data Neapoli sub paruo sigillo nostro, &c. *

eijs, & transumptiuè habetur 23. quod fortunando. & c. non inferenda.

*ADDITIO. In fine tex. addatur *Per dominum Bartholom. de Capua, &c. anno Domini* 1314. 14. *Nouemb.* 13. *Indict. Regnorum nostrorum anno* xv. De Bottis.

David. *Ad hoc est opt. 7. q. 1. omnis. vbi patet, quod si quis negaret his oppressis debitum fauorem impendere, quodammodo ipsum Christum negaret, &c.*

Statuas. *Vt patet C. de his qui ad statuas confugiunt. l. 1.*

Et propellenda. *Hoc sumptum est ex libro Ambrosij, de officijs*

Vide quæ superius dicta sunt ad Rubr. & cap. primum huius tit. & quæ hic dicunt Lucas de Penna, & Ioan. Ant. de Nigris. Tapia.

ROBERTVS &c. Cap. 213.

Omnis prædatio, & inuasio quælibet violenta, iuri sunt naturali contrariæ, & à præclaræ iustitiæ regulis reprobatæ. Displicent hæc nobis, & meritò, quin potius pungunt intrinsecus mentem nostram, per quæ naturæ lex læditur, Impugnatur iustitia, in contemptum maioris dominij committitur damnanda præsumptio, & inter fideles nostros exoritur scandalum ciuilis belli, discriminum productiuum. Sanè Perottus Scalensis de Neapoli fidelis noster, nuper in auditorio nostro grauiter est conquestus, quòd cum ipse teneret, & possideret quandam petiam terræ sitam in pertinentijs ciuitatis Capuæ, subiectis, loco & finibus designatam. Vicarius venerabilis patris I. Dei gratia Capuani Archiepiscopi Regni Siciliæ Cancellarij dilecti Consiliarij, familiaris, & fidelis nostri, de mandato eiusdem Archiepiscopi Perottum ipsum possessione terræ prædictæ violenter authoritate propria spoliauit, non minus in contemptum nostri nominis, & honoris, quàm dicti Perotti præiudicium cedens, & iacturam, propter quod præfatus Perottus maiestati nostræ supplicauit attentius, vt super hoc ei de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos autem hæc, si vera sint, nec immeritò abhorrentes, fidelitati vestræ præsentium tenore com mittimus, & mandamus, quatenus receptis præsen tibus, factaque vobis deinde informatione summaria per facti notorium, aut rei euidentiam, famamve publicam, vt alias, non per cognitionalem indaginem, quàm in clericorum personas, atque negotia non possetis censura communi rationabiliter exercere, antea quoque per vos edicto proposito, quòd si sua interesse putauerit coram nobis comparere debeat, visurus producendorum super hoc testium iuramenta, memorato supplicanti ex iniuria dictæ spoliationis offenso circa recuperationem possessionis eiusdem, si non admittatur ad eam, efficaciter curetis assistere, auxilijs, consilijs, & fauoribus opportunis, vt reenperata in in statum reducta pristinum possessione iam dicta cesset iniuria, rapina, & violentia refrænetur. Manutenentes nihilominus, & defendentes eundem in dicta possessione, postquam recuperata extiterit, vestri præsidij potestate. Interest quidem nostra, præcipuè fidelibus nostris, in huiusmodi casibus patenter assistere, qui pro eorum bonis, & possessionibus fiscalia munera quotidie subeant: & nostris necessitatibus, sicut quotidiana experientia comprobat, cum promptitudine deuotę exhibitionis assistunt. Prędicta verò terra sita est, vt ponitur, in tali loco, pręsentes autem literas, &c. Data, &c.

Vide quæ superius dicta sunt ad ca cap. primum, & Rubr. huius tit. Tapia.

Litera pro solemni conseruatorio pro laico contra laicum. hoc dicit Tapia.

IOANNA &c. Cap. 264.

Ad Præsidentis spectat officium iurgia tollere, dissidia dissipare, sicque prudenter agere suæ iurisdictionis opportuno remedio, quòd dum facultas contendendi de facto tollitur, concertandi noxia materia sopiatur. Sane pro parte Mariæ de Casali Pastiuæ fidelis nostræ, fuit Maiestati nostræ expositum reuerenter, quòd quamquam expo nens ipsa habuerit, tenuerit, & possederit, ac habeat, teneat, & possideat nunc ad præsens per se, ac alios eius nomine tenentes, & possidentes, iustè, rationabiliter, ac pleno iure in dicto Casali domum vnam sitam &c. iuxta &c. percipiendo, & percipi faciendo ex ea iura, fructus, redditus, & prouentus prouenientes, & prouenientia ex eadem. Conqueritur tamen memorata exponens, quod talis da tali loco, iuribus suis non contentus, perperam agens, præfatam exponentẽ super possessione ipsius domus indebitè vexat, & multipliciter inquietat, non permittens exponentem ipsam, seu aliam, vel alios suo nomine ipsius domus, pacifica possessione gaudere. Et alios fructus & redditus ipsius domus, pacificè percipere, & habere, in eius iniuriam, & ipsius exponentis præiudicium satis graue. Quapropter eadem exponens ipsi nostræ Maiestati supplicauit attentius, vt super præmissis prouidere nostra Serenitas charitate dominica dignaretur. Nos autem nolentes quemquam ex nostris fidelibus in suis iuribus opprimi, seu vexari: Fidelitati vestræ harum serie de nostra certa scientia mandamus expressè, quatenus tam tu præsens, quàm vos alij futuri Iustitiarij prouinciæ supradictæ, si ita est vt exponitur, supplicantem ipsam in possessione dictæ domus, in qua est, & ipsam esse inueneritis, quandiu possessionis ipsius iusta causa durauerit, vestrorum officiorum temporibus, iusti fauoris præsidio, manuteneatis, ac etiam defendatis, non permittentes eam super possessione ipsa, & fructuum perceptione, & redditũm eorundem,

rundem, quomodolibet minus debitè molestari. ipsumque talem, & quosuis alios turbatores illicitos admoneas, quòd desistant abindè, per gra u um impositiones pœnarum, & exactiones earũ, si commissæ fuerint, aliave iuris remedia, quæ expedire videritis, actius cohibendo, ita quòd vlterius ad nos inde querela non veniat. Et super hoc exindè vobis rescribere non cogamur. Pecuniam verò totam, quam ex dictarum exactione pœnarum recipere forsitan vos continget ad Cameram nostram integrè suis vicibus destinare curetis, nobisque describere processum totum, quem in præmissis habueritis, seriosè, particulariter, & distinctè præsentibus post opportunam, &c. Data, &c.

Ex Capitulis Neap. Anni 1584.

SE supplica Vostra Eccellentia li Vescoui, & Arciuescoui del presente Regno se impatroniscono delle iurisdittioni delli Baroni, in molti casi insoliti & senza processo, excommunicano li officiali de Baroni precipitosamente escludendoli de ogni giusta dilatione, & tutto acciò vostra Eccellentia, & suo Collaterale Consiglio, talche per non ponersi à questo pericolo di escommuniche sono astretti cedere in grandissimo pregiuditio della iurisdittione Regia, & di Baroni. Per tanto supplicano vostra Eccellenza si degni operare che li detti Vescoui, & Arciuescoui non debbiano procedere violentemente excommunicare non compilato processu, ma quando li Giudici laici procedono per via de giustitia, & li Vescoui pretendono alcuna cosa debbiano essi hauere ricorso alli superiori di detti Iudici de appellatione, & non essendo conueniente che altri, che Sua Maestà dalla quale depende tutta la iurisdittione voglia impedire il procedere delli officiali, & in questo innocano lo aiuto Regio, & di V. E. in virtù delli capitoli del Regno in ogni meglior modo che de giustitia gl'è promesso salua tutta l'auttorità che per Religione se gli conuiene à detti Vescoui & Arciuescoui alla quale non intendono pregiudicare.

Conseruatoria parte citata conceduntur. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA I.

De conseruatorijs.

CONseruatoria, quorum originem ab optima iuris prudentia emanasse constat, prohibentia vim alteri, in eum abusum adducta sunt, vt non solùm verum possessorem tueanrur, immo per ea vera possessori violentia, & spolium infertur, quando, duobus, vel tribus testibus examinatis, clam, & per subornationem falsa fortè deponentibus cõceduntur, per eaque sæpius, qui nunquam possedit, sub conseruationis spe, possessor constituitur, quod in futurum fieri, præsenti Constitutione omninò prohibemus, decernimusque conseruatori, in quibus obtinendis, pars legitimè citata non fuerit ad dicendum, quare conseruatorium impetrare volens, in possessione conseruari non debeat: Et ad videndum testes iurare super dicta possessione recipiendos, pro nullis, & irritis haberi, perpetuoque ad nullum præiudicium cuiusque, vt præfertur, non citati allegari posse: debeat tamen super dicta possessione conseruanda, vel non sinè figura iudicij summariè procedi visa facti veritate.

QVomodo autem dispositio huius pragmaticæ seruetur ex scriptis in principio huius tit. clarè patet. Tapia.

DE IVRISDICTIONE IVDICVM. Rubr. v.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordat titulus de iurisdictione omniũ iudic. in ff. & in lib. Codicis, & in libro Decretal. de offic. & potest. Iudic. deleg. & ordin. & apud Hispanos in lib. 4. nouæ recoll. tit. 1. & habetur per Specul. in tit. de iurisdict. omn. iudic. & per Doct. in dictis locis, & elegantissimè Aguinarius Bora tom. 3. libro variarum quæstionum public. tract. ad digesta iuris ciuilis, deque iuris prima diffinitione elegantissimè Damhauderius in sua prax. cap. 4. in princ. vbi plura de iurisdict. deleg. ordin. plena, semiplena & iusta, & aliqua per Didac. Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 3. ordinat. faciunt etiam ad hunc titulum plures constit. quæ habentur in tit. de officiali, in Reg. constit. quæ superiori titulo de iudit. situatæ sunt.

Sublatis Iudicibus, qui à partibus eligebantur iubet Imp. omnes causas coram Imperialibus Iudicibus terminari, ut istis tamen arbitris. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

a Cum noua. In quibusdam Regni ciuitatibus fiebat quædam frans de nomine ad nomen, quæ hac constitur tollitur, quia cum non posset quis creare Iudices: quia hoc dependet ex Imperatoria Maiestate ipsi creabant Amezatores, qui de quæstionib. cognoscebāt: quos creare de cætero pro-

CVm T a noua nostri nominis sanctione statutũ sit, vt Iudices de quæstionibus cognoscentes, per nostram celsitudinem debeant promoueri. Iunctos etiam Admezatores, qui per priuatorũ consensus ad decidendas questiones in prædictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, & cir cunstātibus eligebantur hucusque,

prohibentur. Arbitros verò eligere nulli denegatur. Et de simili fraude habes in Auth. vt nul. hab. loci serua.

ADDITIO. Cum noua. *Vide ad hanc constitutionem Andr. de Isern. in constit. Capitaneorum. supra de Mag. Iustit. in constitutione, noua. & in l. officiorum. de off. Mag. Camerar. per totum, & maximè in fi.* Cæsar.

usque, qui nullam aliam iurisdictionem habebant, nisi quæ ab eligentibus conferebatur eisdem, in posterum eligi prohibemus. Sed per iudices tantum à nobis statutos coram a Baiulis causas omnes examinari volumus, & per sententiam b terminari: à quorum sententijs appellationes non ad compares vel adiunctos, vt dictum est, c sed ad celsitudinem nostram, vel officiales nostræ Cameræ, Iustitiarios, magistros Iustitiarios, sicut in reliquis Regni partibus, deferantur. Arbitris super rebus de quibus potest de iure arbitros compromitti, propterea non negandis.

a *Et Baiulis.* No. per hanc constitutioné iudices per hunc modum tantú debere ferre sententias, & in præsentia Baiulorum: & sic videtur, quòd Baiulus non debeat loqui in sententia, sed iudices tantum dicant: Nos talis, & talis iudex, præsente tali Baiulo, &c. Et sic videtur, quòd Baiulus non sit iudex ordinarius, cú non possit ferre sententias: quod posset, si esset ordinarius, vt in Authent. in me. li. non fie. sa. for. colum. 8. vt iu. no. ex sa. ius. §. eam autem. vbi dicitur, quod si plures sunt iudices ordinarij, & dissentiunt inter se, quilibet potest diuersimodè dare sententiam suam: concordat huic supra de officio magist. Camerar. l. officiorum. in fine, licet videatur contraria constitut. supra de ciu. Camerar. l. locorum Baiuli. & supra de sa. Baiul. l. puritatem. Sed cautius crederem, quòd tam Baiuli, quàm iudices loquantur in sententijs, & simul pronuntient: nè posset opponi, quod iudicum talium limitatum sit officium, tanquam assessorum vt ff. de assesso. l. a. qui iudices iudicare non possunt, vt C. de assesso. l. namque. Et alibi nuncupantur iudices, vt in Authentica, vt iud. sinè quo. suf. §. computabit autem. Consuetudo verò tenet primum modum pronunciandi, quod iudices, videlicet, loquantur, & dicant: Nos tales iudices præsentes, & Curiam regentes, tali Baiulo, &c. aliàs nisi esset Baiulus præsens, sententia non valeret: pro quo facit. C. de senten. & interloc. omn. iudic. l. sententiam.

a *Terminari.* No. contra illos, qui dicunt Baiulos debere iudicare, & iudices esse assessores: quod falsum est. ¶ Iudices enim debent iudicare coram Baiulo, & ab eorum sententia appellatur, vt hic, & supra, de offic. Secr. d. l. 1. in fi. Quis autem sit assessor dic vt in sum. de assess. circa princ. Facit etiam pro prædictis, supra de trigesima. Contrarium habes argum. infra, de offic. ad l. 1. ibi per iudices, qui eis pro tempore assidebunt. & infra de banni. l. cordi nobis est. Item pro prædictis facit infra de temp. ap. l. 1. G.

c *Sed ad celsitudinem.* No. in hac constit. non seruari ordinem, qui est de app. l. Imperatores. & C. de app. præcipimus. quia primò ponit in ordine de curia Regia, seu Imperiali, & posteà de alijs officialibus. Et idem dicitur in noua constit. de offic. cap. non obst. supra de offic. mag. Cam. l. officiorum, periculosa confusio, vbi dicit, quòd magistri Camer. cognoscunt de appellationibus a sententijs Baiulorum interiectis: quia illud quando appellatur ad eos: sed si appellaretur † ad magnam Curiam, magna Curia cognosceret, vt hic: & sic non seruatur, quod est ff. de appell. l. 1. §. 1. ordine & statu suo. & cum ista constitut. concor. infra de appell. quæ incipit, appellationum tempora. vbi generaliter dicit quòd à quibuscunque officialibus, vel iudicibus in quacunque parte Regni appellatur ad magnam Curiam, dantur 10. dies ad præsentandos Apostolos: & sic liquet ibi, quòd à minoribus iudicibus, vel etiam, quod plus est, delegatis, omissis medijs, appellatur ad magnam Curiam: & sic speciale est, quòd omnibus postpositis appelletur ad Papam, vt 2. quæst. 6. cap. si quis putauerit. & extrà de appell. si duobus & no. per Azo. C. de sum. tri. in sum. eiusdem tit. §. app. potest. Sed per constit. est speciale in Rege, vel Imperatore, vt dictum est.

† ADDITIO. *Vide Moder. in cap. Regni, plerunque, nu. 12. cum seq. fol. 156.* De Bottis.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

C*Vm noua.* Hic habent quidam rubr. de solemnitate, & roboritate instrumentorum: & tollit Amezatores, cum sufficiant iudices ordinarij.

Sed per iudices. Hic videtur, quòd iudex præsente Baiulo pronunciat, non Baiulus cum iudice: quia à sententia iudicum appellatur, cum dicit à sententijs iudicum, & Baiulorum: Tutius tamen dicit glo. quod vterque pronunciet, argum. eius, quod no. in glo. ar. C. de sen. l. 1. seruabitur tamen in hoc consuetudo. Item in terris Demanij appellatur ad mag. Came. qui est hodiè Secretus, in terris Baronum ad Iustit. & ad magnam Curiam Indistinctè. Et sic referas singula singulis: nam tunc optimè totam materiam intelliges: aliter obscura videretur, vt hic plenè in glo. & dictum est suprà de mag. Camer. l. 5. in fi. & de offic. Iustit. l. Iustitiarij per prouinc. in fi.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 C*Vm noua nostri nominis sanctione.* Hæc est constitutio occupatis nobis quæ officiales distribuit per totum Regnum, de qua diximus supra tit. de officialibus in Regn. consti. & facit etiam constitutio officiorum periculosa, de qua diximus supra in tit. de offic. procur. Cæsaris.

2 *Coram Baiulis.* Hic tradit Afflict. Iudices debere ferre sententias coram Baiulis, & dicit Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ
3 non posse ferre sententiam sinè præsentia Regentis, etiam quod ipsum nominent, circa † quod dic hodiè esse immutatum, nam tam Iudices Magnæ Curiæ, quàm Auditores Prouinciarum proferunt sententias absque præsentia Regentis & Gubernatorum Prouinciarum, nec de eo mentionem faciunt, sed dicitur in decretis per magnam Curiam Vicariæ, vel per Regiam Audientiam prouisum est, sed in Gubernatoribus Terrarum, vt plurimum dicitur per Magnificum Gubernatorem & fertur sententia coram ipso, circa quod licebit annotare, quod tradit Maranta in 4. part. 16. distinct. nume. 34. & vlt. par. sextæ partis principalis nume. 13. post Ang. & alios, quos allegat, quòd quando † sententia proferenda est de consilio alicuius Doctoris debeat legi votum Doctoris, & sententia Iudicis idiotæ, nam si vnum, sinè alio proferatur, vtrumque annullabitur, & si adest votum absque sententia non dicetur per hoc causa decisa, nec sententia à Iudice idiota poterit proferri antequàm habeat votum Doctoris vt post Bald. in l. ex illo, C. de appellat. tradit idem Maranta in d. vlt. part. 6. par. princip. num. 71.

Lite

Lite existente inter vassallos alicuius Baronis secularis, vel ecclesiastici in terris Demanialibus habitantes iudicium expediatur per Iudicem Regium, diuisa trigesima inter Baronem, & Regem, secus si vnus ex litigantibus fuerit vassallus Demanij.h.d.Tapia.

IMPERR. FEDER.

DE quæstionibus, quas inter homines Prælatorum, Comitum, & Baronum in terris nostri Demanij (prout assolet) habitantes, moueri contigerit: de quibus ijdem Prælati, Comites, & Barones iurisdictionem, aut curam habere noscuntur, volumus, vt Iudex per nostram Curiam pro tempore constitutus, ad Curiam Prælatorum, siuè nobilium se conferat requisitus, causas ipsorum audiat, & debito fine decidat: tam trigesima, quã pœna legitima, sinè mulcta per officium Iudicis inferenda inter Curiam nostram, Prælatos, & nobiles supradictos, quorum vassalli litigantes extiterint æqualiter diuidendis.

Cæterum si contigerit ex litigantibus alterum hominem esse Demanij: tunc trigesima tota, necnon & pœna quàm vassallum nostri Demanij debere pati contigerit, ad Baiulum nostri Demanij redigentur: pœna verò, qua vassallus alterius punietur, prout in superioribus dictum est, inter fiscum nostrum, & dominum condemnati proportionabiliter diuidetur.

Absente Iudice propter longam infirmitatem Magister Camerarius alium eligat.h.d.Tapia.

§. STatuimus etiam, vt si quando Iudex super examinandis quęstionibus ordinatus absens necessariò fuerit, vel aduersa valetudine præpeditus, tunc si quidem longa futura fuerit infirmitas, vel absentia iudicantis, Magister Camerarius regionis statuat interim vnũ ex alijs iudicibus ciuitatis, & loci super conficiendis contractibus ordinatis, cui pro rata temporis in statutis expensis valeat prohiberi.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

DE *quæstionibus.* Quantum ad id, quod de clericis dicit, corrigitur iure Cano. vt dictum est supra eod. l. si quis clericus, posui legem laicis, qui litigant coram Baiulo in terris Demanij: nam si esset in terris prælati, vel Baronis, Episcopi essent ordinarij Iudices, in Authen. de Quæst. §. si verò. Statuimus etiam secundum dictum Azo. quod facit. ff. de iud. l. si longius. & de vacatione muner. l. prætor. §. si post causam. And.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

NOtat Afflict. ex ista constitutione posse Barones ius dicere in Terris Demanij, & consequenter in ciuit. Neap. 1 absque licentia Regis, † Ego verò ni fallor tanti Doctoris reuerentia reperita, credo contrarium ex ista constit. desumi. Primò dum Iudicẽ Curiæ illius Ciuitatis, vel Oppidi Demanij vult esse Iudicem illius causæ, non autẽ Baronẽ licet moueret quod vadat ad eius Curiam. Secundò ex diuisione trigesimæ, vel mulctæ, ex quibus apertè probatur exercitium iurisdictionis non solùm non esse permissum, sed negatum Baroni, cui non adimit Rex iurisdictionem respectu personæ vassalli, sed respectu loci, qui cum sit demanialis negat Rex illius exercitium in terra sua, quod est iuri communi consonum ex regula text. in l. extra Territorium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, idque comprobatur ex praxi, † qua hodiè vtimur, dum enim causas remittimus ad Barones, eligant Iudices in Ciuitate, vel ipsi volũt à tempore hoc facere semper dicimus, vt fiat præuia licentia Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Proregis. Idque procedit non solum in causis criminalibus, sed etiam ciuilibus semper etenim requiritur assensus Illustrissimi D. Proregis, cuius rei euidens est ratio, quia residentia Principis hoc facit ad nota. in constitut. honorem supra de off. mag. Iustit. fol. 25. 2

† *Statuat.* Hæc constitutio hodiè non seruatur, quia omnes † officiales eligit Illustrissimus Prorex. 3

Prohibentur vassalli adire alios Iudices quàm Regios, hoc dicit Tapia.

IMPER. FEDER.

CVm a iustitiæ copiam b per officiales nostros cũctis Regnicolis mandauerimus elargiri, pœnam in eos, qui nostra iurisdictione contempta ad forum aliud de his, quæ ad Curiam nostram perti-

a *CVm iustitiæ copiam.* Si quis habeat causam cũ fisco, non debet declinare forum publicum: alias punitur publicatione bonorum suorum, facit ad hoc argum. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. l. in criminali.

b *Per officiales.* Supra de

ANDRAEAS DE ISERNIA.

CVm iustitiæ copiam. Quod dicit de clericis corrigitur iure Cano. per ea, quæ dicta sunt, supra eod. l. si aliquis, & repete ea, quæ dicta sunt supra de officio Iustit. cum satis. Insificatione. Iure Romano est minor pœna, vt l. in criminali. C. de

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm ista constitutione concordat l. 9. 10. & 11. lib. 4. tit. 1. nouæ recoll. vbi perdoctè rem pertractat Azeued. iurium illorum glosator, idque etiam hodiè practicatur, & in aula Domini Gizzarelli, in qua ego resideo fuit per Magnam Curiam

de offic. mag. Camer. & Bal.l.si aliquis. a *Conualuerint*. Quid si reus vocatus non responderit ? dic vt in summa de in ius vocã. in princ. & vide super hoc C.de iurisdict.omnium iud.in criminali.

ADDITIO. *Ista constitutio in antiquis reperitur suprà ante constitutionem locorum Baiuli : sed quia Andr. legit hanc hic illam*

tinent à conuolauerint, constitutione præsenti, duximus statuendam, videlicet, vt T siuè clerici, siuè laici sint, con-

confiscatione bonorum mobilium, & immobilium, siuè sint patrimonialia, siuè feudalia, puniantur.

lam reliquit, vt simultaneus ordo seruetur. Adde, quòd hic ponitur vnus de casibus in quibus vassallus est obligatus domino, & similis pœna punitur Baro qui sibi vsurpat merum & mixtum Imperium, vt in constitutione ea, quæ ad decus, & in cap. Regis Rober. ad regale fastigium, vide in decis.cons.165.in casu 25. Cæsar.

ANDRAEAS DE ISERNIA

de iurisdictione omn. iudic. & in feudo planum est secundum omnia iura, quòd dominus feudi cognoscit.

ADDITIO. *Adde, quòd hoc etiam militat in clericis, vt in cap. ceterum de iud. Et ibi Doct in cap. verum. & ibi Doct. de foro compet. glo. summa. 11. q. 1. Archid. in cap. clerici. de cler. coniuga. Et per Bal. in l. fin. C. sinè censu, vel reliquis.*

Per constitutiones istas solus magister Iustitiarius de quaternatis. Et solus Iustitiarius de non quaternatis, supra eo. l. ?. & de officio Iustit. l. 1. vnde & aliud forum euntes tenerentur ad pœnam. Item in alijs causis, vt laici non trahant alios ad extraordinarium Iudicem, sed si volũtariè ambæ partes subijcerent se iurisdictioni alterius, hoc non prohibetur. ff. de iud. §. 1. per ea quæ dicta sunt supra de offic. Iustit. l. eum satis, quæ hic sunt repetendã. Litera tamen dicit conualuerit, non tollatur. C. de inoffic. testam. l. si quando, sed potius reducentur ad vltimum tantum trahentem inuitum ad alium Iudicem, vt. l. in criminali, & hic augmentat pœnam huius. Quæ videntur contra rationem iuris reducuntur ad commune ius. arg. ff. de vulg. & pupil. subst. l. ex facto. quamuis legislator, vt litera sonat, prouiderit commodo honoris sui. hoc tamen in legislatore non attenditur. 4. dist. erit, quia ex hoc iudicare est minus iustum, vt ibi dicitur, Andr.

C*um iustitiæ*. Credo quòd hæc constitutio intelligatur in causis ciuilibus tantum, quia tex. hic dicit, eum iustitiæ copiam per nostros officiales mandauerimus, quia mandatum est supra, quod de quæstionibus inter fiscum & priuatum de feudo, vel rebus feudalibus Iustitiarius habeat cognitionẽ, sed de ciuilibus, seu realibus, siuè personalibus, Magistri Camerarij habent cognitionem, vt supra, vt iusti. hab. cer. aduo l. fin. & de quæstio. inter fiscum, & priua. l. 1. & propterea hæc constitutio videtur loqui de prædictis casibus, & quod forũ prædictorum officialium declinari non possit, vbi cognoscitur inter fiscum, & priuatum in casibus supradictis, & pœnam imponit forum prædictum exindè declinantibus. Barth. de Capua.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

riam relata causa cuiusdam vallis Vitulani, qui obligare fecerat quendam alium Regnicolam penes acta Curiæ Beneuentanæ, qui fuit carceratus, & grauauerat se à carceratione, dictumque fuit vt Magna Curia Vicariæ procederet ad vlteriora, potest enim prohibere † Rex vassallis suis, quod de rebus sibi subditis non adeant alium Iudicem, vt tradit Andr. ad constit. cum satis, & qualiter puniatur quis † quando trahit aliquem ad diuersa Tribunalia latè Carpan. ad constitut. Mediolani c. 8. & 87. tit. post Doct. in l. vbi copiam de iudic.

Sinè

Z *Sinè clerici*. Hæc constitutio corrigitur, nec debet seruari, † quia est contra iura canonica expressè, & credo istam constitutionem fuisse vnitam cum constitut. de quæstionibus, quia Andr. cuius glos. posita est ad dictam constitutionem de quæstionibus; dicit quantum ad id quod de clericis dicit corrigitur iure canonico, & tamen in illa constitutione non adest verbum de clericis quòd indigeat correctione canonica, ideòque melius hic situanda esset.

Officia-

Officiales vltra sibi commissam iurisdictionem minimè se extendant. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De iurisdict. non turban.

D Iscordias inter officiales nostros inuicem eorum iurisdictionem turbantes, ex quibus sæpius scandala oriuntur, remouere volentes: Volumus, & statuendo mandamus, quod nullus ex officialibus nostris de commissis iurisdictioni alterius, sinè speciali nostra commissione se T intromittat, & si quandoque aliquo errore interueniente, se intromiserit, debeat ad simplicem requisitionem illius, cuius iurisdictio turbata fuerit, desistere, & ad eum officialem, ad quem spectat, remittere, ad pęnam 25. vnciarum, de salario eius officialis, qui contrarium retinendam, & Cameræ fiscali applicandam.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

S*E intromittat*. † Hic posset quæri an dicatur Regiam turbare iurisdictionem si aliquis ea prædictus capiat officialem, quem suam turbasse iurisdictionem affirmabat, etiam sibi non subditum, quod possit, adducuntur tradita per Innoc. & Doctor. in cap. 1. de offic. deleg. & per ciuilistas in l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemperauẽ. est enim crimen vsurpatæ iurisdictionis, quando à iurisdictione, & potestate Principis vult aliquid detrahere, & tunc erit crimen læsæ Maiestatis iuxta tradita per Oldrad. in cons. 44. colum. fi. ad quòd faciunt quæ glos. tradit ad constitut. cum satis. in fine dicens illam constitutionem habere locum tempore pacis, non tempore belli, sed obstat decisio Guid. Pap. 323. † rectius tamen pro 2
nunc arbitramur non incidere Regium officialem, vel alium, qui pro tuenda sua iurisdictione, alterius vsurpat, vel quòd sibi permissum esse cogitet, sed secundum hanc pragmaticam absque dubio quouis modo vsurpans iurisdictionem non puniatur pœna huius pragmaticæ.

Iuris.

Iurisdictionem criminalem habens potest cognoscere de casibus in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscissio, cætera verò ad habentem iurisdictionem ciuilem pertinent, h.d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De iurisdict. non turban.

FERDINANDVS REX, &c.

ILlustri Viceregi nostro Siciliæ citra Farum Regni, præsenti, & successiuè futuro, Magistro insuper Iustitiario, Gubernatoribus, & Auditoribus nostri Siciliæ citra Farum Regni, ceterisque officialibus demanialibus, vniuersis & singulis Baronibus, & subditis nostris in dicto Regno, & signanter Illustri Don Ferdinando Duci Sancti Petri in Galatina, Prouinciæ Hydruntinæ, eiusque Locumtenenti qui nunc est, & pro tempore fuerit, salutem, & bonam voluntatem.

Grauiter corã Maiestate nostra conquesti sunt venerabiles, & deuoti Religiosi Rector, & Monachi venerabilis Hospitalis Sanctæ Catherinæ, Nouellæ, ordinis Sancti Benedicti, congregationis Montis Olioeti, siti in Castro Sancti Petri in Galatina, quod, licet dictum Hospitale in Casalibus Turris Padularum, Aradei, & Acteoli dicti Hospitalis, habeat iurisdictionem ciuilem, attamen vos, & officiales vestri nitimini, prout etiam alij prædecessores vestri visi fuernnt, eam iurisdictionem ciuilem annihilare ipsi Monasterio, & sibi, & vobis sub colore criminalitatis applicare, volentes cognoscere de causis vt criminalibus, de quibus pœna mortis naturalis, aut ciuilis, aut membri mutilatio principaliter infligenda omninò non venit. Quinimmo de causis leuissimis componere partes cogitis: Itaque omnes causas ciuiles, facitis criminales, & occupatis eas, & continuò traxistis ad vestrum Tribunal, in graue damnum, & præiudicium dicti Hospitalis vos intromittitis, pro cuius parte, fuit Maiestati nostræ humiliter supplicatum, vt indemnitati dicti Hospitalis, prouidere, & declarare, quæ pertinent ad iurisdictionem criminalem, & quæ ad ciuilem, & dictum Hospitale à litigijs, & calumnijs præseruare de nostra solita benignitate dignaremur. Nosque dicta supplicatione suscepta, volentes tam pium, & Sanctum Hospitale, illiusque Rectores, & Monachos ac officiales ab oppressionibus, & litigijs præseruare, vt diuino cultui quiete inseruire possint: Teuore præsentium de certa nostra scientia deliberatè, & consultò, vt Rex, & Dominus, ad quem spectat vnicuique quod suum est reddere, & distinctiones facere inter ciuiles, & criminales Dominos, & Tribunal vt omnis contentio cesset, & de medio tollatur, cum assistentia nostri Sacri Consilij, declaramus omnes casus, culpas, & crimina, pro quibus pœna mortis naturalis, seu ciuilis, vel membri mutilatio principaliter infligenda non venit, pertinere ad iurisdictionem ciuilem, & per consequens ad ipsum Hospitale, & eius officiales: in quibus verò mortis naturalis, aut ciuilis, seu membri mutilatio principaliter veniret imponenda, declaramus, ad iurisdictionem criminalem, & ad vestrum Tribunal spectare, & pertinere. Quare vobis, & vestrum vnicuique ad quem spectat, dicimus, & districtè præcipiendo mandamus sub pœna vnciarum auri mille adiecta quatenus in casibus, & delictis, in quibus pœna mortis ciuilis vel naturalis, seu membri mutilatio principaliter infligenda non veniret, minimè vos, seu officiales vestri intromittatis, seu intromittant, sed eos, & ea ad officialem dicti Hospitalis, & dictos officiales componendi puniendos relinquatis, & dimittatis, contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua seu causa, si præter iræ, & indignationis nostræ incursum pœnam impositam, & alias pœnas, tam amissionis iurisdictionis criminalis, quam alias arbitrio nostro reseruatas cupitis euitare, auferentes à vobis, & à quolibet vestrum contrarium faciente potestatem cum nullitatis decreto.

Datum in Ciuitate Segobiæ 15. Decembris, quartæ Indictionis, Anno à Natiuitate Domini 1515.

Yo el Rey.

V. Figueroa Regens, & Locumtenens Mag. Camer. V. Generalis Thesaurarius. V. Marcellus Regens, & Locumtenens Protonot. V. Io. Aloysius Regés.

Dominus Rex mandauit mihi Petro de Quintana. In partium. 9. fol. 117.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HAnc Pragmaticam exornauit Ioannes Ant. de Nigris post cap. Regni, vt delatas quod est 136. † vbi omnes ferè casus ad iurisdictionem ciuilem tangentes cumulat, faciunt etiam ad hanc Pragmaticam quæ scripsimus in tit. de offic. in Reg. const. ad const. ea quæ ad speciale decus, & præcipuè quæ adduximus in decisione causæ S. Nicolai Barensis.

VBI DE CRIMINE AGI OPORTET, ET DE REMISSIONIBVS causarum. Rubr. vj.

CARO-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec Rubrica generalis est, & concordat cum tit. C. vbi de crimine agi oportet, & cum tit de foro competenti in Decret. & 6. Facitque tit. apud Hispan. l. 15. tit. 1. part. 7. & in ll. ordinat. tit. 17. lib. 8. & ibi per Didac. Perez & tit. *de la remission de los delinquentes* in lib. 8. nouæ recoll. latè per Marian. Soccin. Soccin. in tractatu de foro competenti optimè per Foller in constitut. Capitaneorum, & in praxi criminali versic. audiantur excusatores, & aliqua diximus ad constitut. Regni statuimus, & plura per Azeued ad l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recoll.

Delin-

Delinquentes remittantur puniendi in locis vbi deliquerint, vel ad Mag. Cur. Vic. nè remaneant impuniti. h. d. Reuitus.

PRAGMATICA I.

Vbi de delict. qui conuen. deb.

FERDINANDVS &c.

LIcèt, vt vniuersalis Italiæ pax tueatur, conseruetur què omni studio laborandum sit, nè quis calliditate aut fraudibus eam violet, & disturbet, ad dispositionem tamen status tranquilli hæreditarij nostri Siciliæ calumnijs, nostri præcipua sollicitudo conuenit obstare, cui, quanto pacis, & iustitiæ cultum per vniuersas, & singulas eius partes præcipimus obseruari, tanto honorem nostrę Diadematis, qua sumus Dei dono decorati conseruamus, nostrum est enim amplexando iustitiam fouere pacem, & quæ paci contraria sunt resecare: Nam à iustitia pax, à pace iustitia abesse non potest, Sanè complurium Regni nostri fidelium ad nos querella peruenit, quod si quando contingat quoscumque iniquitatis filios proditores fures, homicidas, falsarios, raptores, & alios cuiuscunque criminis, & delicti reos in vnius Baronis, Ciuitatis, Terræ, vel Castri territorio pertinentes & districtu, seu in vna Regni Prouincia delinquere ad alterius Baronis, Ciuitatis, Terræ, vel Castri territorium pertinentium, & districtuum, seu ad aliam eiusdem nostri Regni Prouinciam fugientes proficiscantur, & conuolant vbique, laxatis iuris & honestatis habetis, tanquam tuti, & securi extra territoria & loca commissi criminis recipiuntur aluntur que, & qui eos protegunt & defendunt reperiuntur, eosdem ad forum commissi sceleris, sub prætextu Priuilegiorum primarum causarum, & meri mixtique Imperij remittere recusantes, seque illos nec ratione originis, nec loci patrati delicti puniri non posse T excusantes facilem delinquendi causam præstant cum impunitas delictorum incentiuum præbeat delinquendi, non considerantes quam grauem Regali nostro fastigio molestiam inferant, quoniam, vt iustum Principem decet, per vniuersas Regni nostri Prouincias, Ciuitatem, locaquè, Vicarios, Locumtenentes, Vicereges, Gubernatores, Iustitiarios, Capitaneos, & officiales necessarios, & opportunos deputamus, quibus ius gladij, & maius Imperium demandauimus, vt curare habeant malis hominibus Prouinciam purgare, non vnde sint distinguentes, vt demum nostram magnam Curiam Vicariæ, vniuersalem omnium Prouinciarum Regni, Iudicem competentem vigilem, & sollicitum teneamus, qui malis hominibus his, Regnum hoc totum carere, in eosque inquirere possit & debeat, prout quisque deliquerit, in eum animaduertat, receptatoresque eorum coerceat, sine quibus latro & criminis reus diutius latere non potest proindè nos huiusmodi occasionem amputare volentes, occurrere potius eligentes, in tempore, quam post exitum vendicare, prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, præsenti edicto perpetuò valituro sancimus, vt sub pęna ipsius rei criminis tenerentur, nec non vnciarum ducentarum ipsis receptatoribus infligenda, & nostri fisci commodis, prohibemus, ne quis de cetero Baro, Ciuitas, Vniuersitas, Castrum, etiam Demaniale, aut alia persona cuiusuis dignitatis, gradus præeminentiæ, status, & conditionis fuerint, quibuscumque gratijs, prærogatiuis, officijs, priuilegijs, quibusuis clausulis & iuramentis firmatis munitas, etiam si de illis sic habenda foret ratio specialis illis, illorum tenores per omnia hic habendo pro expressis, quantũ præsentibus contradicerent, motu proprio ex certa nostra scientia, & dominica potestate specificè derogando aliquem cuiusuis criminis, & delicti commissi, vel committendi reum obnoxium, vel culpatũ, aut alios quomodocunq; & qualitercumque mala committentes in quacumq; huius nostri Regni parte ad se T separatæ iurisdictionis, & fori fugientem aut venientem recipiat victualia ministret, seu in his Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis fugere, recipi, venire victualia ministrare vel manere faciat, sinat, & permittat, immo receptum venientẽ stantem, ingressum, vt morantem illico T cum primum sciuerit, seu saltẽ ad requisitorias litteras officiales vel Domini loci & fori, T vbi deliquerit culpatusnè fuerit. seu originis vel incolatus sui Iudicis competẽtis, aut dictæ nostræ Mag. Cur. Vic. eiusq; Regentis, & Iudicum pro tempore existentium capiat, & remittat ipsum Iudici loci delicti originis, aut Mag. Cur. Vic. vel alterius eorum requirentis cognitionem, examen, debitam pro delicti patrati, & mali commissi qualitate, sententiam, pęnam, & mulctam subiturum. In quorum fidem & ad perpetuam rei memoriam præsentes fieri iussimus. & magno Maiestatis nostræ Sigillo communi pendente. Dat. in Castello nostro Ciuitatis Auersę die 2. mensis Nouemb. 1468.

Rex Ferdinandus.

Aegidius Sebasti. pro Paschasio Garlon. Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrucijs,

D CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T E*Xcusantes.* Cum ad Reipub. bonum, & quietem conser-
1 uandam † necessaria sit delictorum punitio iuxta tradita
per Iurecousultum in l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. & l. con
gruit. ff. de offic. Præsid. iura optimi Principis agendo Rex Fer-
dinandus pijssimus, atque prudentissimus pragmaticam istam
edidit per quam iussit delinquentes ad suos Iudices esse remit
tendos, neq; admittēdas excusationes, quod ipsi qui eos deti-
nēt, Iudices nō sint originis, & domicilij, aut delicti, & quomini-
nō remissio sit facienda quotiescunq; delictum impunitum re-
maneret, etiam si detinens non sit Iudex iuxta communem
opinionem de qua post Iul. Clar. quæst. 38. nume. 19. testatur
Azeued. ad d. l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recoll.
T *Separatæ iurisdictionis.* Est enim certissimum, & absolutum
2 † delinquentes esse remittēdos ad Iudicē cōpetentē, qui petit
remissionem illius ab eo sub cuius iurisdictione reperitur. q̃ū ab
vnico Principe dependet iurisdictio, cuius conclusionis funda-
mentum est tex. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet, quo vti-
tur Boer. decis. 29. vbi plures grauissimos authores adducit ad
fundandam necessitatem remittendi delinquentem ad Iudi-
cem illū petentem. † Vt autem hæc remissio fieri debeat ad
3 Iudicem loci delicti, siuè alium competentē requiruntur sex.
Primò, quod crimen de quo agitur constet fuisse commissum.
Secundò, fuisse in territorio Iudicis requirentis commissum,
vel esse aliàs Iudicem competentem rei, quem petit remitti.
Tertiò, quòd non sit vagabundus. Quartò, non sit accusatus
de heresi. Quintò, quòd non commiserit crimen penes Iu-
dicem à quo detinetur. Sextò, quòd Iudex debitè requira-
tur. Hæc colligit Guid. Pap. decis. 202. quem sequitur Aze-
ued. ad l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recoll. num. 58. & 59. qui num. 40.
4 tradit † requisitoriū debere continere summariam informa-
tionem de qualitate delicti, & loci. Sed an debeat remitti
5 † pro leuibus delictis Gemin. in cap. Romana §. contrahentes
de foro competenti in 6. & alij citati per prædictum Azeued.
ad d. l. 1. num. 4. tenet non esse faciendam remissionem in ca-
su isto, quòd per l. illam esse correctum tradit idem Azeued. &
hoc iure in Regno isto etiam vtimur: pro quibuscunque enim
delictis remittimus, immo receptum est in Sac. Cons. re-
6 mittendum esse † delinquentem etiam si inquisitus veniret
absoluendus quòd seruandum est, licèt aliquibus durum videa-
tur cum post remissionem soleant, per plures dies nè dicam
menses detineri innocentes, & hoc sonant verba istius prag-
maticæ, cuiusuis criminis, & delicti commissi.
T *Cum primum sciuerit.* Hoc dixit ad euitandum disputatio-
nem an remissio sit facienda de necessitate, vel de honestate,
& an requiratur, quod specificè petatur remissio, quod tetigit
Guid. Pap. dicta decis. 202. & prosequitur Azeued. ad allegatā
l. 1. nu. 8. & nu. 36.
T *Vbi deliquerit.* Ex hac pragmatica colligitur ex ordine ip-
7 sius litteræ † præferendum esse Iudicem loci delicti, cuius pri
uilegium potentius est secundum tradita per Ioannem Andr.
in cap. 2. de const. colum. 2. in vers. noscatur, quem sequitur
Paul. de Cast. in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet, quos allegat
dominus Præsidens de Franch. decis. 37. in qua fuit decisus ar-
8 ticulus, † quod Iudex delicti præferendus est Iudici originis,
quæ conclusio habet locum quando deliquens esset penes
alium Iudicem, qui vult esse competens ratione vniuersalis
iurisdictionis, vel aliàs nullam haberet iurisdictionem, & hic
est casus decis. 37. detinebatur enim clericus per Magnam Cu-
riam, & petebatur remissio ab Archiepiscopo Neapolitano
Iudice delicti, tunc enim Iudex loci delicti est præferendus:
9 † at si Iudex originis in capiendo præuenisset tunc ipse præ-
fertur, nec est locus remissioni ad Iudicē delict. D. Præsid. de
Franch. decis. 88. num. 5. & 105. num. 9. & sequen. qua decisio-
ne vtimur, licet Azeued. ad l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recoll. num.
24. vsque ad 28. disputet conclusionem, & teneat esse remit-
tendum ad Iudicem delicti, et si Iudex originis, vel domicilij
præuenit in capiendo delinquentem, & informationem ex of-
ficio, non autem ad partis instantiam. Hanc ergo conclu-
sionem quod Iudex loci delicti sit præferendus ampliat & li-
mitat Azeued. in coment. ad d. l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recoll.
vbi legendæ erunt: sed quia in hoc Regno non tàm facile hic
liber haberi præ manibus poterit, breuiter referam, quæ
ipse

ipse dicit, vt qui hunc legerit illas sciat absque labore:
† Ampliatur primò supradicta conclusio, quòd ad Iudicem lo- 10
ci delicti sit remittendus etiam si delinquens commisarit ibi
aliud delictum, remittendus est enim ad Iudicem postquam
punitus ibi fuerit, si delictum de quo imputatur coram Iudice
qui detinet, non sit maius, † eo enim casu quia pœna grauior 11
absorbet minorem, non est locus remissioni, quòd secus esset
si pœnæ essent compatibiles, si autem esset leuius delictum
pro quo detinetur posset cognosci à Iudice, qui illum detinet,
& posteà debet remitti ad locum delicti, exequutio tamen in
quibusdam causis potest fieri veluti in pœna pecuniaria, vel
fustigatione, † quod secus crederem quando esset talis, quæ 12
impediret totalem executionē sententiæ alterius Iudicis, ve-
luti si Iudex, qui detinet vellet obtruncare aliquod membrū,
& alius Iudex condemnaret illum ad triremes, tunc enim
posset differri executio nè alterius delicti pœnam effugeret, &
ita declaratur quod tradit Azeued. num. 14. vsque ad num. 20.
Qui num. 14. tradit præferendum esse illum qui detinet carce-
ratum in cognitione illius dummodo iurisdictio sit commu-
nis duorum dominorum. † quod tamen non procederet, quā- 13
do illi duo domini litigarent de subiectione carcerati, vel de
iurisdictione illius loci, quia tunc non potest interim alter
eorum cognoscere, & † ideò Sacrum Concilium litigante Il- 14
lustrissimo Principe Casertæ cum Illust. Duce Magdalonis su-
per remissione quorundam carceratorum, qui deliquerant in
quodam loco de cuius iurisdictione dubitabatur iudicauit
interim esse procedendum in Sacro Cons. nè carcerati longo
tempore defatigarentur donec articulus iurisdictionis Terri-
torij fuerit decisus, à quo decreto dum esset reclamatum fuit
iterum confirmatum per Sacrum Concilium, in quo fuit pro-
cessum ad dandas defensiones dictis inquisitis, quia licèt cau-
sæ criminales sint remittendæ ad Magnam Curiam, attamen
id cessat quando ex vrgenti causa aliud Sac. Cons. videbitur
vt habetur in prag. 37. de offic. Sac. Cons. in fin.
† Secūdò, Ampliatur etiam si Iudex qui detinet inquisitum 15
non sit competens ex nulla causa.
† Tertiò (de qua supra diximus) etiam si detineatur à Iu- 16
dice originis, vel domicilij.
† Quartò in fure, & latrone, qui si aliò confugerit, & capia- 17
tur cum re furata, adhuc remittendus est ad locum delicti, q̃
tradit dictus Azeued. ad d. l. 1. lib. 8. tit. 16. nume. 32. post Co-
nar. pract. quæst. cap. 11. nume. 9. sed contrarium seruamus in
in hoc Regno per doctrin. Bart. in l. si dominium. ff. de furt. vt
scilicet puniatur in loco in quo fuit captus, vt tradit Capyc.
decisum fuisse per Sac. Cons. decis. 104. & tempore quo ego
fui Iudex in Magna Curia idem fuit iudicatum, & plura vide
per Annam singul. 438.
† Quintò in vagabundo; sed contrarium seruatur. 18
† Sextò si delinquens habeat priuilegium exemptionis re- 19
spectu certi loci, non verò si generaliter.
† Septimò respectu huius Regni declara, vt delinquentes 20
in Ciuitate Neap. non remittantur ad Barones etiam haben-
tes clausulam priuatiuam, &, vt possit cognoscere de delictis
commissis extra territorium, quia ex quo delinquunt in loco
vbi adsunt Illustrissimi Proreges qui ex hoc videntur offendi,
non remittuntur, vt tradit Vinc. de Frāc. decis. 129. nu. 2. tamē
non procedit q̃ū delinquens esset de aliquo casali huius fidelis-
simæ Ciuitatis ex quo est idem territorium, & videtur cōcessa
iurisdictio in personas ex alijs traditis p Vinc. de Frāch. d. dec.
† Octauo ampliatur vt etiam mandator sit remittendus ad
locum delicti, si petatur vt post Auend. respon. fin. nume. 5. 21
tradit Azeued. ad l. 1. tit. 16. lib. 8. nouæ recollectio. & in
omnib. casibus præmissis si Iudex requisitus † nolit remittere, 22
poterit per superiorem cogi vt per Azeued. loco præcit. n. 34.
Limitatur primò hæc conclusio, vt non remittatur quando
quis vti testis † deponeret falsum coram Iudice etiam incom-
petenti ex regula tex. in l. nullum. C. de testib. quam regulam 23
licèt ad clericum aliqui Docto. extendant, contrarium tamen
esse verius affirmamus ad constit. de personis ex qua ratione
fuit iudicatum in quodam subdito Magni Admirati non habe-
re locum illam regulam, & ratio habetur ex D. de Franch.
decis. 417. dum num. 8. dicit clausulam priuatiuam efficere eas
sam

33 ſam ſimilem cauſæ clericali, ꝙ intellige quando eſt conceſſa iu
riſdictio in certum genus perſonarum reſpectu exercitij, vt in
Mag. Admir. & in exercentibus artem ſericam eſt iudicatum,
vt habetur in conſtit. ſtatuimus.
Limitatur ſecundò quoties remiſſio petitur à Iudice delicti
34 † ſecus ſi non petatur Azeued. loco citato num. 35. quam limi
35 tationem ſublimitat num. 37. non procedere † in caſu, in quo
aliter de iure eſſet expreſſum prout apud Hyſpanos, & pariter
quando pars ipſa offenſa accuſat delinquentem coram Iudi-
ce à quo captus eſt, ex eadem lege.
Tertiò principaliter limitatur nume. 38. quando delicta eſ-
36 ſent grauia † ſecus in leuibus, quod non admiſimus vt dictum
eſt ſupra in principio huius pragmaticæ in verſ. ſeparatæ iuriſ-
dictionis.
37 Quartò, vt procedat in foro fori, † ſecus in foro poli, num.
39. & ſic conſcientiæ ſecundum glo. in c. placuit 16. q. 1. &
Couarr. pract. q. li. 11. nu. 4.
28 Quintò † vt tunc teneatur Iudex remittere, quando ſimul
cum requiſitoria mittitur ſummaria informatio ex qua con-
ſtat de delicto tali nu. 40.
29 Sextò, vt non procedat in crimine † hæreſis, quia vbicun-
que puniri poſt Decian. lib. 4. tract. crimin. cap. 19. num. 23. &
Couar. idque tradit ipſe Azeued nu. 41.
30 Septimò, vt non procedat in crimine † raptus quod diſpu-
tat à num. 42. vſque ad 44.
31 Octauò, vt non procedat † in Ciuitate Romæ ex quo cum
communis ſit patria poteſt quilibet ibi puniri vt traditur per
ipſum num. 44. poſt Couar. nu. 9. in fi.
32 Nono, † vt non procedat quoties ſuſpicatur, quod Iudex
ad quem remittitur non puniet ipſum, ſed impunitum dimit-
tet nu. 45. quæ limitatio erit notanda ab Aduocatis fiſcalibus,
& ſi practicaretur eſſet magna reſtrictio ad priuilegia Baro-
num, in eius tamen locum, quando hic timor adeſt, fiſci Aduo-
catus impetrat ab excellentiſſimo Domino Prorege, vt diſpen
ſet pro illa vice, quod non obſtante priuilegio Baronis Magna
Curia procedat, & practicaui tempore quo fui in Magna Cu-
ria tam Iudex cauſarum criminalium, quàm fiſci partes tuen-
do, & tradit Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſtrata cap. 15.
33 Decimò limitatur, † vt non procedat quoties adeſſet con-
ſuetudo non remittendi, vt poſt Iul. Clar. in praxi criminali
quæſt. 38. num 20. & Decian. tract. crimin. lib. 1. cap. 19. nu. 18.
tradit ipſe. nu. 19.
34 Vndecimò limitatur † quoties facienda eſt remiſſio à Iudi-
ce maiori ad minorem poſt Couar. pract. quæſt. d. cap. 11. nu.
10. verſ. 13 tradit in d. l. 1. nu. 50. declarando vt per eum, quæ
concluſio in Regno iſto non procedit in quo licet Magna Cu
ria habeat ſupremam iuriſdictionem, Barones tamen haben-
tes ſubalternatam iuriſdictionem petunt in dies remiſſionem
vaſſallorum etiam poſt ſententiam.
35 Duodecimò † non procedit ſi Ciuitas ad quam confugerit
fœderata ſit, puniri enim poterit in ea remiſſione petita non
obſtante ita poſt Bart. & alios num. 52.
36 Decimotertiò limitatur † non habere locum in clericis in
alieno territorio delinquentibus qui ſunt remittendi ad ſuos
Iudices idem nu. 53.
37 Decimoquartò non procedit † quando Regnum ſeu Pro-
uincia ad quam petitur remiſſio eſſet nimis diſtans, vt ibi nu.
57. poſt Ang. in l. non dubium. ff. de cuſtod. reorum. Hinc ino-
leuit practica, qua hodie vtimur in Sacro Conſ. † quod vbi
carceratus reperitur in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ, &
eſt remittendus ad Baronē ſi locus eſt diſtās præcipiunt illi vt
eligat Iudicem in Ciuitate, quod etiam alijs caſibus fieri ſolet.
38 Decimoquintò. † Non procedit in crimine furti in ſtrata
publica, vt habetur in pragmat. quarta, & quinta huius tituli.
39 Decimoſextò. Non procedit in hoc Regno † in crimine læ
ſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ & falſæ monetæ, ex commo-
ni forma priuilegiorum Baronum huius Regni, in quibus ex-
cipiuntur hæc delicta, de qua teſtatur Afflict. quæ ſint Regal.
in ver. monetæ. colum. pen. Immò etiā ſi hæc non eſſent ſpe-
cialiter excepta, adhuc in generali conceſſione non venirent,
vt deciſum teſtatur Præſid. de Franchis deciſ. 275. vbi latè ar-
ticulus examinat.
40 Decimoſeptimò non habet locum, quando † aliqua perſo-
na priuilegiata de expreſſis, vel comprehenſis in l. vnica C.
quando Imperator adiuiſſet Curiam Regiam, tunc enim non
conceditur, niſi tamen in priuilegio eſſet expreſsè derogatum
d. l. vnicæ. prout multi Barones Regni habent in priuilegijs.
41 Decimo octauo ſi eſſet offenſus † officialis, vel officialis of-
fenderet aliquem, quia tunc etiam non conceditur remiſſio
ex quo M. C. V. ſola cognoſcit de delictis ipſorum actiuè, &
paſſiuè vt habetur in ritu 49. de quo diximus in tit. de officio
Mag. Iuſt. fol. 262. niſi in ſpetie haberet in priuilegio.
Decimonono, non procedit † in contumace quia eo ipſo, 42
quod eſt contumax perdit priuilegium fori, vt poſt Afflict. de-
ciſ. 132. tradit Vinc. de Franch. deciſ. 417. nu. 1. vbi etiam poſt
Capyc. deciſ. 9. tradit † hoc non obſtare Baronj, nam etiam 43
quod vaſſallus ſit contumax non poteſt prorogare iuriſdictio-
nem in præiudicium ipſius, quod in dies practicatur nō ſolum
in Baronibus, ſed etiam in omnibus illis qui reſpectu exercitij
alicuius artis habent iuriſdictionem, veluti in illis qui viuunt
de arte maris quoad magnum Admiratum, & in illis, qui exer-
cent artem ſericam, vel laneam, qui cognoſcuntur à Iudicibus
particularibus, de hac autem prorogatione in præiudicium
Baronis plura, & accuratè tradit Didac. Perez in l. 2. tit 4. lib.
3. ordinat.
Vigeſimò. Limita non procedere † in illis qui ſortiuntur fo- 44
rum ratione familiaritatis alicuius officij, veluti in Alguzerijs
Magnæ Curiæ Vicariæ, vel in familiaribus Magni Admirati.
Hi enim cognoſcuntur à ſuis Iudicibus, vt practicatur quoti-
die in his familiaribus Magni Admirati, qui remittuntur ad
Curiam ipſius vbicunque delinquunt ad quod faciunt dicta
per D. Præſidem de Franch. d. deciſ. 417. & loquendo de appa-
ritoribus Sac. Conſ. nos diximus ad pragmat 27. de offic. Sac.
Conſ. quæ eſt poſita ſub tit. de officio hoſtiarij Sac. Conſ. & ali
qua diximus de offic. Magni Admirati.
Vigeſimoprimò. Non procedit † in Militibus, qui debent 45
cognoſci à ſuis Iudicibus iuxta text. in l. Magiſteriæ C. de iu-
riſdict. omn. iudic. & licet ille tex. recipiat interpretationem,
quando eſſet in expeditione, & quando delictum eſſet mili-
tare, attamen hodiè ordinatione Illuſtriſſimi Comitis de Le-
mos effectum eſt, vt omnes tam ciuiles, quàm criminales cau
ſæ omnium militum tam equeſtris, quàm terreſtris militiæ, &
aliorum qui Regijs ſtipendijs militant cognoſcantur ab Auſi-
tore generali exercitus, licèt aliud de iure eſſet, iuxta tradita
per Vincent. de Franch. deciſ. 88. qui loco animaduertit per
Sac. Conſ. deciſum fuiſſe nō gaudere militari priuilegio illum,
† qui cum eſſet Dux cuiuſdam triremis deliquerat in Terra 46
committendo crimen raptus, in quo ceſſat fori priuilegium
l. 1. C. vbi Senat. vel Clar. nec hodiè eſt immutatum.
Vigeſimoſecundo. Non procedit in illis, † qui ſunt ſubditi, 47
vt diximus, ratione alicuius exercitij alicui Iudici. quia cum iu-
riſdictio ſit conceſſa in perſonas, remitti debent ad ſuum Iu-
dicem. Hoc autem fit duobus concurrentibus matricula ſci-
licet & exercitio, quorum altero deficiente non remittuntur,
vt quotidiè practicamus in Sacro Conſilio teſte D. Vincentio
de Franch. d. deciſ. 417.
Vigeſimotertio. Non procedere in † Neapolitanis ex priui- 48
legio illis conceſſo, qui pro quibuſcunque cauſis ſiuè ciuilibus,
ſiuè criminalibus debent conueniri coram officialibus huius
fideliſſimæ Ciuitatis ex priuilegio conceſſo Neap. per Regem
Ferdinandum primum, & ante per Sereniſſimam Ioannam pri
mam, vt habetur in cap. Regis Ferdinandi anni 1459. & in an-
no 66. & anno 76.
Et tandem, vt finem imponam, circa hæc, animaduerten-
dum eſt † Baronem poſſe petere remiſſionem etiam poſt 49
ſententiam, vt tradit Anna ſing. 55. Immò & poſt ſententiā
foriudicationis idem Anna ſing. 56. & meo tempore in cauſa
Principis Biſiniani, qui petijt remiſſionem cauſæ poſt ſenten-
tiam, & fuit remiſſa. Secundò animaduertendum eſt tam
Mag. Cur. Vic. † quàm Reg. Aud. remittendo delinquentem 50
ad Barones poſſe præfigere terminum infra quem cauſam ex-
pediat, vt tradit Ann. ſing. 269. & 270. & Azeued. ad l. 1. num.
48. vt diximus in conſtitut. ſtatuimus in verbo temporis ſpa-
tio ſub rubr. de off. M. Iuſtit. † item carceratum eſſe remitten- 51
dum expenſis Baronis petentis, vel carcerati petentis. idem
Ioannes Vinc. Anna ſing. 271.
T *Sexu originis, vel incolatus, ſeu Iudicis competentis.* Eſt enim
Iudex competens ad puniendum delinquentem, † vel ratione 52
delicti, vel domicilij, vel originis, vel loci vbi plurimum con-
uerſatur vt tradit dictus D. Præſidens de Franch. deciſ. 37 qui
omnes poſſunt petere remiſſionem delinquentis ab eo, qui
illum detinet, inter ipſos tamen habent locum, quæ ſuperius
diximus de preuentionis priuilegio, dequè præuentione ſiuè
reali, ſiuè verbali.
T *Magna Curia Vicaria.* † Ex hac pragmatica colligimus 53
Mag. Cur. Vic. eſſe Iudicem competentem contra omnes de-

linquentes totius Regni, neque eius iurisdictionem esso loco, aut tempore limitatam, ita vt sit illi permissum cognoscere aduersus quẽlibet in Regno existẽtẽ, habet enim iurisdictionẽ à Rege in capite, & in dubio ꝑ ipsa præsumitur, & qui ab eius iurisdictione vult se eximere tenetur fundare priuilegium suæ exemptionis, vt diximus in rubr. de constit. Princip. cap. 4. ou.
44 11. & sequenti. † cum iurisdictio censeatur concessa in dubio cumulatiuè, & non priuatiuè, quod latissimè tradit Felyn. in cap. pastoralis. de offic. ordin. & Grammat. decis. 30. nume. 11. & sequent. † licèt hodiè in Regno communi formula inuesti- 45
turarum inspecta, constito quod sit Baro alicuius Terræ delinquens remittatur ad ipsum, quia in primis causis habet omnẽ clausulam priuatiuam, etiam si non sit expressa. quod tamen non procedit, vel in criminibus exceptis in inuestitura, vel in ijs, quæ competunt Regi in signum supremæ, & absolutæ iurisdictionis, vel in illis, quæ committuntur aduersus personas Ecclesiasticas, vel aliter priuilegiatas iuxta tradita in constitu. statuimus, alijsque huius nostræ recoll. locis.

Pro primis causis Iudex competens est Iudex domicilij. hoc dicit Tapia.

PRAGMATICA II.

Vbi de delict. quis conueniri deb.

FERDINANDVS &c.

QVerula expositione per multos & diuersos ex nostris subditis nobis facta, intelleximus, quanto detrimento, & incommodo & expensis afficiantur nostri subditi, cum pro primis causis extra districtum incolatus ipsorum ad instantiam nonnullorum euocantur, & distrahuntur, per quod euenit, quod ipsi nostri subditi multiplicibus laboribus, incommodis, & sumptibus onerantur, ex quo fit vt pauperrate, & inopia opprimantur, super quibus volentes, vt optimum & prudentem Regem decet, opportunè prouidere habita super præmissis nostri Sacri Concilij matura deliberatione, præsertim cum nihil tanto studio ac diligentia curemus, quam iustitiæ erga omnes cultum & obseruantiam, & quod ipsi fideles nostri ab impensis, & incomodis quoad fieri potest illæsi præseruentur, eam ob rem præsentis nostræ Pragmaticæ tenore, edicti, & sanctionis perperuò duraturæ, edicimus sancimus, & ordinamus quod à publicatione illius in antea, nullum ex nostris Tribunalibus, vel aliquis ex nostris officialibus, & Baronum quorumcunque audeat vel præsumat pro primis dumtaxat causis ad instantiam cuiusuis personę quantumuis priuilegiatæ extra districtum proprij incolatus, cuiusque nostri Regnicolæ, aliquem ex nostris subditis distrahere, vel illum euocare. Quinimò statuimus, & ordinamus, quod in hoc casu quicumque euocatus, vel distractus ex ipsis fuerit, nec teneatur pro quacumque prima causa modo aliquo comparere, sed ad suum Iudicem ordinarium, & pro tempore statutum, quo ad cognitionem ipsarum primarum causarum remitti. Ita quidem & taliter, quod intra districtum suum aliquis ex ipsis nostris subditis vel Baronum non distrahatur, in causis verò appellationum grauaminum & nullitatum, sancimus & ordinamus quod ipsi nostri Regnicolæ ad instãtiam quarumcumque personarum contra eos legitimè agẽtium possint intra Prouinciam per nostros generales Locatenentes, & Gubernatores, seu Audirores per nos ordinatos vel ordinandos in vnaquaque Prouincia. Et vt præsens Pragmatica suum sortiatur effectum, ipsam Illust. Alphonso de Aragonia Duci Calabriæ primogenito & Vicario nostro generali, significantes mandamus iam dictis nostris Tribunalibus, & cuilibet ipsorum, nec non reliquis officialibus nostris, ac Baronum quorumcumque huius nostri Regni, quatenus, forma & tenore præsentis nostræ Pragmaticæ, edicti, & sanctionis per eos vnumquemque ipsorum intellectis, illum & illam ad vngnem seruent & faciant ab omnibus intactè seruari, nec contrarium faciatis pro quanto dictus Illustr. Dux amorem gerere cupit, ceteri verò gratiam nostram charam habent, & pœnam ducatorum millium cupiunt non subire. In quorum fidem. &c.

Datum Puteolis, per Magnificum Consiliarium nostrum vtriusque iuris Doctorem, & militem Andræam Maricondam Locumteuentem Fundorum Comitis, die primo mensis Ianuarij 1488. Regnorum verò nostrorum fœlicium anno 31.

Rex Ferdinandus.

Aegydius Sandouail pro P. Garlon. Iulius de Scortiatis Locumrenens Magni Camerarij.
Dominus Rex mandauit mihi Ioanni Pontano.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

AD hanc pragmaticam vide quæ scripta sunt in præcedenti, & aduerte, quòd hæc pragmatica noo habet locum in personis † priuilegiatis compræhensis in l. vni. C. 1
quando Imperator, & in alijs qui respectu exercitij, vel familiaritatis habẽt suos Iudices, vt latius diximus superiori pragmatica.

Ex Cap. Neap. in anno 1508. Cap. 30.

REX CATTHOLICVS
Comes Ripacursie.

ITem li detti Baroni, & terre demaniale, supplicano V.I.S. atteso alcuni Gouernatori, & officiali de Prouincie, per ben che habbiano notitia delle iurisdittione de alcuni Baroni, & vniuersità de demanio, à loro Tribunali presentati, & anche che siano peruenuti in le cause, & che de iustitia la cognitione de quelle spette ad ipsi Baroni, & vniuersità demaniali, & non se li potria togliere, nondimeno per la auidità del guadagno, saltem delle presentate, & dello actitare, & per pigliare trentasei grana, per remissione, citano & inhibiscono, & quando alcuno pouero non bastasse à valersene, lo componeno, & più volte per la medesima causa componeno gli inquisiti & delinquenti, il che è inginstissimo, & vene in graue pregiudicio & disfauore delli Baroni, & distruttione & oppressione delli poueri popoli. Se supplica vostra I.S. per detti Baroni, & vniuersità demaniale, se degni

gni per la espeditione del presente capitulo declarare disponere, & per viam decreti ordinare, che in li casi doue li Auditori delle Prouincie del Regno & li loro tribunali sono certificati delle iurisdittioni, ò verò che apparesse ex facie querelæ che non debbiano fare citare, nè inhibire aliquo modo, nisi in casu querelæ retardatæ, aut denegatæ iustitiæ tantum. Et quando fossero citati, non fossero tenuti comparere, nisi in li casi predetti, & quando se procedessero, & condemnassero, habbiano subito ad cascare la pena de onze cento, applicanda al Regio fisco. Et per ciascuna copia de citatione, ò comandamento se debbia pigliare grana cinque & non più.

Placet suæ Illustrissimę Dominationi quod dicti officiales Regij in casibus non præmissis, non citent, nec inhibeant, & casu quo legitimè citati remittantur pro citatione & litteris remissorijs soluantur tantummodo grana decem, & mandat sua I.D. quod officiales prædicti sub pœna priuationis suorum officiorum non audeant componere delinquentes pro vno, & eodem delicto nisi semel, & quod pro singulis copijs citationum, & mandatorum non soluatur, nisi grana quinque.

Ex dict. cap. in anno 1508. Cap. 31.

FERDINANDVS CATHOLICVS.

ITem per alcuni Baroni, & vniuersità demaniale predetti, se supplica se degni V. Illust. sign. à tale che li Auditori delle Prouincie, & loro Tribunali contra de iustitia le loro iurisdittioni per indirectum non siano annullate, & rotte de ordinare alli detti Auditori delle Prouincie & loro tribunali, che in li delitti criminali, la iurisdittione delli quali spetta alli Baroni, non possano preuenire in preiuditio delle predette iurisdittioni à detti Baroni & terre demaniali competenteno, & concessi fatti, nisi retardate, aut denegat iustitiæ.

Placet suæ Illustrissimæ Dominationi quod non fiant præuentiones nisi in casibus præmissis.

Ex d. cap. Anno 1508. Cap. 32.

REX FERDINANDVS CATHOLICVS.

ITem li Baroni & terre demaniale supplicano V. S. Illustrissima che quando accascano casi che le Audientie, & Tribunali delli Gouernatori predetti, debbiano & ponno citare & inhibire non debbiano pigliare immoderato salario per le remissione, scritture & altri atti che se accascano fare, ma se nè debbiano fare pagare in tutto grana diece, & non vltra, per dette remissioni & atti. Et quando se trattasse de compositione, non se debbiano componere quelle medesime persone, per vna medesima causa, se non per vna volta. Et quando altramente si contraueniesse per li officiali & ministri, siano agramente puniti, & castigati vt supra, & che siano tenuti à tutti interesse della parte.

Placet suæ Illustrisimæ Dominationi, quod super supplicatis seruetur decretatio facta in præcepenti trigesimo Capitulo.

Delinquentes transeuntes ad Regnum Siciliæ vltra pharum debent remitti ad Iudices Regni Siciliæ citra pharum, & idem è contra, & vt id commodius fiat singulis annis Vicereges horum Regnorum alter alteri delinquentium listam mittat, hoc dicit cum sequent. Tapia.

PRAGMATICA III.

Eodem titulo.

FERDINANDVS REX &c.

CVm fuerit inter Serenissimū Regem Alphonsum Regni Neapolis, & nos iam actum conuentum, & confirmatum, quod delinquentes, & facinorosi homines, qui delicta & facinora committunt in hoc Regno Siciliæ, & in Regno Siciliæ vltra Farum, remittantur per officiales Regni hinc inde, videlicet ad loca, in quibus dicta delicta committuntur, vt iustitia mediante puniri possint, & ipsis delinquentibus cedat in pœnam, & alijs in exemplum. Iccirco tenore præsentium nostra ex certa scientia deliberatè, & consultè vobis omnibus supradictis officialibus vnicuique vestrum dicimus, committimus, & mandamus expresse, quatenus semper & omni futuro tempore, qui delinquentes prædicti ex dicto Siciliæ vltra Farum Regno in hoc Siciliæ Regnum transire, & in eo se recipere contigerit, ad omnem instantiam & simplicem requisitionem, & literas eiusdem Serenissimi Regis Alphonsi, seu aliorum quorumcumque officialium dicti eius Regni vlterioris Siciliæ, ad quos spectauerit, ipsos delinquentes & facinorosos homines remittatis, & remittere debeatis prædicto Serenissimo Regi, & officialibus prædicti sui Regni, à quibus fueritis requisiti vniuersi quando occurrat quod delinquentes ex hoc Siciliæ Regno in prædictum vlterioris Regnum se recipiant, & transferant, requiretis, & requirere debeatis prædictum Serenissimum dominum Regem Alphonsum, seu officiales sui prædicti Regni, quorum iurisdictioni spectauerit, quod iuxta conuentionem prædictam vobis, & omnium vnicuique prædictos delinquentes & facinorosos homines remittant, & remittere debeant; vt puniri & castigari possit quilibet delinquens & facinorosus homo in eodem loco, vbi delictum commissum fuerit, prout iura volunt, & mandant, prout obseruabitur, vt confidimus, dicto Serenissimo Regi Alphonso, & suis dictis vlterioris Siciliæ officialibus sic obseruari volumus & mandamus per vos prædictos officiales Siciliæ Regni, & vestrum quemlibet, indiminutè, & inconcussè, iuxta tenorem & formam prædictæ conuentionis, quoniam sic de mentis nostræ plenitudine pro conuentorum obseruatione, & delictorum animaduersione procedit, & contrarium non faciatis pro quanto gratiam Sacræ Maiestatis Serenissimi Regis charam habeatis; & pœnam ducatorum auri mille cupitis euitare. In quorum fidem præsentes fieri iussimus, magno huius Regni Regio Sigillo pendenti munitas.

Datum in charissima Ciuitate Cataneæ die 26. mensis Maij, 12. Indictionis 1494.

Ferdinando de Aragonia.
Dominus Vicerex mandauit mihi Antonello Sallima Locumtenenti, & Magnifico Notario in officio Protonotarij. Et viderunt eum Thesaurarius, & Gaspar Conseruator.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica conformis est dispositioni text. authen. qua in Prouincia. C. vbi de crimin. agi oporteat, & contra limitationem 14. Pragmaticæ primæ huius tit. † vbi diximus non esse remittendos delinquentes ad locum delicti quando Regnum, siue locus ad quem erit facienda remissio ab alio distaret.

PRAGMATICA IV.

Eodem titulo.

CAROLVS V. IMPERATOR.

REnouamus etiam aliam Pragmaticam per nos factam, quod delinquentes in Insula Siciliæ si peruenerint ad hoc Regnum, capiantur & remittantur ad Viceregem Siciliæ, vt illos pœnis condignis punire & castigare possit, & econuerso faciat Illustriss. Vicerex dictæ Insulæ de Regnicolis huius Regni, si deliquerint in Regno, & confugerint ad dictam insulam, & pro faciliori executione per dictos Viceregees singulis annis detur notitia ad inuicem de dictis delinquentibus, & banditis, qui à dicto Regno, vel à dicta Insula aufugerint.

Seruetur Pragmatica de remittendo delinquentes mutuo per Regna Siciliæ citra, & vltra Farum, vt in locis delicti puniantur & singulis annis adinuicem mittatur lista cõtumaciũ. b. d. Roma.

PRAGMATICA VI.

Eodem titulo.

CAROLVS V. IMPERATOR.

ITem quia delinquentes, facinorum suorum pœnam euitare cupientes, ad Regnum Siciliæ vltra Farum aufugere, eademque de causa, malefactores Regni prædicti, ad istud Regnum Neapolis se recipere consueuere, mandamus propterea supra per hoc Pragmaticã prius editam, & per nos Neapolis sancitam, inconcusse seruari. Pro Regesque vtriusque Regni formam eis traditam sectando, & obseruando ad capturam dictorum delinquentiũ ipsos ad Regnum vbi delicta commissa fuerint remittendo respectiuè cum debita & sufficienti custodia pro executione iustitiæ, & conseruatione ambortum Regnorum, necnon ad dandum singulis annis notitiam dictorum delinquentium, quos tam ex officio quam ad partis instantiam ea diligenter curent & mandent: Mandamus etiam fisci patronis vtriusque Regni, vt singulis annis listam contumacium & delinquentium transmittendo procurent in hoc diligenter iussionum nostrarum obseruantiam.

HAec pragmatica summata est cum præcedenti Pragmatica tertia, sed eam nõ seruant fisci patroni quam seruare deberent. Tapia.

Officiales Regni delinquentes capiant illosque remittant ad officiales locorum, vbi deliquerunt, nisi essent publici latrones, & disrobatores stratarum. b. d. Tapia.

PRAGMATICA V.

Eodem titulo.

CAROLVS V. IMPERATOR.

ITem quod officiales Regij huius Regni debeant capere malefactores, qui deliquerint etiam extra territorium, constando illos maleficium commisisse, vel aliter banditos esse, & illos remittere ad officialem territorij in quo deliquerint, si alias non essent publici latrones, disrobatores stratarũ, qui possunt à quocunque officiali, capi, puniri, & castigari.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec pragmatica ampliatur, † vt non solùm procedat in disrobantibus in Terra, sed etiam in mari ita tradit D. Præsidens de Franch. decis. 141. vbi quid dicendum in illis, qui ratione alicuius exercitij habent suos Iudices particulares. 1

Limitatur tamen non procedere † quando aliquis ex istis disrobatoribus esset captus ab alio Iudice incompetenti, & peteretur remissio à Magna Curia Vicariæ, & à Iudice delicti, vel originis, quia eo casu non habet locum dispositio huius pragmaticæ quæ tribuit iurisdictionem capienti in illo casu tantum, & sic habet locum dispositio iuris communis, vt remittatur ad Iudicem loci delicti vel originis, vt tradit idem D. Præsid. de Franch. decis. 341. & 416. 2

Non remittantur causa contumacium nisi ipsis comparentibus. b. d. Tapia.

EX PRAGMATICA VI.

De offic. Iustit.

5. ITem quod Gubernator, nec Auditores, debeant nec possint remittere aliquos inquisitos, seu contumaces, nec tractare de eorum remissione nisi comparentibus personaliter principalibus inquisitis, vel contumacibus, & purgata eorum contumacia, tractetur de remissione ipsorum (vt iuris est.) Et vt moderetur Commissariorum frequentia, de quibus multa mala audiuimus, fuit ordinatum quod Gubernator, nec Auditores possint, nec valeant deputare, vel mandare Commissarios generales, quando casus occurrerit mittendi extra locum, & mittantur personæ idoneæ, literatæ, & quo ad Commissarios exactionis pœnarum contumaciarum, ciuilium, vel criminalium, illi omnes cum interuentu, & voluntate expediantur Aduocati Fisci, & Magistri Cameræ, pro interesse Regiæ Curiæ, sine salario, seu solutione aliqua, sed gratis concedatur personis idoneis, & habilibus, qui debeant seruare instructiones Magnæ Curiæ in similibus, pro quarum copia habenda, & seruanda, oneratur Aduocatus Fisci, & Magistri Cameræ.

CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec pragmatica feruatur benè quando remissio petitur ab ipso inquisito quò ad purgationem contumaciæ, secus verò quando petitur remissio à Barone, quia tunc contumacia vassalli non nocet Baroni, fic etiam seruatur quò ad carcerationem inquisiti, nam non existente carcerato causa non remittitur, neque etiam ad Baronem, & hæc est communis practica huius Regni, ipso enim non existente carcerato non est, quid remittere. sed quid in clerico existente carcerato apud Iudicem Ecclesiasticum, cuius processus reperitur apud Iudicem laicum an sit consignandus processus ecclesiastico ad solam eius assertionem affirmantis esse clericum, & ab ipso detineri cogitandum relinquo, quia sub Iudice lis est.

* *Causa ad suos Iudices competentes remittantur cum comminatione, vt infra certum tempus causam expediant. h.d. Tapia.*

PRAGMATICA XIV.

De offic. Mag Iustit.

COntingit plerumque in Magna Curia, & per Barones Regni, & per alia Tribunalia Neapoli existentia, peti carceratorum & causarum remissionem: Et vt per institiæ tramites per Iudicem, cui de iure causæ remittuntur, debeant determinari, & vt omnis euitetur collusio, promulgatum fuit Bandum per Serenissimum Regem Ferdinandum primum in anno 1469. Et per Illust. Don Bernardinum Villamari Capitulum in anno 1515. Cumque, & Bandum, & Capitulum prædictum sanctissimè, & propter zelum iustitiæ promulgata fuerint, volumus, & iubemus, vt sublato omni abusu omninò feruentur. Verùm quia circa hoc etiam accidit, vt quandoque propter retardatam iustitiam, causæ cum commigatione remittantur, vt infra certum terminum expediantur, & fuerint super hoc alias expedita quædam Capitula, ea quoque feruari decernimus, & iubemus.

Regis Ferdinandi primi in anno 1481.

Item cum remittitur delatus ad eius Iudicem competentem, cum comminatione, quod infra mensem talis officialis, cui remittitur, iustitiam faciat iuxta formam Pragm. sint scriptores fisci vigiles, & solliciti, vt elapso mense si dictus officialis iustitiam facere neglexerit, contra delatos citationes expediant ad procedendum in dicta Magna Curia, pro iustitia in causa remissa retardata.

Don Bernardi Villamari in anno 1515.

Item perche sono molti officiali di Baroni, & Tribunali nella Città di Napoli, & nel Regno, li quali tengono la cognitione delle cause criminali, con ampli Priuilegij, & molte volte si dimanda che li siano per questa gran Corte remessi li loro sudditi, vogliamo, & ordiniamo, che se li rimettano essendo di giustitia, mà vogliamo che se li notifichi il Bando di Rè Ferrante primo, fatto a' li 20. di Marzo 1469. Che incomincia, Bando della Catholica Maestà.

Item considerato, &c. Registrato nelli libri di questa gran Corte, non ministrandosi per essi in alcuno rimesso la giustitia, & detto Bando vogliamo, che da quà auanti s'osserui, & facciate osseruare.

Item vogliamo, & ordiniamo, che li Scriuani criminali stiano attenti, che le cause criminali si rimettano con commiatione, & subito ch'è passato il termine della comminatione, & fra termine di diece di non ci è fatta fede dell'espeditione della causa, à fare citare le parti à procedere in Vicaria, si come vuole il douere.

Magna Curia Vicaria in anno 1525.

Item vogliamo, & ordiniamo, che li Scriuani criminali stiano attenti, che le cause criminali si rimettano con comminatione, & subito ch'è passato il termine di detta comminatione, & che frà termine di diece di non ci è fatta fede della espeditione della causa à fare citare le parti à procedere in Vicaria come vuole il douere.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

DE hac pragmatica diximus plura in prima pragmatica huius tituli, & præsertim in fine ipsius circa huiusmodi comminationes faciendas, verumtamen omisimus, quod hic dicemus, quod † quando primus Iudex ad quem remissa est causa grauat, tunc non deuoluitur causa ad Magnam Curiam, siuè Regias Audientias, sed ad Iudices secundarum, vel tertiarum causarum. vide Aona singul. 169.

Causa remittantur simpliciter nisi illæ, quæ cum comminatione sunt remittendæ iuxta constit. Regni. h.d. Tapia.

Ex cap. Neap. Anno 1508. Cap. 33.

REX FERDINANDVS, &c.

ITem perche per li Officiali, & Tribunali del Regno, & præcipuè per la gran Corte della Vicaria, alcune volte se remettono le cause alli Baroni, & Vniuersità Demaniale, con comminatione che frà termine de diece ò quindeci dì, ò de vno mese, debbiano quelle espedire, altramente che la causa se intenda aduocata al suo tribunale, & passato detto termine, tanto se la causa è diffinita, quanto s'è accordata, etiam che la parte querelante non faccia instantia, detti Regij officiali iterum mandano citatione & inhibitorie per guadagnargliene, & nè resultano estorsione, & magnaria alli poueri popoli, per questo supplicano V. Illust. Sig. detti Baroni, & terre demaniale, se degni ordinare che de quelle cause, che non se deue comminare, le debbiano rimettere simpliciter, & de quelle se deuessero remettere con comminatione,

tione, che debbiano comminare con lo termine conueniente le cause oltra il debito, & che non possano comminare con termine meno de dui mesi, secondo la forma delle constitutioni, & capitoli del Regno. Et che passato detto termine, non se rinoua citatione inhibitoria senza che la parte non faccia instantia.

Placet suæ Illustrissimæ Dominationi, quod in remissionibus cum comminatione seruetur dispositio iuris constitutionum, & capitulorum Regni.

PRAGMATICA I.

De remiss. caus.

PHILIPPVS &c.

Circa le remissioni di carcerati, che dimandano li Baroni, come à loro vassalli, & che dapoi essendogli rimessi, si dismenticano, e non mandano à pigliarli, vi rispondemo, che alli decreti, che si faranno in questa Regia Audientia di dette remissioni, deabiate fare presigere conueniente termine, fra lo quale il Barone, al quale si rimetta la causa, habbia da mandare à pigliarsi il vassallo, che se gli rimette, declarandosi nel predetto decreto che il detto termine elasso, si procederà per la Regia Audientia in la causa à quanto sarà di giustitia.

Datum Neap. die vltimo Nouemb. 1565.

Don Perafan.

V. Villanus Regens. V. Reuetterius Regens.
V. Patignus Regens. Lobera pro Secretario.
In Cur. 7. Dirigitur Gubernatori Principatus citra inter cætera capita.

Post remissionem factam alicui Tribunali si poenam condignam non tribuerit carcerato remisso, alia causa non remittatur. hoc dicit Tapia.

EX PRAGMATICA XIV.

De offic. Mag. Iust.

§. Item considerato, che nella Città nostra di Napoli sono molti Tribunali, & ciascuno di quelli hà particolari sottoposti à sua iurisdittione, & per questo molti huomini nô contenti di ben viuere, s'adattano à far male essendo quasi certi, che se per la grã Corte, ò altri fossero presi, nô fariano remessi à loro Giudice, dal quale senza punitione fariano liberati, per la qual cosa sono successi, & ogni dì fariano per succedere molti inconuenienti, perche non essendo li delinquenti puniti è causa d'animarli à fare, & viuere male. Per tanto Sua Maestà, volendo prouedere à questo, vuole, ordina, & comanda, che se dal presente di auanti per la gran Corte della Vicaria ò altri, faranno presi qualsiuoglia delinquenti d'altra iurisdittione che la sua, & per essi faranno remessi à loro Tribunali ordinarij, se per esso faranno puniti secondo loro demeriti, vogliamo, che de cetero se gli habbiano da rimettere gli altri, com'è debito, ma per lo primo che si restasse, & cessasse di punire, non se li debbia più rimettere alcuno, ma ben punirse poi, & castigarsi tutti per la detta gran Corte della Vicaria indifferentemente, etiam quelli della giurisdittione di quello officiale c'haurà cessato in fare la giustitia, & punire il delinquente, che li sarà stato rimesso vt supra.

Datum in Castro nouo Auersæ, die 20. Martij 1469.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAnc Pragmaticam deberet semper præ oculis habere, qui fisci patroni officium in Magna Curia exercet, quia si practicaretur forsitan maiori cum zelo iustitia ministraretur in Regno, vide, quæ diximus ad Pragmaticam primam huius tituli.

Appellationes à visioni computorum committantur Regijs Audientijs. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLVI.

De offic. Sac. Conc.

ILlustribus & Magnificis viris huius Regni Neapoli, Protonotarios Præsidenti & deputatis in Sacro Regio Concilio Collaterali, & Consiliarijs Regijs fidelibus dilectissimis.

Eccellente & molto Magnifici Signori Presidente, & deputati nel Sacro Regio Conseglio, Sua Eccellentia ordina che appellandosi da visioni di côputi di Vniuersità, si debbia detta appellatione rimettere all'Audientia di quella Prouincia dou'è detta Vniuersità, perche rimettendosi quà, mai nô se nè vederia fine, & le pouere Vniuersità non potriano essere pagate, & che le S. V. proueda no che se farà in questo Sacro Conseglio alcuna appellatione di computi di Cotrone, si faccia il simile di rimetterla all'Audientia di Calabria, con ordinatione che summariamente la vogliano determinare & finire, lo sò intendere alle S. V. acciò così lo possano prouedere.

Di casa à 23. di Marzo 1548. Alli seruitij delle S. V. prontissimo sempre Berardino Martirano.

HAec Pragmatica hodie non seruatur cum de his computis cognoscat Reg. Cam. Summariæ, non tamen est prohibitum Regijs Audientijs hoc facere. Tapia.

Causæ appellationum criminales remittantur ad Mag. Cur. Vic. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XLVII.

Eodem titulo.

CAROLVS QVINTVS, &c.

MOlte volte accade che gl'incolpati, & inquisiti d'alcun delitto nelle Regie Audientie & altri Tribunali del Regno ricorrano à questo Sacro Conseglio, pretendendo che le dette Regie Audientie, & altri Tribunali non possano contra loro procedere, ma debbiano essere rimessi al loro Giudice competente. Et benche noi habbiamo ordinato che tutte le cause criminali per via principale, ò di appellatione, si debbiano vedere, & cono-

conoſcere prima nella gran Corte della Vicaria, nõdimeno nel detto articolo di remiſſione, ſi procede nel detto Sacro Conſeglio, ſub prætextu che non ſia cauſa criminale: Perche noſtra intentione è, che non ſolo le cauſe criminali, ma etiam l'incidente & capo de remiſsione, & qualſinoglia altro incidente che dependa, ò ſia anneſſo con cauſa criminale, ſi veda & conoſca prima nella gran Corte, & in caſo che ſi ſentano le parti aggrauate da detta gran Corte, poi habbiano ricorſo à queſto Sacro Conſeglio: Per tanto ve diciamo & ordiniamo che quando accaderà che delle coſe predette s'habbia ricorſo dalle dette Regie Audientie, ò da altro Tribunale del Regno à queſto Sacro Conſeglio, le debbiate rimettere alla detta gran Corte, doue prima ſi hà da cognoſcere, & decidere, & dapoi in caſu fortè grauaminis della detta gran Corte, ſi potrà ricorrere à queſto Sacro Conſeglio: Et queſto ancora s'intenda nelle cauſe ch'al preſente pendeno in queſto Sacro Conſeglio: E non fate il contrario per quanto s'hà cara la gratia & ſeruitio della Maeſtà Ceſarea.

Datum in Caſtro nouo Neapol. die 10. Octobris 1551.

Don Pedro de Toledo.

V.Polo Regens. V.Villanus Regens.
V.Fonſeca Regens. Lobera pro Secretario Martirano. In cur.17.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec pragmatica hodiè ſeruatur, immo etiam in prima inſtantia remittuntur, hoc tamen recipit declarationem iuxta pragmat.37.de offic.Sac.Conſ.

Officiales Arrendatorum conueniantur coram Gubernatoribus Prouinciarum, non autem in Reg.Cam.h.d.Tapia.

Ex cap.Neap. Anno 1508. Cap.25.

REX CATTHOLICVS
Comes Ripæcurſie.

ITem atteſo che per lo paſſato quando ſe ſono fatti arrendamenti per la Regia Corte per alcuni diritti di eſſa, ò per lo capitolo che haueſſero hauuto li arrendatori con le corte, ò per abuſo, li amminiſtratori ſono ſtati eſſenti poſſerſe conuenire auante li Gouernatori delle prouincie doue exercitano loro arrendamenti, del che ne è reſultato grande intereſſe alli popoli, li quali chi per impotentia, chi per difficultà de venire alla Camera della Summaria, ſono ſtati defraudati de conſeguire quello li ſe deue, per tanto ſe ſupplica V.I.S. ſe degni per la preſente decretatione ordinare che tutti & ſinguli officiali di detti Arrendatori, quali fortè in poſterum ſeranno, che li Tribunali delli Gouernatori Prouinciali poſſano conoſcere, tanto in ciuile, come criminale, ò miſte, ſenza che ſia rimeſſo alla prefata Camera, dummodo li conuenti non ſiano Napolitani, ò habitanti in eſſa.

Placet Suæ I. D. quod dictis Arrendatoribus, & eorum officialibus vltra dictam à Ciuitate Neapoli extantibus, & commorantibus agnoſcant officiales Regij locorum & Prouintiarum, exceptis cauſis concernentibus adminiſtrationes arrendamentorum, quo verò ad præſentes Arrendatores, durantibus eorum arrendamentis, quia aliter eſt concordatum, Regia Camera Summariæ expediet prouiſiones ad id oportunas.

Bannitus ab aliquo Iudice Regni poteſt pro eodem delicto banniri per Magnam Curiam Vicaria. h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit. 203.

ITem a ſi aliquis bannitus vel bãnita* fuerit pro quocunque debito tam via ordinaria, quàm ex officio per aliquem quẽ officialem Regni huius, banniri poteſt per dictam Curiam Vicariæ pro eodem crimine etiã ad petitionem ſeu denuntiationem illius, ad cuius petitionem ſeu denuntiationem bannitus extitit per officialem prædictum.

2 I*Tem ſi aliquis bannitus, &c.* Refert & ſequitur Matth. hic in 3.colum.ver. an autem bannitus. ſubdit tamẽ quòd expreſsè contra ſtatuit Rex Robertus. cap.incip. Regenti Curiam, &c. ego tamen non potui inuenire illud cap.

* ADDITIO. Item ſi aliquis bannitus, vel bannita. *Adde ad hunc ritum infraſcriptam literam, quæ poterit inſeruire pro glo. & valet ad multa quæ incipit, videlicet, Robertus Dei gratia Rex, &c. Regenti Curiæ Vicariæ Regni Siciliæ, & iudicibus eiuſdem Curiæ Conſiliarijs, & familiaribus ſuis. Nicolai de Amore fidelis noſtri, oblata nobis petitio continebat, quòd ipſe de homicidio commiſſo per eum, vt ponitur in perſonam magiſtri Lucæ Ferrarij, citatus extitit per Capitaneum Ciuitatis Neap. & quia non comparuit in termino ſibi præfixo, fuit banno ſuppoſitus ad tertiam partem mobilium condemnatus reliquis bonis eius vſque ad anni circulum ad opus dictæ Curiæ annotatis, poſtea ad petitionem Altrudæ mulieris viduæ Nicolaus idem ſupradicto homicidio, dicto bãno durante citatus ponitur, ſuper quo dictus ſupplicans aſſerens ſe ſuper nouo delicto dupliciter pœna pergrauari indebitè petijt ſibi pro noſtra iuſtæ prouiſionis remedium ſupplicanti, cuius ſupplicationibus inclinati fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus ſi durante primo banno prædicto idem Nicol. de ipſo homicidio citatus extiterit, & ſic contumax bannitus, iterum ſecundo banno quòd de facto proceſſit liberè extrahentes condemnationem dictæ tertiæ partis mobilium, & annotationem bonorum ſecundo habitæ relaxetis ſententia primi banni condemnationis tertiæ partis mobilium & annotationem bonorum ſecundo habitas ex prima contumacia portulis in ſuo robore & efficacia duraturis.*

Datum per Barthol. de Capua &c. Vide hanc literam in regiſtro D. Antonij Barattucij c.106. De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HVius Ritus. Ratio eſt, † quia Magna Curia Vicariæ, vt diximus in Rubr.de offic.Mag.Iuſt.& in Rit.46.eod.tit.fol.167. eſt Iudex ordinarius in toto Regno, & habet iuriſdictionem ſupra omnes, reliqua vide per Carauitam DE.

DE LIBELLI EDITIONE. Rubr. viij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Concordat cum hoc tit. cōfimilis tit. in ff. & alius in C. de edendo, & in decretalibus tit. de libelli oblatione, alius titulus apud Hispan. qui est secundus lib. 4. nouæ recollect. facit l. 12. tit. 9. par. 4. & tot. tit. secundus par. 3. & de materia libellorum: latè Roffred. Beneuent. tracta. de libellis Marant. in 6. part. 3. membro & Consal. de pace in sua praxi 1. part. 2. tempore, ad quos me remitto, cum materia sit à Doct. latissimè digesta, neque mei muneris sit materias transplantare.

Reo comparente datur copia sumptibus actoris. h. d. Tapia.

PRAGMATICA V.
De ordine Iudic.

Comparente reo in termino citationis, vel post contumaciam, vt supra purgatam, detur ei copia petitionis actoris, ipsius actoris sumptibus, cui respondere debeat intra terminum trium 1 dierum post dictam copiam datum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Hanc pragmaticam glosauit optimè Troisius sub tit. de modo procedendi contra reum non contumacem

1 *Trium dierum*. Concordat cum hac pragmatica constitutio exceptiooes, vbi etiam de hoc fit mentio, similis extat lex Mediolani, quæ tamen vnius dici terminum constituit, vt habetur in tit. de Iuditijs cap. 21.

Reo citato comparente si accusator, vel actor non habet libellum datur terminus ad illum præsentandum. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 271.

Item seruat ipsa Curia, quòd si actor vel accusator fecit aliquem citari, & in peremptorio termino citatus comparuit, & etiam accusator, vel actor, si accusator vel actor in dicto peremptorio coram Curia dixerit se non habere paratum libellum, & habet aliquam iustam causam, tunc Curia ipsa dat terminum arbitrio Curiæ vtrique parti, reo vt veniat pro libello, & accusatori vel actori, vt veniat ad dandum, qui terminus raro scribitur in actis dictæ Curiæ.

Hic ritus hodie non seruatur. Tapia.

DE CITATIONIBVS, ET APPARITORVM SALARIO. Rub. ix.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Haec Rubrica duo continet capita alterum quod de citationibus tractat, alterū verò de ipsarum executoribus, & salario illis debito, quæ simul iungimus, quia multæ constitut. pragmat. atque Ritus sub hoc titulo situati de vtroque loquuntur, nec diuisionem patiebantur. Concordāt cum prima huius tit. parte tit. ff. & C. de in ius voc. apud Hispā. tit. 7. par. 3. & tit. 2. par. 3. vbi latè Didac. Perez, & tit. 3. lib. 4. nouæ recollec. Apud galios tit. de citat. art. 56. vbi Rebuff. latè apud Mediolanenses in statutis ipsorum tit. de citat.

Hanc materiam latissimè sunt prosequuti Marian. Soccin. tracta. de citat. Specul. eod. tit. Federicus Schenec tract. de in ius vocando, Marant. in 6. part. tit. de citat. quibus in locis materia perbellè congesta est, & ideò ad ibi dicta me remitto Lāfranc. de Ariadno. tract. de citat. tom. 3. part. 2. Didac. Perez ad l. 1. tit. 2. par. 3. ordi. Gonsal. de Pace in praxi 1. par. tom. 1. tertiò tempore. Vide aliqua per Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 22. & sequenti, & omnes alij, qui practicas tam ciuiles, quām criminales scripserunt.

Ad secundam verò huius Rubricæ partem concordant tit. de apparit. 10 lib. 12. C. quos adduximus ad tit. de Ostiarijs Sac. Cons. & de Alguzerijs Magnæ Curiæ Vicariæ. Sic etiam tit. apud Hispanos *de los Aguaziles* qui est 14 lib. 2. ordinat. nunc veniamus ad explicationem const. & aliarum legum huius tit. quæ tractant de citatione tam in causa ciuili, quām criminali.

Citatio per Baiulos facienda notificetur per eius apparitores, quibus salarium statuitur, sitque peremptoria, & competentem terminum ad comparendum contineat iuxta loci distantiam. hoc dicit Tapia.

IMPERR. FEDER.

a In ciuilibus causis. Curiæ nostræ. vt supra de off. M. Iust. litera, in princ.

In ciuilibus a causis Baiulos, & Iudices Regni nostri formam huiusmodi volumus obseruare, videlicet, quòd ad 1 petitionem agere volentis, Baiulus 1 reum futurum citari faciet per 1 apparitores suos, qui iurent de veritate dicenda, de quibus vnum, aut duos, tres, aut plures, aut prout qualitas loci exiget, habere debebit. Apparitori autem pro qualibet citatione, infra ciuitatem

aut

aut locum facienda, T granũ auri ab actore præbeatur: extra ciuitatem, aut pro quolibet militari granum vnum: * Et erit qualibet citatio Baiuli T peremptoria, continens terminum tertij diei in Ciuitate computatis die citationis, & T die quo sisti debebit in iudicio. Extra ciuitatem verò si citādus in eadem Prouincia fuerit, quarti, aut quinti, aut demum octaui. Extra Prouinciam verò mẽsis vnius prædictis diebus similiter cõputatis. His quæ per sacras nostri nominis sanctiones in citationibus per Magistrum Iustitiarium Curiæ nostræ, a vel Iustitiarij regionum ediximus, suo robore duraturis.

*ADDITIO. *Non tamen posset petere pro reuersione, vt per Parid. in tract. syndic. in ver. Iudex. in fi. ex hoc dicunt quidam quod in Regno omnis citatio sit peremptoria, etiam si non dicatur. & hac constitutio docet Iudicem, quòd hanc citationem faciat fieri sub peremptorio, vt in in constit. edictorum ordinem. ibi, citatio fiat vna pro omnibus, quæ peremptorium continebit. imò sufficit præcedenti die pro sequenti, vt no. in constit. delibera tionis.* De Bottis.

a *Vel Iustitiarij.* Vt infra de literis citatorijs. l. edictorum. l. citationis literæ.

ANDRAEAS DE ISERNIA

IN *ciuilibus causis.* Et hic habent quidam rubricam, & loquitur in citatione Baiuli, quia aliud in Magistro Iustitiario, & Iustitiario, vt in fi. dicitur, infra de literis cita l. edictorum. & l. sequen. Et quidem quantum ad tempus hoc corrigi videtur, quia prima die futurus reus est citandus, infra de dilat. & excep. l. dilationes. sed ibi dicit gl. quòd ista corrigit illam, & ista sit noua, & illa sit vetus.

Peremptoria. Dicunt quidam, quod illud est speciale in citatione Baiuli, vt eius citatio eo ipso sit peremptoria, etiam si non dicatur per literam istam, sed in aliorum citationibus debet ipsa citatio peremptorium continere. l. edictorum. Alij exponunt hanc literam, erit citatio Baiuli peremptoria, quia Baiulus debet dicere, Cites talem peremptoriè, vt veniat die tali, cum non sit ratio diuersitatis, quare aliud sit hic, & aliud ibi, & sic idem ius debet esse. ff. de verb. oblig. l. à Titio. Et in ambigna voce legis, sicut est ista litera, quæ ad vtranque positionem volui potest, sumetur intellectus vitio carẽs, quia non videtur carere, si dicimus Baiulum intellexisse peremptoriè, cum id voce non expresserit. ff. da supell. leg. l. Labeo. nam iure scripto certo modo peruenitur ad peremptorium. ff. de iudi. l. ad peremptorium. Et oportet quòd Iudex dicat, Cito te peremptoriè. Alias non intelligitur hoc verbum, vt not. per Innoc. extra de accusat. cap. ad petitionem. in 2. glo. & hæc opin. verior est, vt dictum est in d. l. edictorum. Primi dicunt quòd hic legislator voluit abbreuiare lites, vt patet per omnes constitutiones, & ideò voluit hic, & in d. l. edictorum, quòd citatio contineat peremptorium eo ipso, quòd præcedit citatio, quia dicit quòd erit vna pro omnibus. si verò non nõ esset peremptoria, essent multæ, vt d. l. ad peremptorium, cum ll. sequent. ¶Videmus autem in citationibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & Præsidum prouinciarum, aliorumquè officialium contineri, quòd citet peremptoriè, & ideò non videtur ab hac interpretatione vsus consueti, & soliti debere recedi. arg. ff. de leg. l. minimè. Primi respondent, quod ea quæ causa dubitationis tollendæ exprimuntur, non lædunt ius commune. ff. mand. l. qui mutuam. ff. de reg. iur. l. quæ dubitationis.

Extra Prouinciam. Sed quomodo citat extra territorium? † ff. de iurisd. omn. iud. l. fi. Dic duobus modis. Primò citandus est extra prouinciam, scilicet per illum Iudicem, in cuius iurisdictione degebat ad requisitionem Baiuli, in Auth. vt nulli iudi. §. si verò quas. Et ideò satis citat Baiulus quando ad sui requisitionem hoc fit, sicut ibi, si te condemnauero, id est, condemnari fecero. ff. de his qui not. infam. l. furti. §. mandati. ¶Secundò modo, vt prædictum verbum, extra prouinciam, referatur ad verbum, fuerit, quasi dicat, ex quo in domo sua non inuenitur: quia est extra prouinciam, citatio contineat vnum mensem, nam sufficit citatio facta domi, vbi habitat specialis familia citati, vt l. citationis. quæ sequitur d. l. edictorum.

† ADDITIO. *Adde eundem Andr. in constit. edictorum. & hanc formam dicit Marantæ obseruari, in suo Speculo aureo, 6. par. versic. venio ad secundum. vbi de hoc limitat, vt ibi per eum.* De Bottis.

IN *ciuilibus.* In var. tertij diei. Imò sufficit præcedenti die citari pro sequenti, vt not. in constitut. deliberationis. Barth. de Cap.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 † CVm citatio sit vnum de substantialibus iuditij, quod à iure naturæ, atq; diuino initium sumpsit, volente enim domino Adam iudicare vocauit eum vt habetur Genes. c. 3. & iureconsultus in omnibus citationem pernecessariam esse dixerit in l. de vno quoque. ff. de re iudic. alias enim nullum esset iuditium, ideoque nec à Principe omitti potest clemen. pastor. de re iudic. & latè explicat Azeued. lib 4. nouæ recoll. tit. 17. l. 10. num. 39. & Marant. in 6. pat. in 1. membro cap. de citat. pernecessarium fuit, vt Imperator noster certam traderet formam circa citationes faciendas; ideòque ex tenore ipsius initium sumendo hanc loco isto constitutionem situauimus.

2 T *Baiulus reum futurum citari faciat.* † Debet ergo præcedere mandatum Iudicis in citatione, aliàs citans teneretur pœna falsi iux. not. in l. nomine. ff de falsis, tradit Carpan. vir equidem doctissimus ad stat. Mediol. tit. de citation. cap. 1. num. 33.

T *Ad petitionem agere volentis.* Concordat l. 3. in verb. *Per solo impedimento* tit. 3. lib. 4. nouæ recollect. vbi Azeued. di-
3 cit † in dubio ad partis instantiam factam præsumi; quam conclusionem disputauit solumniter de more peritissimus olim
4 Magistratus extraordinarij Ducatus Mediolani Præsidens † Iacobus Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 23. cui successit in Præsidatu non minus eruditione, quàm ingenio præclarus.
† Laurentius Polus qui etiam disputat aliam conclusionem 6
an præsumatur facta de commissione, & mandato Magistratus præsumptione 24. & sequenti præsumptione agit quòd nuntius citasse præsumatur sicut habuit in mandatis, pluraque ad rem in sequentibus quæstionibus.

T *Apparitores sui.* Concordat d. l. 3. tit. 3. lib. 4. vbi Azeuedo percepit ex Afflicto etiam id quod hic dicitur de iura- 7
mento; † hodiè tamen possunt notificari citationes per nuncios quarumuis Curiarum, præterquam in citationibus per Sacrum Concilium expeditis in quibus porterij Sac. Concilij ipsarum notificatio committitur.

T *Granum auri.* Hodie non seruatur quia auctum est salarium.

T *Peremptorio.* † Hoc verbum in l. 2. tit. 3. lib. 4. nouæ re- 8
collect. glossauit peroptimè Azeued. in eodem verbo peremptorio, ideoquè ad ibi dicta me remitto, & ad ea quæ tradit Lanfranch. in c. quoniam contra de probat. tit. de citatione num. 54.

T *Die quo sisti debebit.* Hoc ideò est appositum, † nam ci- 9
tatio debet continere certitudinem, & terminum, vt valeat ex

ex regula text. in l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi; aut clàm, que tex. & alia iura allegat Rebuff. ad constit. Galliæ prima part. rubr. de const. glo. terminum, & post illos Aceued. in l. 1. tit. 3. lib. 4. in princ. qui dicit ita seruari, dicit tamen ex Aff. i. l. &
10 alijs † reum citatum debere comparere etiam si non sit statu-
11 tus terminus; † hodie tamen quoad practicam seruatur in omnibus citationibus tam ciuilibus, quàm criminalibus, quòd si citatio fit intus Ciuitatem non assignatur certa dies, sed dicitur, quòd compareat prima die iuridica, quæ est dies sequēs, qua die si non compareat accusatur prima contumacia, & hoc

hoc seruatur in citatione super tenore instrumenti, & in alijs citationibus criminalibus, & elapso triduo accusatur vltima contumacia, in ciuilibus autem non accusatur contumaciæ sed reo non comparente proceditur ad vlteriora, & expediuntur litteræ executoriales pro mulcta ratione spreti mandati, in causis autem ciuilibus extra Ciuitatem post elapsum terminum in citatione præfixum accusatur prima contumacia, & postea elapso triduo accusatur vltima contumacia, nam aliàs non possent accusari contumaciæ, si enim Iudex non præfigit terminum nunquam posset dici contumax, & hæc est practica, quæ seruatur hodie in Magna Curia.

Citatio non committatur parti aduersæ, sed alteri, sit clara; nomen Iudicis, & rei contineat, quod per se, vel per alium compareat in termino triginta dierum infra Regnum, sexaginta extra, quo citato non volente comparere per alium se excuset, aliàs contumax reputetur. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

EDictorum a ordinem T priscis legibus stabilitum ad breuiorem modum reducere cupientes, vt ex eis in posterum nulla quæstionis materia possit oriri, apertissima constitutione sancimus. Vt T citatoriæ litteræ per Iustitiarium, & Baiulum destinandæ, non, vt olim, T ad ipsum eundem, qui citandus fuerit ab aliquo per aduersarium suum transmittantur, sed per aliquem

a Dictorum ordinē. Constit. ista duo operatur circa citationes. abbreuiat ordinē edictorum: quia primò quatuor edictis citabitur, vt no. ff. de iudic. l. peremptorium, cum ll. seq. sed vna citatio peremptoria pro omnibus sufficit semper, vt hic circa medium: quòd de iure communi erat in voluntate Iudicis, vt eod tit. nonnunquā. Item tollit materias altercationum, ad quas citati sæpè conuolabant inficiantes se citatos esse, & dubium erat, an crederetur nūcio de iure communi? quod credatur est ar. ff. de reb. dub. l. 1. §. illud. quòd non credatur, est argumen. C. de decur. l. 1. ista dubietas hic tollitur: quia non debent literæ citatoriæ mitti aduersario citando, sed alicui bono viro, puta Iudici, qui eum citet in præsentia testium, vt in constitutione secunda, in princ. & ad hoc est argum. ff. rem rat.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

EDictorum. Non ad eum, vt olim. argum. ff. de arbitr. sed si interpellatus. §. arbiter.

Et de qua re, & huiusmodi quærimoniæ. Ecce causam, debet enim continere citatio † causam. 3. q. 1. si episcopus. in glo. 5. q. 2. si primates & innuitur in c. præterea. extrà de dila. & apertam, per quam possit reus scire vtrum debeat cedere, vel contendere, vt dictum est sup. l. proxi.

† ADDITIO. *Vide Luc. de Penna in l. ante omnia. col. 4. C. de Castren. lib. 12. vbi dicit quòd valet citatio, videlicet cum præsentia Tirij sit nobis ad præsens plurimū opportuna, mandamus ergo. ibi, & quærit an Princeps possit sine causa citare.* De Bottis.

Sed si sciuit causam, reus citatus non debet plus certiorari, argum. dicti c. præterea. vel si fuit instructus, non habet dilatorias inducias, quia nō debuit certiorari qui sciuit. ff. de actio. empt. l. 1. in fi. sciens & ipse se decipi. ff. quod fal. tu. autore. l. 1. in fi. de acquir. hæred. l. item veniunt. §. quid ergo. ff. de admin. tut. l. pater. §. ex quo. Item sufficit denunciare, ne nubat, etiam si causam non dicat, scilicet, quia volo te accusare de adulterio: inest enim causa. ff. de adul. l. denunciasse. in princ. nam & vassallus infra annum & diem debet polliceri fidelitatem & inuestituram petere, vt in tit. de cap. Corra. §. 1. Et in tit. per quos fiat inuesti. §. 1. in glo. 1. quòd causa inserenda sit citationi. C. de edi. diui Adri. tollen. l. fin. & alle. ff. quando di. leg. ce. l. huiusmodi.

ADDITIO. *Adde Card. Zabar. & Doct. in cap. veritatis. de iureiur. Abb. in c. nihil. de electio. Bald. in cap. 1. quo tempo. miles. in vsibus feud. Cala. consi. 7. incip. an feudatarius teneatur, in tit. de feudis. Petr. de Anchar. consi. 173. incip. D. Lazarus fuit inuestitus de quodam feudo. Card. Zabar. consi. 34. incip. circa primum dubium duo principaliter sunt videnda. Abb. consil. 83. incip. conderit omnium postulato suffragio. in 2. colum. in 1. vol. Idem Abb. consi. 3. incip. vtar in præsenti. in 2. volum. Ioan. de Ana. consi. 32. incip. vltra alia dubia Ludo. Rom. consi. 27. incip. viso themate, mihi proposito, in princ. Pau. de Cast. consi. 162. incip. circa id, de quo quæritur. in penul. colum. Alex. de Imo. in consi. 79. incip. circa primum, de quo quæritur. in 1. vol. Francis. de Curt. consil. 82. incip. Deus prius Iesus Christus. Et quid si sint tres fratres, vnus petit inuestituram suæ partis infra annum, alij verò sunt contumaces, & partem suam perdiderunt, an accrescat fratri inuestito, an solidetur cùm dominio? vide per Bal. in c. quia in ecclesiarum. ver. quæro, pater & auus. de constitutio.*

Sed non facit ad hoc: nam quod dicitur ibi causa, ex qua debentur præcedere semper debet, id est, prius debet impleri causa propter quam legatum relictum est. ¶Sed nunquid potest mandare Iudex, vt citet omnes qui faciunt brigam, vel aliquod delictum? nam citator exprimere debet de qua re, & cuiusmodi &c. Nam videtur quòd citatio Iudicis debet hoc continere, vt dicit litera, dilucidè &c. pro quo est. ff. quod cuiusque vniuer. nom. l. item eorum. §. sed si ita. Nam citatio sententia citatoria dicitur, secus in procuratore, qui potest constitui ad lites futuras. ff. de procur. l. 4. & adde quod diximus supra de offic. Baiul. l. 2. ¶ Fiet vna pro omnibus, quæ peremptorium continebit. Hoc est dicere, quod semel citet, & semper dicat Iudex, quòd peremptoriè citet in ciuilibus, vt verbum hoc peremptorium, semper exprimatur à Iudice citante, sic supra. l. proxi. & infra quod tempus partes se de præsen. l. in ciuilibus causis, vbi plenè dictum est semper infra ibi, in termino peremptorio, &c. De iure Romano erat in potestate Iudicis,

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec constitutio fuit per optimè glosata ab Afflicto in eius comentarijs, cui vel nihil addi poterit, vel id tantum quod practici nostri Marant. & Foller. tradiderunt, ille in 6. par. 1. memb. tit. de citat. iste in sua praxi criminali in ver. vel eos verbaliter citari faciat, in ver. accusentur contumaciæ, & in ver. audiantur excusatores, ideòque ad eos me remitto. Cōcordant cum ea statuta Mediolani, circa id quòd debet continere causam, nomen Iudicis, & alia.

I Idem

rat.hab.l.3.§ satisdatio, & quia semper ipse negaret, eum iudicium reddatur in inuitum, &c. vt ff de verb.oblig. inter stipulantem, in princ. citabitur igitur eum prædicta forma, quòd debeat se præsentare Curiæ infra 30. dies, si degat in quacunque parte Regni, aliàs habet spatium 60. dierum, quod spatiū ex iusta causa abbreuiari potest. arg. C. de dila. siue pars, & veot responsurus in criminali causa per se, vt argum ff. de pub. iudi. l. penul. In ciuili per se vel procur. l. 2. vbi iustam causam absentiæ allegat.

quem bonum virum, qui in illis partibus, vbi reus degere dicitur, commoratur, assignetur eidem: vel per specialem citantis nuncium eædem literæ destinentur, vel per quodlibet edictum aliud [a] citatorium etiam sine scriptis fiat. In quibus literis debent dilucidè contineri, [b] coram quo, & à quo, & de qua re, ac cuiusmodi querimonia deferatur, & tempus expressum. In quo per se tantū, [c] si criminalis sit accusatio, vel per se, vel per [d] alium, si ciuilis quæstio moueatur, citatus debeat in Curia comparere. Citatio fiet vna pro omnibus, quæ peremptorium [e] continebit & ter-

a *Citatorium*. Dum tamen de mandato domini citatio fiat, aliter enim non valet, vt C. de exhib. re. l. vlt. nisi fieret per officialem, per l. ea quidem. C. de accu.

b *Coram quo, & à quo*. Vnde versus. Quis agat, quæ res, quæ quæstio, tempus: Quo reus adueniat forma citationis erit.

c *Si criminalis*. Publico crimine vel priuato, dum tamen expectetur pœna capitalis imponi, quod dic, vt in sum. de procur. §. constituitur autem procurator in lita. G.

d *Aut alium*. Quid si non cōtineatur expressim, vt in ciuili causa compareat citatus per se, vel per alium? Responde ita intelligitur vt possit per alium cōparere citatus vt C. de procurat. l. in pecuniarijs.

e *Continebit*. Si autem legitima citatio nō præcessit, prout hic dicitur, & reus fuerit condemnatus: nulla est ipso iure sententia, vt C. quomodo & quando iud. l. ea quæ. hoc etiam est in accusatore, qui accusationem institutam potest repe-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

dicis, quando mitteret peremptorium. ff. de iud. l. nonnunquā. ¶Constitutiones istæ abbreuiant lites, vt in princ. huius l. dicitur, imponit necessitatem Iudici citanti, quòd semel citet peremptoriè, vnde si Iudex citaret sic, veniat die Lunæ & die Martis, & die Mercurij peremptoriè, vna est citatio, tamen non teneetur comparere, nisi in peremptorio, vt infra, in ver. peremptorium. Et quod dicitur de comparitione die Lunæ & Martis superfluo dicitur, quòd non vitiat, sicut, Arma virumque cano. ff de verb. oblig. l. quæ extrinsecus. ¶Quid ergò si Iudex mandauit siue hoc verbo peremptoriè? dic quòd non sufficit, sed oportet peremptoriè procedere, & sic non erit vna tantum. d. l. ad peremptorium. Iudex enim omittens id, quod lex præcipit, facit contra l. & si dolo, tenetur in totum: si imperite & ignoranter, tenetur in tantum, quantum bono Iudici videbitur, de quo, & quid sit hoc dicere, diximus, plenè in tit. de controuer. inter do. & emp. in fi. Alij expediont se quòd non, quicquid Iudici permittitur iuris subijcitur necessitati ff. de iudic. l. non quicquid. C. quomodo, & quando Iudex l. 1.

Si verò extra Regnum degat. Communiter intelligitur degat, id est, habitet, siuè domicilium habeat, vt domum constitutam ad habitandum, vt si Romanus habitans Romæ, deliquit, vel contraxit in Regno, vel in Regno habet possessionē, aut feudum, de quo in Regno debet conueniri ad iudicium, ponitur degat in Auth. vt nul. iud. §. si verò quis. sed tunc impropriè videtur stare verbum citatio, quia Iudex Regni non habet citare Romanum in Roma: imò videtur quòd debeat requirere Iudicem Romanum, vt citet d. §. si verò. Item cum Roma non distet vltra 5. vel 6. dietas Regno, quomodo dantur 60. dies? Item quid si distaret magis, puta si esset Anglicus, vel Hispanus, non habebit plusquam 60. dies pro loci distantia. Sed litera non dicit, quòd Iudex Regni citet extra Regnum, sed dicit, quòd citandus est. Vnde requirit Iudicem Romanum, quòd ipse citatus compareat infra 60. dies. Verùm, quia posset Iudex Romanus non parere requisitioni Iudicis Regni, cum non sit eiusdem dominij, sicut quando Imperator Romanus dominabatur toto orbi, idcirco dicunt aliqui, quòd Iudex Regni possit per nuncium suum citare in Roma, quia citatio continet solùm ministerium, non tamen cognitionem, infra l. seq. & ff. si mensal. mo. di. l. 2. Nec obst. l. extra territorium ius dicenti. tripliciter intellecta, quorum intellectus nullus est contra hoc. Istam materiam plenè tractauimus in tit. de controu. inter me & vas. de beneficio dic plenè vt ibi. vbi etiam dictum est, vtrum excusatori dicenti citatum in domo sua, quòd citatus fuit, & est extra Regnum, & faciet inde fidem, dentur 40. dies ad denunciandum citationem citato, vt tunc ponatur, degat, id est, agat. Est verum si ante completos dies datos citatus veniat, vel redeat, quòd teneatur statim respondere, in termino autem peremptorio comparere debebit, non quòd sit necesse quòd actor vel accusator dicat in peremptorio accuso contumaciam Tirij citati, licet sit in vsu, benè debet comparere, & dicat quare venit, vt diximus plenè in dicto titulo de controu. inter me & vas. meum, & alium de beneficio.

Excusatio legitima. Dicunt multi periti de Regno, quod istæ constitutiones magis dilucidè ponunt, & affirmant, de excusatione, aliàs excusatore, in qualibet causa Reipublicæ. si non defendantur, scilicet, plenè. hoc enim importat hoc verbum. ff de procur. l. fin. patiuntur missionem & venditionem. C. de restir. milit. l. ignorare. ff. de leg. l. eadem. sic & infirmi, & pupilli. ff. de hæred. insti. l. si quis instituatur §. fin. Sed certè satis cauetur de excusatore iure Romano. ff. de excus. tut. l. scire §. sufficit. & quicquid dicatur per diuersitates dictarum legum & similium, intelligendum est semper, quòd vbi reus non defenditur plenè, nec aliqua excusatio proponitur pro eo, non habeant locum ipsæ leges: sed si excusetur reus, non procedetur vltrà, sicut contra contumacem: sed dabitur terminus excusatori, infra quem denunciet citato, vt ad iudicium veniat. nam & in capitalibus causis admittitur excusator cum ibi non possit per alium plenè defendi. ff de procur. l. seruum. §. publicè. sicut dicit Roffred. in tit. de bon. auth. iudic. possid. & in tract. secundi decreti. & Innoc. in tit. de eo qui mit. in posses.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 T [a] *Edictorum*. † Citatio per edictum quando possit fieri, & quibus casibus, vide Marant. in Specul. 6. par. tit. de citat. nu. 63. 64. & seq.

2 T *Citatoriæ litteræ*. Loquitur hic de citatione verbali, † quæ debet continere sex requisita vt post alios Marant. in Specul. 6. part. tit. de citation. nume. 52. sed an in ciuilibus possit fieri citatio realis idem nume. 49.

T *Ad ipsum eundem qui citandus fuerit*. Hæc constitutio tollit disputationem † an citatio possit committi parti aduersæ illius, qui citandus erit, quod iure commum fieri posse dicebat Bar. in l. 1. per illum tex. ff. de seru. fugit. idquè pluribus alijs in locis tàm per ipsum, quàm per alios Doctores affirmatum re- 3

ferunt

repetere, si eo non citato, reus fuerit absolutus vt C. de accusat. l. accusantibus. Repete, hic not. ff. de sententijs quæ sine appell. rescin l. 1. §. penul. & C. de indic. properandum. §. & si quidem.

terminum T triginta dierum ad plus à die citationis receptæ continuè numerandorum in quacunque parte Regni citandus manere dicatur: plerunq; etiam breuius spatium a indicetur, ex qualitate temporum, & proximitate locorũ: vel si causa sit vrgens, propter quam tam longum tempus concedi non possit. Si verò T extra Regnum is, qui citandus est degat, 60. dierum spatium citatio continere debebit. in termino autẽ peremptorio citatus comparere tenebitur per se, vel per alium, si ciuilis est quæstio legitimè in principali causa defendendi, aut pro ipso excusatio legitimè b allegata probari, propter quam in termino prædicto sibi dato c non potuerit, vel d non debuerit in curia præsentari.

a *Indicetur*. Sed contra videtur ff. de iudic. l. per interualla. ibi, nõ minus, &c. Sed dic, vt no. ff. de iudic. l. nonnunquam. in fine, secundum Azo.

b *Allegata probari*. Vtporè citatus esset peregrè sine dilatione, vel quod esset ægritudine impeditus, ita vt in ius produci non possit, vt patet optimè. ff. de hæred. insti. l. si quis instituatur in fi. & dic vt ibi in gl. Et no. quòd huiusmodi causa absentiæ debet legitimè probari, & sic per testes, vel aliam plenam probationem, vt hic. Videtur contradici infra de for. & forban. l. pœna. circa princip. & ita videtur contra: de excus. tut. scire oportet. §. sufficit. vbi dicitur, quòd sufficit iuramentum, vt ibi plenè extraor. no. Nisi dicas, quòd hæc intelligatur secundum illam, & quòd hic dicit, legitimè, referatur ad excusationem allegatam, quòd sit legitima, & non ad probationem, vt in l. pœnam. nam aliàs bono modo quomodo absentia ante citationẽ probari potest per testes. Nisi diceres, quòd sufficit, si testes deponant, quòd viderunt eum discedere de terra ante citationem, & accinctum ad eundum ad talem locum. Vel dic, quòd hoc corrigitur.

c *Non potuerit*. De facto, vt ff. de re iudic. contumacia.

d *Non debuerit*. De iure, vt ff. de iudi. si quis ex ali.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Alicubi extra Regnum de maximis factis creditur nuncio Curiæ. In Regno oportet seruari formam huius constit. quia etiam in terra vbi est Curia fit citatio per seruientem Curiæ qui refert se citasse coram talibus. Absurdum esset, quod vni seruientium, qui consueuerunt esse leues personæ, in vna magna re soli credatur, sed publica persona habetur pro duabus, vnde non soli publicæ personæ creditur, quia esset contra l. iurisiurandi. C. de test. sed citatori & ipsi. Vbi verò negaret reus se citatum, poterit legitimis modis probare contrarium, vt si per plures testes probaret se illo die, quo citatus, ponitur fuisse absentem. C. de contrahen. stipu. l. optimam.

Nec ab aliis legitimè defendatur. Concord supra. l. proxi. in fine. Sed quid si misit procuratorem insufficientem, puta, quia in procuratorio non continebatur, quòd fideiuberet pro eo de iudicato soluendo sub hypotheca quod est necesse, vt Insti. de satis. §. sed hodie ? teneret quidem iudicium. ff. de procu. l. si procuratores. §. per contrarium. Sed vt cautius sit actori induxit hoc nouum Iustin. vt satisdet dominus sub hypotheca. Et ideo si velit actor, reputabitur reus contumax, quantum ad hoc, vt fiat missio vt in d. §. Sed an tunc possit aut debeat huic remitti condemnatio ad tertiam partem mobilium, quæ est Curiæ, vt infra. l. proxi. iudicatum fuit quod sic, nam legitimè defenderetur in principali si vellet actor, & teneret iudicium, sicut prædictum est. Si ergo eligit potius fieri missionem ad Curiam & iudicem, non contempsit, at tanquam contumax, perdat tertiam. Mulcta quidem, quæ iudici acquiritur, habet locum quando contempsit venire, non aliter, vt no. ff. si quis ius di. non ob. l. 1. in fi. glo. quæ incipit, hic no. &c. nec est in culpa citatus si non disputauit de apicibus iuris. ff. man. l. si fideiussor. §. quodam. cum etiam magis iurisperiti & experti notarij plures in hoc errent, & tunc interpretandum erit in bonam partem argu. eius quod no. ff. de verb. obli. stipulatio ista. de teste, qui dicit vidisse Titium possedisse, quia reducitur ad id quod valeat eo quòd peritissimi definire possessionem non sunt ausi, & iuris error in damnis non nocet. ff. de iuris & fac. igno. l. error. Item principale, sicut est condemnatio partis, potest esse sine accessorio, sicut est condemnatio Curiæ argu. ff. de vulg. & pupill. subst. l. ex pupillari. non econtra. ff. de

reg.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

expressè Imperatoris nostri intentionem fuisse, vt citatus habeat notitiam citationis alias enim frustratoria esset citatio, quæ vt diximus est de iure diuino & naturali, & licèt glos. & Andr. hinc colligant non esse necessarium vt ad notitiam perueniat citatio, id sano modo est intelligendum, hoc est vt non sit necessarium præcisè, vt eius notitiã habeat qui vel sua culpa est absens, vel latitat, sed necessarium est, vt ea adhibeantur media, per quæ necessariò iudicari possit ad eius notitiam peruenisse, ideoquè nè vel delicta remaneant impunita, vel ne inquisiti non auditi condemnentur prudentissimus Imperator
5 statuit † vt quando personaliter citandus haberi non potest, in eius habitationis domo notificetur citatio in qua vxor, & cæteri de familia ad eius valeant notitiam perducere, vtque quando per hoc medium perueniri non potest, citetur per affixionem litterarum citatorialium. Hinc fuit dubitatum de citationis validitate, & contumacia in quadam causa Illustrissimorum dominorum, qui fuerunt inquisiti de homicidio cuiusdam nobilissimi huius Ciuitatis patritij aduersus quos fuerat emanatum bannum statim homicidio commisso, quod inter cætera capitula continebat, vt nemo eos recipere, aut alloqui

posset, & postea fuerunt citati, & allegata absentia fuerat petitum tempus ad perquirendum delinquentes vt notificari posset citatio, & fuerat denegatum, ex quo visi eadem die delicti, & conuicti erant de homicidio, & tandem contumaces, reputati à quo decreto contumaciæ fuerat appellatum, & per consanguineos defendentes allegatum contumaciam illam fuisse nullam, & inualidam ex pluribus

† Primo quia si citatio fit, vt citatatus notitiam habeat se 6
esse citatum, vt possit comparere, vel eo non comparente reputari contumax, & re vera stante prohibitione prædicta, quæ comprehendebat matres, consanguineos, famulos, mancipia, & omnes quoscunque sub formidabili pœna, sequebatur quod notitiam nullatenus habere potuerint, cum non sit præsumendum delictum ex parte illorum, qui poterant illis deferre, eò magis, quia post bannum prædictum fuerant expediti milites ad illos persequendos, qui cum notitiam habuissent in Ciuitatem Beneuentanam peruenisse omnes vias, quæ ad illam ducunt, ceperant, omnesque in illam gressus suos ducentes perquirebant vt scirent si litteras, vel aliquid ad eos transferrent. Ex quibus notitiam citationis habere non potuisse constan-

tissimè

dex causæ, a sed vt quilibet minister alius ad faciendum aliquid assumatur, nec causæ cognitionem hoc contineat, quod mandatur, vt b per libellum non valeat expediri. Quæ omnia volumus in posterum obtiuere, siuè ciuiliter quis, siue criminaliter impetatur. Prædictis autem modis, vel quolibet prędictorum citatus, si per se non compareat, nec ab alio legitimè defendatur, vel pro ipso legitima excusatio c proponatur à iudicibus d contumax reputetur.

a *Sed vt quilibet.* Id est, vilis. sic exponitur. ff. qui satisdare cogantur. l. si vero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. quasi dicat istud est vile ministerium, quod est commissum, vbi scilicet non exigitur industria, & sic potest is cui est commissum expedire per aliũ. aliàs secus, vt supra, proxi. not. Item hic sicut declarat litera, fuit mandatum, secus si iussio, vel præceptum, vt no. ff. de offic. præsid. l. sæpè. & l. seq.

b *Per libellum.* Id est per scripturam. Ea enim quæ causæ cognitionem &c. quæ not. ff. de regul. iur. l. omnia. de quibus si plenam sequi vis doctrinam, repete quæ not. ff. de rei vend. l. omnia quæcunque causa, &c. secundum Accursi. & ad id. ff. de offic. Proconsul. & leg. nec quicquam. §. vbi decretum.

c *Proponatur.* Et probetur. supra l. proal. in fi.

d *Contumax.* l. proxi.

b *Per*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

reg. iur. cum principalis. hoc satis bene dicitur, sed multi extendunt, vt condemnatio Curiæ fiat tunc tantum, quãdo contumax e in delicto, vt quia personaliter inuentus non venit. secus si fictè fuit contumax, vt quia citatus in domo, quòd ad eum non peruenit, vel habebat causam, licet iniustam non veniendi, hic non contemnit, quia ignorat ff. loc. si ignorans. Innuitur per Azo. in sum. si quis ius di. non ob. & no. Rofr. eo. tit. §. item quare. sed hoc in contrarium seruatur propter iudiciorum rigorem seruandum, cùm sufficiat citari in domo, vt necesse habeat relinquere procuratorem, vt in c. cum dilectus. & licet habeat iustam causam non eundi, debet ire, vel mittere procuratorem hoc allegaturus, vnde fictè contumax est in dolo præsumpto omittens ea quæ leges præcipiunt. Glo. determinat in contrarium infra. eo. l. rei vendicatione conuentus. Et istud dicit esse verius, quia contumacia est delictum, quia nesciuit se citatum, licet sit negligens non relinquendo procuratorem, etiam in dissoluta negligentia & in lata culpa, dolus non est, licet si similis dolo. ff. deposi. l. quòd Nerua. ff. depo. l. si fideiussor. in princ. vbi si sciuisset, debuisset ire, vel mittere allegaturus id. Et dic in d. l. rei vendicatione.

Con-

Contumax reputetur. Nunquid post terminum comparens purget moram? dic quòd sic re integra. C. de transact. l. nec intentio. ff. de op. leg. l. mancipiorum. in fi. &, vt in poss. leg. si pecuniæ. tamen restituet expensas, quas fecit aduersarius à die, quo fuit contumax, nisi probet se iusta causa absuisse. C. de iudi. sancimus. ff. si quis cau & si post tres. in glos. & extra de procura. c. 2. in glos. Idem dic in defensore excusante, seu excusatore, post terminum re integra, s. quantum ad condemnationem probare possit legitimum quid, quare in termino statuto non venit ille, quem defendit, vel excusat, quia si posset principalis, poterit & defensor. C. lib. 10. de proximis sacrorum scriniorum. l. in sacris. ff. soluto matr. l. alia. cum concord. & tunc ad expensas non tenebitur, sicut nec principalis. si autem longe post terminum ante condemnationem dicit eum non posse nunc venire, soluat expensas, sicut & ipse reus principalis solueret, vt dictum est. licet ergo dicatur hic, suprà l. proxi. in fi. in termino sibi dato, & infra terminũ, &c. non excludit quin possit, si res sit integra. Non ob. ff. rem ra. ha. l. bonorum, vbi infrà. tempus quo posset peti debet haberi ratum, quia & hic infra tempus venit, s. antequam condemnetur.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tissimè affirmabatur, & per consequens citationem nullam, vt constat ex relatis per Vant. tract. nullit. sub rubric. an qualibet sententia possit dici nulla nu. 14. & in rubr. de nullitat. processus ex defectu citationis in princip. & Præses de Franch. decis. 514. num. 2. per totum vbi dicit per sacrum Consilium annullatam fuisse citationem ad foriudicandum.

Confirmabantur prædicta ex traditis per Iacob. de Arena in l. aut qui §. sed & seruius. ff. quod vi, aut clam quem refert, & sequitur Guid. Pap. cons. 121. in quinto dubio, & decis. 435.
7 in princ. quod † citatio viri facta vxori non obest marito posset. n. illum odio habere, & illi minimè notificare.

Et tandem adducebatur Bart. in extrauag. ad reprimendum in vers. neglexerit in princ. quem refert, & sequitur Gig. in tract. de crimine læsæ maiestatis sub rubric. qualiter in crimine læsæ maiestatis procedatur q. 14. nu. 3. & seq. quod vbi constat citationem non potuisse peruenire ad notitiam, non po-
8 test quis contumax reputari, † ex citatione enim nulla, contumacia non contrahitur per Afflict. decis. 366 nu. 16. Azeued. lib. 4. nouæ recollectio. tit. 3. *de los emplazamientos* l. 15. nu. 4. ibique nu. 5. subdit citationem contra stylum Curiæ, vel consuetudinem non constituere in contumacia post Boer. decis. 235. in fin. Didac. Perez lib. 3. ord. tit. *de los emplazamientos* ad l. 1. quæst. 11.

Secunda nullitas erat quia fuit denegatus terminus ad perquirendum delinquentes, quos vel consanguineorum interfecti multitudo, atque potentia, vel Iudicis, vel Principis ira fugauerat ad quod adducebatur Afflict. in const. grandis vtili-
9 tas nu. 19. † qui dicit non esse infamem contumacem, quando contumacia est sinè turpitudine, vtputa quia fuit citatus in domo, & hoc nesciuit, vel iram Iudicis fugit non quod sit in culpa & secundũ Andr. hic licitum est dare locum iræ, vt dicit Apostol. ad Roman. c. 12. Ira enim viri iustitia Dei non operatur cap. ira 11. quæst. 3. & de hoc an † & quando ira habeat excusare, vide Dominicum 2. quæst 3. §. notandum Fe- 10
lin. in cap. dilecti filij vltima colum. de except. Petrus Gerar. sing. 16. nu. 2. & Hyppol. sing. 616. hæc Afflict. ex quo dicebatur contumaciam contractam fuisse nullam ex traditis per Bart. in dicta extrauaganti ad reprimendum d. ver. neglexerit nu. 3. & Gigas d. quæst. 18. nu. 6. & Io. Ant. de Nigris in cap. Regni post commissum nu. 37.

His replicabatur per parte Regij Fisci primo quòd licèt fuisset emanatum bannum prædictũ, attamen hoc non obstabat, primo quia post dictam prohibitionem fuerunt citati, & citatio fuit facta præsentibus, & audientibus omnibus familiaribus iuxta formam nostræ constitutionis, nec poterant inquisiti allegare, quod eorum familiares non denuntiauerant,
† cum citatio facta domi non exigatur, vt ad eorum noti- 11
tiam citatio perueniat, cum sufficiat citationem factam esse domi secundum tradita per Glos. & Andr. hic, nec obstabat quòd per bannum erat prohibita allocutio, quia id debet intelligi in his quæ sunt contra Fiscum, non quæ continent fauorem ipsius iuxta tradita per Aym. in consil. 2. & Soccin. in l. 1. ff. de verb. obligat. & † quod prohibitus alloqui, non est prohibitus scribere. His replicabatur pro parte inquisitorum, primo quod Aymon. & alij docto. loquuntur ad excusandum inquisitum, quando videlicet stante prohibitione alloquendi dubi-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

etur: secus esset in actore, si eius procurator esset insufficiēs, etiam in peremptorio die, quia postea ei non supplebitur, cum sit iam circunductum peremptorium. ff. de iudi. & l. si post. in reó habet locum d. l. bonorum, & sic conceditur reo, quod nō actori, argum. C. de dila. si quando. ff. de do. excep. l. purè. §. fin. & subtiliter colligitur. C. de temp. in integr. restit. l. petè adæ à Reo conceditur re integra, vt dictum est, dummodo expensas & intercisse actori soluat à die contumaciæ, quia ius eius non debet fieri deterius. d. l. & si post tres. Iudea tamen potest reum contumacem die peremptorij vltima hora condemnare, quod dic, vt dicitur extra de offic. deleg consuluit. In contractu totus dies † esset soluentis. Institut. de verb. oblig. §. omnis. & de inutil. stip. §. fin. Potest etiam expectare & gratiam in tempore facere. C. quomodo & quando iu. l. t. peremptorium circunducitur morte rei, sicut actoris. ff. de re iud. in sum. §. fin. & tunc si transfertur iudicium in hæredem, citatur ea integro, sicut & in contractu interpellatur hæres iterum. C. de iu. emp. l. pen. in glo.

† ADDITIO. *No. ex verbis And. quòd si dantur duæ vel tres dies ad comparendum, poterit condemnari vltima hora diei, & sic non expectare lapsum termini totius.* De Bottis.

C*itationis litera*. Nunc quæritur. his dieb. proximis est de facto tractatum, quidam accusatus est de morte Sempronij, & propter sui contumaciam ad tertiam partem bonorum mobilium condemnatus, reliquis bonis eius vsque ad anni circulum annotandis. & quia crimen prædictum fuit euidens atque notorium, iudea contumaciam puniens, in exemplum, motu suo domus fecit dirui, in quib. erat solitus dictus contumax habitare, quod frequenter iudices motu proprio faciunt, vt ff. commn. diui. l. si is cum quo. Elapso verò anni spatio à tempore condemnationis eiusdem, cum prædictus iudex instante parte contra accusatum ipsum vellet procedere ad forisiudicationis sententiam proferendam, citari fecit eundem, quę citatio in prolatione dictæ sententiæ per supradictum ritum curiæ opportunè requiritur citator autem cum inuenisset domum dirutam accusati, ac neminem ibi habitantem ipsum iuxta præsentis constitutionis edictum citare nequiuit, quæritur qualiter sit procedendum vlterius in citatione prædicta. Circa quod dicendum videtur probabiliter, quod cum modus citationis per constitutionem istam inductus de citando in propria domo seruari non possit, quia domus est diruta, seruabitur modus legis antiquæ, vt fiat citatio per edictum publicè propositum, seu præscriptum, sicut fiebat per leges antiquas, vt in Auth. de litigiosis §. omnem. colla. 8. arg. ff. de instit. actio. l. sed & si pupillus. §. proscriptum. & ff. de seruis fugitiuis. l. s. in fi. aliàs incipit lea, In publicum. Et hoc probat arg. efficax præsentis constitutionis, vt infra sequitur, quòd si domus non reperiatur citare volenti, literas citatorias in limite domus poni iubet. Dicimus autem ponendum citationis edictum in locis frequentioribus ciuitatis vnde homines communius, frequentius, & vsitatius transeunt, argum. bonum & expressum. C. de defensoribus ciuitatum l. iubemus. Est etiam regulariter, quod quoties beneficio noui iuris non valet vti, debet recurri ad subsidium veteris constitutionis, argumentum bonum. ff. de reg. iur. l. quoties. Barthol. de Capua.

In verbo, Exequatur. No. ad quæstionem de facto Neap. Qui-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

dubitatur an pœnam incurrerit, qui scripsit allegando se alloquutum fuisse in beneficium Fisci. In isto tamen casu agebatur de puniendo per contumaciam eo, ad quem citationis notitia peruenire non potuerat ex quo illius familiares obedientiam præstiterant edicto per Curiam emanato, nec se exponere voluerunt periculo pœnæ dicti banni, & interpretationis per Iudicem faciendæ, cum opinio illa habeat suos contradictores, licet hæc de iure sit verior in facto tamen refert Benuenutus Strac. in additione ad Crauet. in d. consil 3. tempore felicis recordationis Pauli Quarti fuisse prohibitum sub pœna vltimi supplicij moniales alloqui, & cum quidam sexagenarius in aperto loco etiam præsente sorore moniali alloquutus fuisset quandam monialem affinitate coniunctam, decapitatum fuisse. Nec practicari potuisse absque magno timore, nam si aliquis accessisset, vt illis de citatione notitiam daret, isque postea captus fuisset non vtiquè admissa fuisset hæc ex-
17 cusatio. † Nec assertioni, inquisiti stari debet in ijs quæ sunt de genere prohibitorū Bart. in l. inter omnes §. rectè post nu. 2. ff. de furt. Dec. consil. 155. nu. 6. Felin. in cap. significasti nu. 3. in 2. limit. de homic. & facilè fuisset statutum eludere, eo magis quia si non pœnæ banni, attamen molestiæ carceris periculo se exposuisset. Et vt appareret prohibitionem in sui robore stetisse, adducebatur quod porrecto per consanguineos memoriali Illustrissimo Proregi quod liceret consulere, & alia
18 facere pro inquisitis, fuit dispensatum per Excellentissimū † D. Franciscum de Castro tunc Regni Locumtenentem, & Capitaneum generalem, virtute, nobilitate, & prudentia supra etatem nulli ex suis prædecessoribus secundum.

His accedebat quia prohibitio non solùm erat respectu loquelæ, Verùm etiam erat prohibita consultatio, accessus,
19 auxilium, atquè commercium † quæ verba geminata magis operantur ad notat. in l. Balista. ff. ad Trebellia. in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. lib. 11. Idque confirmatur ex eo
20 quod dicunt Doct. quod quamuis † statutum pœnam capitis, homicidio imponens restringatur ad homicidium dolo commissum, si tamen verbis geminatis vtatur, seu quouis modo, intelligitur de homicidio etiam sine dolo commisso Salycet. in l. 2. nu. 9. ver. & idem dico, C. de noxalib. Ias. in l. in actionibus nu. 30. versic. limita. ff. de iureiur. Bellon. consil. 8. nu. 11.

Dicebatur insuper pro parte Regij Fisci † adhuc limitatio- 21
nem non esse necessariam quia delictum erat notoriè, & apensatè commissum, vt tradit Grammat. decis 36. nu. 59. quæ nec etiam requiritur quando scandalum timeretur, nam eo casu, absque citatione condemnari poterant Innoc. in cap. tuas nos colum. 2. num. 5 vbi Hostien. de cohabitatione clericorum, & mulierum, & alios quos refert Ant. Gome. tit. de delict. cap. 1. nume. 43. ver. quòd tamen limita prout in isto casu erat propter multitudinem consanguineorum occisi.

Sed his respondebatur doctrinas prædictas per fiscum allegatas non habere locum in casu isto, nam intelliguntur quod
in causis prædictis non sit necessaria † citatio verbalis, quæ 22
regulariter præcedere debet, & propterea in notorio delinquente non sit expectandum tempus verbalis citationis, sed statim sit recurrendum ad citationem realem, omissa verbali quod declarauit Foller. in praxi criminali in verb. item quod est notorius delinquens. nu. 23. & idem est quod tradit Innoc. in loco allegato. Prætereà dicebatur non esse expeditum
† in notorijs citationem non requiri cum contrarium firment 23
Bald. in l. presbyteri num. 11. C. de episcop & cler. in cap. ad nostram lib. 3. num. 4. de iureiur. in l. eum fratrem nume. 8. C. de his quibus vt ind. Aret. in l. in illa colum. 4. vers. & similiter respondemus ff. de verb. oblig. & cons 163. nume. 7. quem sequitur Dec. cons 487 num. 28. Abb. cons. 68. post num 4. vol. 2. & cons. 3. colum 3. vers. hinc est, quòd etiam vol. 2. Felyn. in cap. cum olim nu. 35. de sent. & re iudic.

Item possunt procedere contraria vbi constaret nullam competere defensionem, vel vbi contumacia præcederet, tunc enim ad finem condemnandi non est necessaria citatio, & ita loquitur Areued. lib. 4. recop. tit. 3 l. 14. nu. 3.

Quo verò ad secundam nullitatem attinet adducebatur dispositio text. cap. Regn. post commissum vbi expressè habetur
† eum, qui conuictus est vel visus tempore delicti non esse 24
admittendum, vt gaudeat dilatione, quæ ab eius amicis petitur cum censeatur affectata absentia ad effugiendam pœnam sed

ANDREAE DE ISERNIA.

Quidam dux commisit Iustitiario terræ Hydrunti, vt faceret citari quendam Baronem super quæstione feudali per se, vel per alium, Iustitiarium commisit citationem alijs, ille verò citauit prædictum Baronem, & fecit relationem Duci, & non Iustitiario. dubitabatur nunquid talis relatio valeret? & determinatum fuit per sapientes Neapol. quòd sic. & hoc probatur. ff. de hære. inst. l. impuberem. §. qui codicillos. & l. asse toto. eo. tit. Barth. de Capua.

In ver. Assignetur. Sed hodie hæ litteræ citationis principalibus non assignantur, sed earum copia principali personæ, si vult eam. Bart. de Cap.

In verbo, Volumus. Sed quid si ille qui debet citari, sit magna persona, ita quod dubitatur ire ad ipsum citandum? dic quod sufficit quod ponatur citatio in loco vicino, seu in ecclesia vicina illi citando. ita And. de Isernia, in col. de milit. vasallo, qui contumax est. Imò plus, quod statim verbo citandus, vt no. ibidem. & est casus extra de foro compet. c. 3. & ibi per Ioan. Andr. Nicolaus Ruffus.

In textu, domi. No. quod si citandus non inuenitur, debet fieri domi, & ad hoc, vt valeat citatio facta domi, quando citatus personaliter non inuenitur, quæ sint necessaria, dic vt per Archid. extrà de elect. c. 1. in gl. super ver. nunc circa primum. Petrus de Monteforti.

In tex. §. si verò. Super hoc vide, quod no. in c. causam §. quòd si forsan. in Cle. de elect. Petrus de Monteforte.

In gl. ille verò ibi, demandare. de quo dic extra, de offi. deleg. c. fi. per Inno. vbi no. quod sic, & ibi. Sed videtur, quod non possit: quia certum ministerium eis commissum est, vt extra, de offi. deleg. cap. quoniam. nisi mandatum esset eidem quòd citet per se vel per alium similem, extra, de dolo & contu. c. vlt. sed de iure ciuili, executor ambassiatam sibi commissam alij executori delegare non potest. arg. C. de exact. tribu. l. missi opinatores. lib. 10. Barth. de Capua.

Hic etiam quæritur, quid si aliquis habet domum, in qua habet familiam, vt hic dicitur, & apothecam in qua continuò laborat, vbi erit citandus? dic, vt extra ordinem, not. in l. in lege censoria, ff. de verb. signif. Barthol. de Capua.

In tex. denunciatio domi fiat. Si verò citandus non habeat domum, quia forte ex crimine eius est diruta, seruetur modus legis antiquæ, vt fiat citatio per edictum publicè propositum, vt Auth. de litig. §. omnem. & ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. proscriptum. & de seruis fug. l. 2. alias, in publicum, pro hoc infra in limine domus; & intellige in locis frequentioribus arg. C. de defen. ciuit. l. iubemus. Est enim regulare, quod quoties beneficio noui iuris aliquis uti non potest, recurritur ad subsidium veteris constitutionis. argum. ff. de regul. iur. l. quoties duplici. Barthol. de Capua.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

sed pro parte inquisitorum dicebatur non obstare cap. prædictum cuius dispositio non procedit quando fuga potest aliqua probabili causæ velari, vel colorari vt habetur per Nig. in d. c. post commissum post num. 11. ver. nec hoc casu. Hæc autem poterat colorari ex consanguineorum interfecti multitudine, atque potentia, & vbi locus citationis non est tutus excusatur non comparēs, immo citatio est nulla Corn. cons. 231. volum. 4. & latè Ripa in tractatu de peste 3. part. 2. part. nu. 1. & sequen. & Azeued. d. l. 14 nu. 10. & ex banni prædicti emanatione, quod bannum fuerat contra stylum cum præcesserat
21 citationem. Item contra id quod seruari debet † cum personis Illust. quæ omninò citari debent vt ex tex. in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. probat Foller. in sua praxi in ver. vel eos verbaliter citari faciat nu. 19. præterquàm quod forma dicti banni fuerat insolita, si enim alloquentes cum ipsis vltimi supplicij pœna veniebant puniendi, quanto magis poterant id de semetipsis timere, vnde iustam non comparendi causam habere dicebantur, & sic decretum contumaciæ corruebat iuxta tradita per glo in l. 1. in vers. hoc iudicium in fine ff. si quis in ius vocatus non ierit, & tradidit Ias. ibi num. 24. 33. & 34. Boss. in pract. crimin. sub rubrica de iudic. nu. 135. Idquè confirmatur ex eo quòd dicit Ias. in l. 1. in §. is videtur num. 30. ff. si quis
22 ius dicenti non obtemperauerit † non comparentem excusari, nec posse molestari quando in banno esset apposita pœna inconsueta. † Item non valens comparere propter im- 23
pedimentum excusatur à contumacia Azeued. d. l. 14 nume. 2. ibique exempla iusti impedimenti subnectit.

Hæc omnia fuerunt latè excussa, & vim faciebant iudicantibus sed quia delictum propter suas circumstantias reputabatur grauissimum, & licet hæc omnia tunc processissent, & elapso iam anni circulo potuissent comparere, neque inde aliud sperare potuissent, quam velut iterum citarentur, vel vt concederetur dilatio ad comparendum contumacia sublata, idquè paucorum dierum tempus fuisset, & ipsi habita notitia comparere debuissent fuit dictum quòd Magna Curia Vicariæ benè prouiderat in reputando eos contumaces, & quòd hæc
omnia potuissent † allegari per ipsos quando existerent in 24
carceribus ad euitandum inditium quod ex contumacia resultat, quod hoc casu non erat necessarium quia erant conuicti, sicuti etiam, quæ allegabantur de causa homicidij.

† An autem cessante impedimento citati sit iterum citan- 25
dus, vel teneatur absque noua citatione comparere videatur Greg. Lopez. ad l 37. tit. 1. par. 5. in ver. *luego* relatus per Azeued. d. l. 14. nu. 33.

T *Recepto à familiaribus sacramento*. Hoc hodie non seruatur, sed sufficit, vt citatio domi fiat prout hic.

Cita-

Citatio fiat coram duobus testibus quorum nomina scripta sint in relatione Nuncij. h. d. Tapia.

PRAGMATICA II.
De ordine iudic.

QVilibet agere volens, aduersarium Iudicis commissione præcedente citare faciat personaliter, vel ad habitationis domum, per citatorias litteras continentes ipsius citationis causam, de qua citatione per relationem Nuncij constet, cum subscriptione duorum testium, qui præsentes dictæ citationi fuerint, si fiat in loco vbi copia haberi possit: Alibi autem sufficiat coram duobus non aliter se subscribentibus, dum tamen Nuncius in relatione mentionem faciat de eorum nominibus, ad pœnam tarenorum decem à Nuncio exigendam. & citatio aliter facta non valeat nisi reus comparuerit, quo casu habeatur pro solemniter citato, non tamen præsens citationis forma requiratur in casibus, in quibus de iuris dispositione, citatio per edictum, vel per proclama admittitur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

AD hanc Pragm. vide quæ scripta sunt per Foller. in pract. criminali ver. fiat relatio Nuncij, hæc pragmat. est etiam posita in titulo de Algozerijs in lib. 2.

Citat.

a PRiuilegia. Tollit hæc conſtitut. quædam priuilegia quarundam ciuitatum, quorum authoritate non tenebantur homines illius loci, vel ciuitatis pro qualibet cauſa exire illas ciuitates, & merito tolluntur illa priuilegia, quia ex diuerſitate locorum aliquod inducitur diſcrimen, &c. vt C. de temp. in integr. reſtitu. l. vacuam.

b *Irrita & inania.* Poteſt probabiliter quæri. Vtrum reſponſio, ſiue præceptum reſtringatur ad ea tantum, de quibus in ſui principio fecerat mentionem, ſcilicet, ad Curiam Imperatoris, & ad Inſtit. regionis? quod poteſt defendi, quia tunc cõſti. eſt generalis, quando principium eſt generale. Item quando non eſt ſtatuta in certis perſonis, vel certis negocijs, vt ff. de in. & fac. igno. regula. §. pen. & vlt. & C. de legib. & conſtit. l. 2. & 3. Poteſt etiam contrarium argui, quaſi illa duo nõ fuerint cauſa finalis: ſed impulſiua, ſicut dicitur de Calphurnia. ff. de poſtul. l. 1. §. ſecundo loco. & quia multa verba generalia ſupponuntur in l. ſic & aliter præponitur ſpecies, & ſupponitur genus, & econuerſo, vt ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus. §. inquit. & C. de malef. & mathema. in prima rubr. & de ſerui. & aqua. quod die, vt in ſumma de hære. & man. in princ. Primum tamen verius videtur, quia ratio legis eſt, ne maleficentia licentius committatur, magis aptatur ad Curiam Imperatoris, & Iuſtitiarij, quàm ad Camerarios, vel alios magiſtratus, ad quos non ſpectat cognitio criminalium. Sed ad Iuſtitiarium benè pertinẽt quæquè ciuiles. G.

c *Submota.* In perſona vocati.

d *Vndecunque fuerit.* Dum tamen ille qui citat citet ad locum ſuæ iuriſdictionis, & ad locum honeſtum alioquin cõtra, vt ff. de of. præſi. l. 3. & de arbi. l. cum dies. §. ſi arbiter. & ad locum tutum, vt ff. ad Trebel. de ætate. ibi, ac ei venire liceat, &c. & C. ex quib. cau. ma. l. 3. non debet enim ſe quis capitali cõmittere inimico, etiam ſi haberet literas de ſecuro conducto, vt extra, vt li. non conte. cap. accedens ad appell.

e *Fuerit.* Dummodo locus, vbi eſt vocatus, non ſit ſibi periculoſus, vt ſiquis cau. l. 3. ibi, cum tamen, &c.

Citatus à Curia Regia vel Iuſtitiarijs Regionum compareat non obſtantibus priuilegijs conceſſis locis hic enumeratis, aliàs reputetur contumax. h.d. Tapia.

IMPER. FEDER.

PRiuilegia a quibuſdam locis à nobis, vel prædeceſſoribus noſtris indulta, necnon cõſuetudines in locis ipſis obtentas, veluti Meſſanæ, Neapoli, Auerſæ, Salerni, vel alijs quibuſcunque, per quæ citati à Curia noſtra, vel à Iuſtitiarijs regionũ ſuper cauſis, quæ ad eorum iuriſdictionem ſpectare noſcuntur, ſe hactenus tuebantur, ne loca ipſa tenerentur exire ad iuſtitiam faciendam: Ac propterea citationib. ſpretis, pœnam contumaciæ euitabant, & ſic licentius maleficia committebant, præſenti conſtitutione b irrita & inania eſſe cẽſemus. Sed omni omnino diſcretione c ſubmota, quicunq; & d vndecũq; e fuerit à Iudice competenti citatus, ſi contumax ſit in ciuilibus, vel in criminalibus cauſis, pœnis ſubiaceat noſtris conſtitutionibus introductis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

PRiuilegia. Tollit localia priuilegia, ſed hodie pluribus conceduntur, quia poſitiua tollunt Principes, quando volunt. C. de legi. l. digna vox. Citatio debet fieri ad locum ſuæ iuriſdictionis.

ADDITIO. *Adde an citatus edicto ad domum, vel in loco beneficij, dicitur fictè contumax, vide per Dominos de Rota in ti. de dolo & contu. deciſ. 16. in nouis.*

Et ad locum honeſtum, & ad locum tutum, quia inimicis non debet ſe citatus committere, etiam ſi aſſecurent eum, & ad locum citetur non periculoſum, vt in glo.

PRiuilegia. Contra hanc conſtitutionem Beneuentani habent cap. ſtatuimus. & habent quod non teneantur comparere pro quacunque cauſa extra ciuitatem, & communiter aliæ ciuitates hodie cum derogatione huius conſtitutionis, in bona forma. Pet. de Montef.

In glo. ſuper verbo, ſubmota. No. ex iſta gloſ. quòd quando quis citatur, debet citari ad locum ſuæ iuriſdictionis, & ad locum honeſtum & tutum, aliàs non tenetur ire, nec debet ſe caput alicui inimico committere, etiam ſi haberet literas ſalui cõductus. Petrus de Montef.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD id quod dicit Pet. de Monteforte quod Beneuentani habeant cap. vt non teneantur comparere pro quacunque cauſa extra Ciuitatem. Dic quod hodie non procedit, cum Beneuentani ſint penitus exempti.

Citatio debet notificari die non feriata, aliàs eſſet nulla ſi in loco vbi fit citatio celebraretur aliqua feſtiuitas, data tamen citationis poteſt fieri die feriata. h.d. cum Ritu ſeq. Tapia.

IOANNA II. Rit. 116.

ITem a ſeruat dicta Curia, quòd citatio * debet fieri die feriato, vt compareat die non feriato.

a ADDITIO. *Vt ſi Curia ipſa regeretur in vno loco, puta Neapoli, & quodam die quidam citaretur in aliquo alio loco, puta Salerni, vbi dicto die eſſent feriæ, puta, quia ibi celebraretur à clero & populo aliquod feſtum, & eodem die in loco vbi Curia prædicta reſideret & regeretur, puta, fortè Neapoli, non eſſent feriæ tunc citatio non valet, quia attenditur locus facta citationis, & ita practicatum eſt multoties, & obtentum per dictam Curiam ad præſens.*

* ADDITIO. Citatio. *Adde quòd vbi Iudex in citatione excedit modum & ſtylum conſuetum, impunè non paretur, & talis citatus excuſatur à contumacia. ita habetur per Hyppol. in l. fin. nume. 37. 38. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in ſing. 117. adde Andr. in rubr. conſtit. Regni, edictorum.* De Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIde Carauit. hic qui benè gloſauit, & idem eſt de iure communi, † nam citatio facta die feriata non valet vt poſt Specul. & alios dicit Foller. in ver. vel eos verbaliter citari faciat num. 34. & ſequitur Carpan. ad ſtat. Mediolan. ad cap. 1. nu. 124. Sed in quantum Foller. loco citato dicit quod adeſt ritus qui incipit idem ſeruat dicta Curia quod citatio, per quem vult, quòd valet citatio die feriata, dic quod ille Ritus diſponit quod poſſit fieri citatio die feriata, ſed non per hoc ſequitur, quod poſſit notificari die feriata quia contrarium eſt diſpoſitum per hunc Ritum.

IOANNA II. Rit 117.

ITem prælibata Curia solet seruare hanc practicā, quòd data commissionis cuiuslibet, vel data citationis cuiuscunque potest fieri sub quocunque die etiam feriato, die etiam paschali, & ea, quæ concurrunt in dicta commissione, vel citatione, si sit actus iuridicus, debent fieri die non feriato, puta, debet quis citari non feriato, & attenditur vtrum sit feriata vel non, consuetudo loci in Regno, in quo loco fuit facta citatio, vel ille alius actus, quando tamen committuntur citationes à parte, sicut si quando quis debet citari, qui sit in loco, * vbi Curia regitur, & eius loci pertinentijs, tunc dies datæ talis citationis debebat esse iuridicus secundum consuetudinem dictæ Curiæ in ipsa Curia diutius obseruata.

* ADDITIO. In loco. *No. quòd ostenditur locus factæ citationis, non autem locus iudicij contra opin. Innoc. & aliorum in cap. fin. ext. de fer. & ita fuit obseruatum in Magna Curia Vicaria, die 23. Decembris 1556. in causa liquidationis instrumenti ducatorum quinquemille, ad instantiam D. Marini Spinelli contra Illust. Marchionem Oria, quod decretum fuit confirmatum per sacrum Consilium die 4. eiusdem, Actuarius egregius Antonius Micleaus.* De Bot.

Ritus iste seruatur, vt per Carau. hic. Tapia.

Triduum semper expectatur post citationem. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 118.

ITem no. quòd si fit mandatum alicui extraordinarium, tamen non in aliqua causa, vbi sit inchoatus processus ad aliquam pœnam, semper expectatur ille, cui est factum mandatum triduo, vt fit in citationibus ordinarijs, & hoc semper seruauit, & seruat ipsa Curia de consuetudine antiqua.

Dies notificationis non computatur in termino concesso ad comparendum. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 219.

OBseruat ipsa Curia, & omnes aliæ Curiæ huius Regni, quòd vbi quis citatur, vt 15. die, vel alio quocunq; post citationem compareat in dicta Curia. non computatur in illis 15. diebus illa dies, quo fuit facta citatio, id est, quo fuit citatus.

CVm hoc Ritu cōcordat statutum Mediolani in cap. 103. sub tit. de dilationibus. Tapia.

Citatio circumducitur quando infra tempus hic statutum non est notificata, & accusata prima, & vltima contumacia, vt in Ritibus sequentibus. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 219.

ITem [a] si quis impetrat citationem * à dicta Curia non potest eam tenere semper, & non facere citare eum, contra quē impetrauit, sed debet curare dictus impetrans, quòd citetur aduersarius suus, & in criminali banniatur & condemnetur, & in ciuili, vt condemnetur infrà sex menses, si est propè locum, vbi curia regitur per vnam dietam: si verò est infra duas dietas, tunc infra 8. mens. si verò vltra duas dietas vsque ad quatuor inclusiuè, tunc infra 10. menses; si verò vsque ad quatuor, infra annum. Aliqui dicunt infra sex menses in omnibus prædictis casibus vbique per regnum, aliàs citatio euanescit. Et sic determinatum fuit in causa D. Iacobi Barilij.

a ADDITIO. *Et hæc obseruantia facta fuit. quia quidam impetrabant citationes, & eas tenebant longo tempore antequam facerent citari, quando faciebant citare reum & assignato responsali in actis Curiæ, & accusata prima contumacia, non curabant ad vlteriora procedere, vnde infra dictos menses debent hæc omnia facere, seu curare quòd fiant, & computantur à die data dictæ citationis, vt dictum est, & in hoc, scilicet, sex mensibus concordant omnes antiqui literati & procuratores, ac scriptores dictæ Curiæ, quorum aliqui dicunt, quòd non prædicti sex menses, sed dantur alia tempora, secundum hoc amodo tenent quod vna, quandoque seruatur vnum, quandoque aliud et prædictis duabus opinionibus concordant tamen in prædicta vltima opinione, quòd dentur illa tempora limitata, &c.*

* ADDITIO. Item si quis impetrat citationem. *An autem per talem citationem circumductam indicatur litis pendentia, vide aliqua per Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras, nume. 3. & 4. extra de donat. inter vir. & vxor.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CIrca hunc Ritum dicit Carauit. hodie seruari vltimam eius partem: vt tamen tibi liqueat hæc materia citationis clarius distingue, † aut loquimur de citatione super tenore instrumenti, & hæc si sit intra Ciuitatem potest notificari infra mensem quo elapso dicetur circunducta citatio si non fuerit notificata extra eandem Ciuitatem istam infra duos menses circunducitur, quo verò ad alias citationes attinet seruatur quod in vltima parte huius ritus dicitur, vt scilicet infra sex menses notificari possit citatio alias circumducta dicatur, debetque etiam procedi ad accusandum primam & vltimam contumaciam prout in Ritu sequenti, & ita practicatur.

IOANNA II. Rit. 122.

ITem [a] seruat ipsa Curia, quòd si aliquis impetrat citationem ciuilem vel criminalem ab ipsa Curia, non potest eam tenere à die dictæ citatio-

a ITem seruat ipsa Curia, quòd si aliquis impetrat, &c. In vet. sex menses, &c. vide omnō alium ritum inf. incip. Item si quis impetrat citationem, &c.

tationis, nisi per sex menses. Vnde infra tempus sex mensium debet facere citare reum, & assignare responsale in actis, & accusare primam contumaciam, & facere condemnare in ciuilibus ad tertiam, vel in criminalibus banniri, & condemnari. Dico banniri & condemnari secundum constitutionem Regni.

Quando plures sunt citati, si contra vnum accusetur contumacia, & non contra alios citatio circumducetur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 107.

ITem seruat ipsa Curia, quòd si in vna citatione sunt multi quotquot sint citati, & pars actrix vel accusatrix fecit vnum condemnari tantum, vel banniri, & condemnari semel vt fit contra contumaces, non potest demum alios condemnare, seu condemnari facere, vel banniri alijs diebus sine noua citatione & processu. Et similiter si vnus eorum citatorum venerit tanquam obediēs, & die quo venit, fecit scribere comparitionem suam, & sequenti die iuridica fecit condemnare actorem in tribus tarenis, vel accusatorem in sex, & licentiatus recessit, vt fit semper, omnes alij citati in ipsa citatione sunt licentiati, & non possunt banniri, neque condemnari sine noua citatione.

IOANNA II. Rit. 177.

ITem quòd quæcunque citationes in processibus factis, nunquam ponantur in processibus, sed in fasciò citationum, & hæc duo semper fuerunt, & ad præsens seruantur per dictam Curiam.

HIc Ritus hodie non seruatur, vt etiam tradit Carau. hic, quo ad citationes ciuiles, sed quò ad criminales benè seruatur quia ponuntur in fasciculo. Tapia.

Citationes, postquam accusata est contumacia conseruentur, nec per aliquem tangantur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 113.

ITem quòd omnes citationes, postquam accusata est prima contumacia in cassono magno cōmuni dictæ Curiæ ponantur, & conseruentur, & quòd nullus audeat abinde ipsas recipere, nisi sit procurator in ea, vel eum tangat, & quòd ea recepta scribat, & annotet in quaterno, seu manuali in prædicto cassono existente.

Citationes Iudicum extra Regnum non notificentur nisi Rege consulto. h.d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De citationibus.

FERDINANDVS &c.

CVm nulli liceat re, vel verbo, aut litteris aliquem citare pro quauis causa in alieno territorio, quod sub eodē supremo dominio, sub quo citans, seu citari mandans non sit, sed literas scribere debeat Iudici, in cuius territorio fuerit citandus, vt ipse Iudex citationis literas ipsi citando notificet, seu ipsum citandum citet. & nouiter (vt percepimus) nonnulli citati fuerunt, atque iussi, & literæ citationis, & mandatorum præsentatæ sibi per nonnullos ex parte diuersorum officialium, siue Iudicum alterius, quam nostri dominij in hac Ciuitate Neapolitana, in qua commorabantur prædicti citandi, siue iubendi, vt coram eis, pro his, quæ per eos commissa prætendebantur, siue causis alijs repræsentarent, aut comparerent in terminis inde sibi statutis, atque præfixis nulla nobis inde super his petita, atque obtenta licētia; imò absq; nostræ Maiestatis cōscientia. Propterea nos super his prouidere volentes, ne quisquam similia de cætero, attentare præsumat volumus, & tenore præsentium de certa nostra scientia statuimus, ordinamus, atque iubemus, quod nullus de cætero attentare præsumat, nec in ipsa Ciuitate Neapolis, nec in qualibet parte, siue loco dicti nostri Regni Siciliæ, quemlibet ibi commorantem, siue quod ibidem quomodolibet reperiri contingat, ex parte quorumuis officialium, siue Iudicum, & cuiusuis superioris, siue domini, ac dominationis alterius, quàm nostri dominij, aut qui nostro dominio, siue iurisdictioni non subsit, re, verbo, vel literis, pro quauis causa citare sine quicquam eis iubere, siue mandare, aut sibi literas cuiusuis citationis, iussus, siue mandati præstare, siue exhibere, vel ostendere siue legere, aut quouis modo intimare, aut notificare, per se, vel alium quomodolibet præsumat, aut quodcunque agere, per quod ad ipsius notitiam id deducatur. si quis autem in his, vel eorum aliquo contrauenerit, siue fecerit, aut contrauenire, siue fieri tentauerit, pœnam confiscationis suorum bonorum omnium ipso facto incurrat, & aliam nostro arbitrio reseruatam. Et ne præmissorum quisquam ignorantiam prætendere possit, membranas præmissa continentes poni & affigi volumus, & mandamus, ac affixa stare in valuis Castri noui Neapolis, Dohanæ nostræ, ac Magnæ Curiæ Vicariæ, cum non sit verisimile remanere occultum, quod tam patenter se exhibet oculis singulorum.

Datum Neap. per magnificum virum Lucam Tozolum, &c. in cuius rei testimonium, &c. Die 24. Aprilis. 1473. Regnorum nostrorum anno 16.

Rex Ferdinandus.

Pascalis Garlon. N. A. de Monte, Locumtenens Magni Camerarij. Dominus Rex mandauit mihi Antonio de Petrutijs.

Citatio debet fieri cum Iudicis subscriptione. h.d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De citationibus.

CAROLVS QVINTVS, &c.

QVoniam hucusquè citationes in causis criminalibus fieri, & extra Neapolim mitti consueuere, post solam informacionem captam per vnum ex Magistris actorum: absque eo quod à Iudicibus inspectæ fuerint informationes, in graue

damnum nonnullorum: Propterea statuimus, quod nulla post hac citatio expediri, & extra Ciuitatem Neapolis mitti possit, nisi sit prius inspecta informatio, capta, saltem per vnum ex Iudicibus, & per eum citatio sit subscripta, atque sigillata, si secus factum fuerit, actorum Magister falsi pœnam incurrat.

In Relatione Nuntij seruentur capitula Regni, h.d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De citationibus.

CAROLVS &c.

Quia, vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendũ, & prouidẽdum, vt tollatur ab inde omnis dubitatio, quæ fieri & allegari possit in citationibus contra prætensos delinquentes faciendis per magnam Curiam Vicariæ, & ne amplius possit in dubium verti, si reus, qui fuit citatus, & postmodum forjudicatus, fuerit legitimè citatus, vel non, vel de relatione Nuncij citantis dubitari amplius contingat, statuimus, & ordinamus, quod in causis criminalibus, in quibus rei postulati erunt citandi in eorum domibus, seruetur ab inde T capitulum Magnæ Curiæ Vicariæ statutum in citationibus faciendis in causis ciuilibus & mixtis. Addendo ad dictum capitulum, mandamus quod Nuncius qui fecerit dictam citationem iuxta formam dicti capituli, debeat præsentare citationem ipsam Magistro actorum causæ, qui debeat in pede dictæ citationis continuare manu sua diem præsentationis dictæ citationis, & illam in actis inserere, cum relatione dicti Nuncij.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Capitulum Mag. Cur. Vic. Dic formam esse quam tradit Pragm. 1. de ordine Iuditiorum.

DE

DE CVRATORIBVS AD LITEM DANDIS PVPILLIS.
Rubr. x.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Cum hoc titulo concordat dispositio l. 1. C. qui petant tutores, vel cu atores, & habetur in l. 14 tit. 16. par 6. & in statutis Mediolani cap. 34. tit. de curatore dando ad litem vbi plura tradit accuratissimus Carpan. illorũ statutorum glosator.

Hic autem titulus maximam continet legislatoris prouidentiam, cum legitimam personam non habentibus de legitima prouideat.

Pupillis litigantibus Curia dat curatorem ad litem. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 291.

Item quòd pupillis litigantibus in eisdem Curijs, seu altera ipsarum asserentibus se carere curatoribus Curia ipsa dat curatorem ad litem absque aliqua difficultate, & causæ cognitione.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Iste Ritus loquitur in pupillis, quibus datur curator etiam si non petierint, & licet Carauita hic dicat hunc Ritum non seruari, attamen Afflict. decis. 256. ad intellectum, l. qui habet §. si pupillus ff. de tutelis † dicit pupillo dari curatorem ad li- 1
tem per Iudicem, etiam si ipse pupillus non petat, est tamen verum, quod hodie practicatur id quod dicit Carauit. † hic 2
de vocando minorem coram Iudice respectu maioris septennio, cum respectu minoris septẽnio nõ sit hoc necessarium, si autem prædicti minores noluerint petere tunc datur inuitis, vt dicit l. 1. C. qui petant tutores & refert Petr. Greg. Tholos. in sintag. Iuris par. 2. lib. 13. cap. 3. ad quod faciunt quod tradit Marant. in specul. 4. par. distin. 17. num. 17. Muscatell. in sua praxi par. 2. glos. intimato, qui licèt dicat remitti arbitrio Iudicis an velit cogere minorem ad petendum curatorem captis pignoribus, vel ipse dare, attamen hodie seruatur, quod ipse Iudex, dat non autem, quod compellatur solet tamen dici q petat aliàs compellatur sed equè est ipso non petant, dare.

IOAN-

IOANNA II. Rit. 294.

*ADDITIO. Item seruat ipsa Curia, quòd cum aliquis tutor. *Dicit Luc. de Pen. in l. vnica, C. de profes. dig. lib. 12. quòd cautela est quòd contra tutorem opponatur, dico te non fecisse inuentarium: & si te fecisse apparcat, peto inde copiam mihi fieri. vide Ang. in l. ait prætor. §. potestatem. ff. quibus ex cau. in pos. eat. & per Bart. in l. 1. ff. de curat. bo. dan. Paris. de sindic. in verbo, sententia.* De Bottis.

Item seruat ipsa Curia, quòd cum aliquis tutor, * vel curator tutorio, vel curatorio nomine contestatur litem in iudicio, siue conuenti, siue conuenientis nominibus, quibus supra, admittũtur per ipsam Curiam, etiã si non habeant instrumentum tutelæ, vel curæ, siue veniant etiam cum pupillis, siue sinè. Verùm facta litis contestatione & iuramento de calumnia, & dato termino ad probandum, datur vnus alius terminus ad docendum de solennibus, idest, de curis & tutelis, infra quem si non docent, non recipiuntur iura ipsorum tutorum, vel curatorum nominibus quibus supra, &c.

DE

DE PROCVRATORIBVS. Rubr. xj.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Concordat tit. ff. & C. de procurat. & idem tit. in lib. decret. & in 6. Apud Hispan. tit 5. part. 3. apud Mediolan. in Statutis ipsorum cap. 151. specul. latè in tit. de procurat. Consal. de pace in sua praxi 4. annot. de procurat. Io. Milleus praxi criminali Franciæ tit. de procurato. quibus in locis, quæ ad hanc materiam pertinent videre poteris.

Procurator cum potestate substituendi non potest facere alium procuratorem ante litem contestatam nisi dicatur in specie. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 107.

Item si procuratori * detur potestas faciendi alium procuratorem, & non exprimatur ante litem contestatam, procurator ipse non potest facere alium procuratorem ante litem contestatam.

* ADDITIO. Item si procuratori. *Vide Marant. in repet. l. si procur. num. 8 ff. de procurat.* De Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Iste Ritus prout Carauita dicit hic originem traxit ex l. si procuratorem §. 1. ff. mandati, & l. neque C. de procurato. quando erat simpliciter constitutus, quod tradit Carpan. ad statuta Mediol cap. 65. nume. 7. post Matthesil. sing. 130. Soccin. reg. 391 de quo articulo videndus Menoch. de præsumpt.
3 lib. 2. præsumpt. 38. † de iure verò canonico quando adest clausula cum facultate substituendi potest substituere ante litem contestatam, vt habetur in c. 1. §. 1. de procur. in 6.

Iste autem Ritus corrigit tam canonicum ius quàm ciuile, qui limitatur per Carauitam non procedere quando procurator non efficitur dominus litis. Secundò, quando esset data potestas substituendi ante litem contestatam, aduerte tamen post Guid. Pap. sing. 610. quod licèt possit substituere in causa principali non potest tamen substituere in causa appellationis.

Procurator admittitur nisi post contestationem litis in causis criminalibus in quibus potest substitui procur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 108.

Item si aliquis aut aliqua citatus, aut citata fuerit de mandato dictæ Curiæ de causa, super qua procurator interuenire potest: & vigore ipsius citationis venerit personaliter ad ciuitatem Neapolis, vel ad locum alium, in quo fortè tunc ipsa curia residet, non potest ibidem super dicta causa procuratorem constituere, nisi post contestationem litis in causa huiusmodi faciendam: & id similiter obseruari debet in actore, vel actrice. Idem modus seruetur in ciuibus Neapolitanis, seu alterius loci, in quo dicta Curia residet, qui citantur de mandato dictæ Curiæ, ipsa curia residente ibidem.

In causis criminalibus non admittitur procurator. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA XXXII.

De offic. Mag. Cur. Vic.

Regis Ferdinandi primi in anno 1481.

Item quod in causis criminalibus, in quibus veniret imponenda pœna mortis ciuilis aut naturalis, siue membri abscissionis, Causidici siue Procuratores nullo modo respondeant, ad pœnam interdictionis officij, nisi ob infirmitatem, vel absentiam citati legitimè comparuerint, secundum dictæ magnæ Curiæ obseruantiam consuetam.

IOANNA II. Rit. 109.

Item a seruat dicta Curia, quod in causis extraordinarijs super tenoribus instrumentorum etiam ad media ipsius causa * (licèt sit ciuilis) non admittitur procurator.

pter contumaciam rei non retardetur Ias. in l. sancimus, C.de iudic. debentur in quacunque parte litis accusetur contumacia, nec repetuntur, licèt contumax obtineat in causa principali Marsil in l.patre, vel marito nume. 17. ff. de quæstion. & alia plurima tradit Carpan. ad stat. Mediol. c. 19. nu. 116. & seq.

T *Sacramento accusatoris.* Idem in præallegato statuto Mediolan. vbi Carpan. num. 126.

T *Cum taxatione Iudicis.* † Qualiter autem Iudex debeat taxare expensas not. Ias. in cons. 4. colum. 2. vers. 3. vol. 3. & Carpan. loco citato nu. 128.

Vocatus in Curia, & bannitus in vltimo peremptorio si compareat eodem sero admittitur ad purgandum moram, etiam post recessum Curiam, & hoc procedit si personaliter compareat non per procuratorem. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 206.

a *Item seruat ipsa Curia quòd si aliquis bannitur, &c.* Vsque ad primum sonum potest cōparere condemnatus. adde alium ritum idē dicentem supra, incip. Item seruat ipsa Curia in citatione, in fi. vide omninò supra pulchrū ritum, incip. itē quòd plerunque, &c. vbi ponit de contumace condemnato eodem sero comparente quid requiritur ad hoc vt purget moram, & euadat contumaciam, & condemnationem, vide omnino cum hunc ritum incip. Item plerunque contingit, supra allegatum, refert, & sequitur Matth. in constitut. grandis. vit. colum. M.

ITem a seruat ipsa Curia, quòd si aliquis bannitus, & ad tertiam vel ad sextam partem bonorum condemnatur, potest comparere illo sero quo condemnatur vel bannitur vsq; ad primum sonnū, scilicet, coram Regente vel alio officiali, vel magistro actorum, vel altero eorum, & Curia scribit comparitionem eius, & dicit, quòd talis comparuit dicto die banni vel cōdemnationis adhuc ipsa pro Tribunali Curia sedente: & licet in rei veritate quando comparuit idem bannitus vel condemnatus Curia non sedebat, posito quòd compareat eodem die vsq; ad primum sonnum, non remanet tunc bannitus vel condemnatus, & idem in alijs decretis, puta, in decreto quòd imponitur contra testem non comparentem citatum ad pœnam quatuor vnciarum, vt fit per ipsam Curiam, vt compareat perhibiturus testimonium veritatis, quia in eadem citatione à tergo scribitur decretum, & vocatus & non comparens condemnatur ad quatuor vncias accusata contumacia per Aduocatum fisci, vel per alium, ad cuius petitionem fuerunt citati. Si non proceditur ex officio, sed alio modo ciuiliter vel criminaliter contumacia prima accusatur per partem, quæ fecit citare. Sed secunda accusatur per ipsam partē, & Aduocatum fisci, quia in secunda contumacia fit condemnatio vbi est cōmodū Curiæ. Et idē seruatur in omnib. cōdemnationibus similibus, & idem est in condemnationibus fideiussorum, qui eodem modo per decretum, quod scribitur à tergo, si compareant eodem die vsque ad dictam horam cum principali, quem præsentant. aliàs secus, quia remanent condemnati, extenderentur in alia charta magis extensè, puta, si expediret: Aliter in dicta citatione requisitionis eorum condemnantur, postea tamen si expediret quod fieret testimoniale, vel alio modo, & idem in omnibus condemnationibus interlocutorijs, & quocunque decreto, vel interlocutoria. Si quis tamen bannitus sic compareat debet dare fideiussores de stando iuri infra tres dies, aliàs remanet bannitus. Sunt autem prædicta vera, si prædicti dicto sero, vt dictum est, compareant * personaliter, siuè sint ciuiliter, siuè criminaliter condemna-

* ADDITIO. Dicto sero compareant. *De comparitione de sero hæc practica potest dici sumpta ex tex. l. diuus. ff. de in integ. restit. quòd contumax veniens ad Iudicem, donec sedet pro tribunali auditur, de qua per Bellac. fol. 7. num. 9.* De Bottis.

demnati, vel banniti, & non per procuratorem, etiam si procurator veniat Curia sedente pro Tribunali. Si tamen scriptus est ille actus, videlicet, lata est dicta interlocutoria, quia procurator pro tali comparere illo sero non potest, secundum antiquam obseruantiam dictæ Curiæ.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 ISte ritus prout Carauita hic intelligit locum habet in bannito pro causa criminali, non autem pro causa ciuili, † procedit tamen in liquidationibus instrumentorũ, citatus etenim super tenore instrumenti personaliter comparere tenetur.

Qui comparuit de fero, tenetur sequenti Curia esse præsens in illa, & si fuerit citatus pro causa criminali tenetur præstare cautionem. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit.204.

ITem quia plerunque contingit, quòd aliqui banniti legitimè per dictas Curias seu alteram ipsarum, & condemnati ciuiliter die quo banna ipsa, & condemnationes editę sunt, de fero compareant in Curia, ve est diutius in dictis Curijs obseruatũ, dictam eorum contumaciam purgaturi, nec amplius vlterius in Curia comparere curant in causis ipsis processuri, sed secedunt pro eorum libito voluntatis, causis ipsis indiscussis, & minimè terminatis, prædicti tales postquam de fero comparuerint coram Regente & magistro actorum iuxta antiquam formam, & curiarum ipsarum obseruantiam, & contumaciam prædictam eorum purgauerint sequenti die teneantur, & debeant, quando curia ipsa regitur personaliter comparere processuri in causis ipsis, prout iustitia suadebit, & nihilominus in omnem euentum cauere debeant de stando iuri, si quidẽ si criminalis fuerit causa infra tres dies post diem dicti banni immediatè sequentis: si vero causa fuerit ciuilis instare debeat, quòd procedatur aut à Curia ipsa licentietur, alioquin dicta eorum contumacia & bãnitio seu cõdemnatio duret, & procedatur contra eos in causis ipsis, ac si contumaces fuerint, prout de iure videbitur cõuenire.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus est in obseruantia hoc modo, quod † aut est citatus super tenore instrumenti, & tunc si ille comparuit de fero coram Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ tenetur sequenti die ostendere actuario cedulam Iudicis manu subscriptam. Aut verò citatio pro causa criminali processit, in qua etiam comparitio de fero admittitur, & tenetur cedulam prædictam actuario causarum ciuilium mensario ostendere, & vtroque casu comparere tenetur in prima sequenti Curia, quo non cõparente contumax reputatur, si vero comparet tunc, vel carceratur, vel fideiussoribus relaxatur, vel fit mandatum, quod non discedat à palatio sub pœna vnciarum quinquaginta quando delictum est paruum. 1

PRAGMATICA XIII.

De offic. Mag. Iustitiarij.

BAnditi, & contumaces ex forma Ritus Magnæ Curiæ, si comparuerint eodem fero, contumaciam purgant, & vt omnis fraudis tollatur occasio, mandamus in hoc Capitula alia seruari.

Regis Ferdinandi primi in anno 1481.

Item quod volens banditus seu condemnatus eius contumaciam purgare, non admittatur, nisi coram Regente vel altero ex Iudicibus dictæ Magnæ Curiæ fero, quo banditus fuit compareat, & sequenti die Curia pro Tribunali sedente insistat, aliter condemnatus siue banditus remaneat.

Magna Curia Vicaria in anno 1554.

Item che tutte le comparse di fero, tanto ciuile come criminale, s'habbiano da sottoscriuere per lo Magnifico Giudice, auanti del quale si compare, con farci mentione che sia noto à detto Magnifico Giudice, ò vero con esprimere, & farei mentione d'alcuni segni di quel che compare, acciò che si sappia quello c'hà da comparere.

IOANNA II. Rit 306.

ITem quòd vbi aliquis citatus vel citata ciuiliter vel criminaliter in quacunque Curia fuerit bannitus, vel condemnatus, seu bannita, vel condemnata, deinde se possunt præsentare eodem die Curia sedente pro Tribunali, vel post leuatam, & nihil recipiatur pro præsentatione, iuxta antiquam obseruãtiam Curiæ Vicariæ, & tempore præsidatus quondam Domini Ludouici de Obicis.

Dixit de hoc Ritu supra in Ritu 93. in 3. not. ibi vide. scias tamen, quod id quod hic dicitur de præsentatione: vt nihil soluatur, non seruatur, & siuè præsentet se quis Curia sedente, siuè de fero, semper soluit grana decem, primo casu, pro petitione præsentationis. Secundò casu, pro illa cartula quam firmat Iudex manu sua. vt dixi supra in d. Rit. 93. & ita etiam cauetur in pandecta Magnæ Curiæ Vicariæ, nouiter impressa in pragmaticis editis per Illustrissimum Ducem de Alcalà: in reformationibus Magnæ Curiæ pragmatica 38. incip. item diciamo. versic. item per la comparsa che si fà per li contumaci. in titulo de officio Magistri Iustitiarij. Hic non sunt alia. Salerni, die 29. Maij 1560. Prosper Carauita.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

COncordat cum hoc Ritu statutũ Mediol. 15. vbi Carpan. Quod hic dicitur de præsentatione, vt nihil soluatur non seruatur, nam siuè præsentet se citatus Curia sedente, siuè de fero semper soluit grana decem, Primò casu pro petitione præsentationis. Secundò verò pro illa cartula quam firmat Iudex manu sua, ita Carauita hic.

IOAN-

IOANNA II. Rit. 305.

ITem quòd de accusatione contumaciæ in citationibus in Magna Curia soluatur torniensis vnus tantum iuxta antiquum ordinem, & obseruantiam dictæ Magnæ Curiæ, & eodem modo de sigillo magno citationum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

CIrca huiusmodi cõtumaciæ accusationẽde qua Rit. iste loquitur habemus Regiam pragm. quintã incip. suscepti in
5 tit. de actuarijs per† quã mandatur solui vnũ granũ, sed hodie aliter seruatur, & extat pandecta Magnæ Curiæ Vicariæ nouiter impressa inter pragmaticas Illustrissimi Ducis de Alcalà in reformationibus Magnæ Curiæ pragmat. 3 S. incip. Item diciamo in vers. Item per *accusatione de contumacia* de offic. Magistri Iustitiarij quam edi iussit Illustrissimus Don Petrus Toletus per quam statuitur, quod pro accusatione contumaciæ ad citationem factam intus Ciuitatem, & districtũ soluatur granum vnum tam per Ciues, quàm per exteros, & extra Ciuitatem, & districtum per Neapolitanos grana duo cum dimidio, & per exteros grana sex, intellige pro prima contumacia, quia pro vltima exteri soluunt grana decem, & ita etiam seruatur in Regia Audientia Principatus citra, & Basilicatæ, vbi dicta pandecta aderat, antequam fuisset impressa, in alijs verò Curijs Regni aliter seruatur, & in quolibet secundum suum stylum. Quò verò ad solutionem sigilli de qua etiam ritus iste similiter loquitur aliter seruatur, & pro sigillo qui apponitur in mandatis cum clausula iustitiæ, & bannis, quæ quotidiè ad partium instantiam expediuntur soluitur granum vnum, pro sigillo autem quod apponitur in prouisionibus inhibitorialibus duo caroleni, & pro exequutorijs virtute instrumenti accusati iuxta formam ritus, soluitur secundum quantitatem certa summa supra, & infra, & aliter Neapolitani quàm exteri.

IOANNA II. Rit. 215.

ITem quòd illi qui sunt banniti, debent præstare infra dies tres fideiussores, si comparent eòdem die, quo fuerunt banniti, quæritur quid in ciuiliter condemnatis, an debent præstare fideiussores? Respondeo, non præstant, immò eo ipso quo comparent, etiam vsque ad primũ somnum, & faciunt scribi comparitionem, condemnatio illa ad tertiam, vel sextam est retractata, absque alia retractatione, sed solum scribitur quòd eodem die ibidem dictus condemnatus comparuit in dicta Curia, & debet comparere dicto eodem die personaliter, & non per procuratorem ad hoc, vt dicta condemnatio retractata intelligatur. & idem in bannito, vt si eadem die comparet vsque ad primũ somnum intelligitur esse retractatum bannum, & tertiaria. quod nota.

IOANNA II. Rit. 216.

ITem quòd de quolibet bannito extrahente se à banno, seu de pluribus, qui extraxerunt se suis vicibus à bannis simul vel separatim, fiant & fieri debeant vnum vel plura publica instrumenta debitis solemnitatibus roboranda, in quo seu quibus contineatur litera commissionis dictorum commissariorum de recipiendis fideiussoribus à dictis bannitis cum distinctione nominum bannitorum, & diuulgatione bannitorum eorundem, ac annotationibus reliquorum bonorum omnium mobilium, & stabilium bannitorum præfatorum contentorum in eisdem literis executionum, assumendaque infra terminum in dictis literis denotatum dictis solennitatibus minuenda mittant vnà cum pecunia dictorum bannitorum, & tertiariarum ad Curiam supradictam.

IOANNA II. Rit. 217.

ITem quòd post repetitionem dictarum fideiussionum commissarius ipse mandabit ex Regionali, dictęquè Curię parte dictis principalibus bannitis, si præsentes fuerint, seu eorum fideiussoribus supradictis in illorum absentia ad pœnam fideiussionum prædictarum, quatenus fuerint banniti, si quidem ipsi fuerint ex officio dictæ Curiæ banniti, quòd dictos bannitos, seu ipsos bannitos principales infra terminum per dictum commissarium eisdem bannitis, seu eorum fideiussoribus præfigendum, pro causis præmissis sistant in iudicio dictæ Curiæ & se præsentent.

DE PVRGATIONE MORÆ. Rubr. xv.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE hac materia Doct. in l. si insulam, & in l. si ita quis. § 1. ff. de verb. obl. in l. & si post tres ff. si quis cautionibus, de qua fit mentio in cap. Reg. 230. incip. Legem veterem sub eadem rubrica, & facit l. 37. tit. 11. par. 5.

CAROLVS TERTIVS. Cap. 229.

SCire vos fecimus, quòd pro bono statu fidelium Regni Siciliæ, & iustitia conseruanda ordinationes nuper fecimus tenoris & continentiæ subsequentis.

CA-

CAROLVS TERTIVS. Cap. 230.

LEgem veterem Digestorum, & si post tres, aut quinq;, plures ve dies, de iudicialis moræ purgatione loquentem, ante contestationem litis secundum sensus plurium intellectam, post litem etiam

etiam sic debere intelligi declaramus, cum eadem æquitatis ratio conclusiones varias vna terminatione recipiat, & diuersas actionis species per dissimilitudinem non excludat. His illud adijcimus, vt prouinciarum præsides, omnesquè iuridici, partes in iudicio comparentes ad renunciandum beneficio legis eiusdem, nec volentes recipiant, & inuoluntarios non compellant. Quod si contra factum fuerit, nullam efficaciam assequantur.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

TExt. in l. & si post tres procedit tàm ante, quàm post litem contestatam, nec ei potest renunciari.

Hoc cap. dicit Carauita non seruari in Magna Curia respectu fideiussorum, qui tenentur præsentare aliquem vel in causa ciuili, vel in causa criminali certa die in Rit. 63. cuius §. hic subnectitur, dicit tamen seruari in Regijs Audientijs, & alijs
1 Curijs Regni, † ego tamen vidi seruari contrarium in Magna Curia, & in Sacro Consilio, quotiescunque enim aliquis sub fideiussoribus relaxatur de tenendo palatium loco carceris, tunc si post paucos dies se præsentat non fit executio contra eum, nec contra fideiussores, quando vocatus non fuit repertus, si autem post longum temporis interuallum fuerit præsentatus, tunc seruatur quod dicit Grammat. decis. 95. quod scilicet expectetur exitus causæ in qua si fuerit absolutus pro delicto non condemnatur ad pœnam in fideiussione contentam, si verò condemnatio sequitur pro delicto, tunc etiam ad pœnam pro non præsentatione tenetur, at si inquisitus qui per palatium detinetur delictum aliud ex proposito commiserit, tunc semper in Magna Curia consuetum fuit illum condemnare ad pænam fideiussionis, † licèt quando delictum non 2
esset graue ex æquitate Sacri Cons. aliquando fit solitum remittere pœnam, præsertim quò ad personas, quæ facultatibus non abundant, & circa quod maximè Iudicis versatur arbitrium.

IOANNA II. Ex Rit. 163.

§. ITem non possunt purgare moram fideiussores infra dies septem, vt dictant iura communia, & capitulum Regni, quia Curia ipsa non vtitur dictis iuribus, & capitulo de hoc loquentibus, licèt in alijs Regni partibus obseruentur dicta iura, & capitulum illud, id est, veterem &c.

Item quòd si condemnatus est fideiussor, quia non præsentauit principalem, licèt ipse fideiussor compareat eodem die, non purgat contumaciam, nisi dicto die veniat cum principali, quem præsentet. & ita seruatur in Curia.

Vide quæ scripta sunt in cap. legem veterem. Tapia.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE. Rubr. xvj.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordat alius titulus in C. de iureiuran. propter calumniam, & in decret. & in 6. similis tit. de iuramento calumniæ, & apud Hispan. in libr. partit. tit. 13. par. 3, & propriè in l. 23. & 24. & in lib. 3. ordinat. tit. 4. l. 1. vbi D. dac. Perez plura de hac re tradit in vers. Iuramento de calumnia, & habetur in l. 2 tit. 17. lib. 4. nouæ recollect.

De hac etiam re Specul. in tit. de iuramento calumniæ, Marant. in 2. par. 6. par. princip. in 1. actu. Vinc. in Speculo doctrinali tom. 2. lib. 8. cap. 49.

Iudex, cui videbitur exceptionem calumniosè exponi iuramentum calumniæ deferat, quod si non probet in expensis opponentem mulctare debet. h.d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

SI a exceptio † peremptoria, replicatio, vel triplicatio etiam opponatur, quæ ex qualitate personæ opponentis, vel causæ, Iudici b malitiosa, vel friuola videatur, non prius objicientem ad eam probandam admittat, quàm sacramentum † præbeat corpo-

a *SI exceptio.* Si Iudici videtur, quòd exceptio peremptoria, vel replicatio, quæ obijcitur, sit friuola, exiget ab opponente sacramentum calumniæ: & sic de iure communi sufficit semel iuratum. C. de iuramen. calum. in authen. ibi not. quòd ius in hac parte corrigitur. Vel dic, vt ibi no. & l. 1. & 2. in princip. eod. tit. & si non probauerit, qui eam proposuit, damnatur in expensis partis aduersæ. concor. C. de iudic. sancimus.

b *Malitiosa.* Hæc constitutio est contra ius commune, quo sufficit semel iurare in causa, vt C. de iuram. calum. hoc sacramentum. Nisi dicas oppositam hanc exceptionem, vel replicationem ante litem vel oppositam, & post litem contestatam. Et huiusmodi sacramentum est aliud, scilicet, de malitia, quod præstatur etiam personalitèr post litem contestat. licèt iam iuratum sit de calumnia pro tota causa, vt ar. in Authen. de testi. §. quia verò. collat. 8. quæ sunt posteriores, quam illa, de his qui ingre. ad app. & C. de fide instrum. l. fin. & extra de test. cap. præsentium. Præstatur enim modò si Iudici videbitur huiusmodi sacramentum de malitia specialiter super huiusmodi except. ad maiorem cautelam, vt extra de restit. spol. literas. circa fi. quia cum propositum hominis de facili mutetur: & potest esse, quòd modo calumniaretur, licet tunc quando præstitit sacramentum calumniæ pro tota causa, non fuisset calumniatus, vt ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis plus. namque

namque timetur huiusmodi sacramentum specialiter præstitum super speciali capitulo, quàm quod generaliter est actum pro tota causa, vt argum. extra de hær. cap. si aduersis. & 23. distin. quamquam. argum. ff. nau. cau. stab. l. 1. in princip. sicut & plus valet specialis subscriptio, quàm generalis, vt ff. ad leg. Corn. de fal. diuus. 1. respon. Et specialis cautio, vt ff. si quis cau. sed si quis. § quæsitum. & ad idem. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Et no. differentias inter sacramentum calumniæ. & de malitia, vt not. in sum. Gof. extra de iuramen. calum. cap. differentur autem.

porale. * Quòd non malitiosè, nec causa tantùm prorogandi iudicium eas opponat, sed quòd ipsas pro firmo se a credat posse probare, quas postea si non probauerit b ad terminum sibi datum, opponentem c ad expensas omnes sacraméto partis cum taxatione Iudicis declarandas, condemnandum esse censemus.

* ADDITIO. *Concordat & facit c. 2. de iuram. calum. in 6.* De Bottis.

a *Credat*. Not. sacramentum de credulitate in facto proprio, quod potest probabiliter ignorari vt hic, & supra tit. 1. l. 2. & in Authent. coll. 6. vt hi qui ob. ha. se per. re. mi. §. vt autem. testes etiam qui de facto alieno deponunt, quandoque de credulitate dicunt, vt ff. de vent. inspic. l. 1. respon. 1. & in Auth. de hæred. & fal. §. si verò absunt. coll. 1.

b *Ad terminum*. In quantum ire possit vbi eam probare crediderit, & reuerti possit, vt in Lombard. de præiudi. act. l. 1. Et extra de dolo & contum. cap. fin. & ibi de hoc, secundum Ber.

c *Ad expensas omnes*. Vt extra de dolo & contum. cap. finem litibus. & ibi de hoc, secundum Bern.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

S*I exceptio peremptoria*. Communiter hoc vocatur sacramentum in causis de malitia repellenda, & communiter arbitrio Iudicis. Item no. quòd condemnatur in expensis qui non probat, sic in dilatorijs, supra eo. tit. exceptiones.

S*I exceptio*. In glossa in verbo, credat. ibi, quandoque de credulitate. regulariter contra, vt C. de test. l. testium. & in §. præallegato. & in eis not. & in tit. l. de testibus. §. 1. vers. item quòd deposuit.

In eadem glo. in princ. Et tantum operatur ipsa confessio de credulitate, quantum confessio veritatis in principali, vt extra de iureiur. cap. ex literis, & not. Spec. in tit. de posi. §. 6. ver. tamen certum est. Petrus de Monteforte.

In glo. nota sacramentum. No. ex ista glo. quòd quando quis citatur, vt testificetur, vt principalis, & legalior, antequã examinetur, potest petere, vt detur sibi copia iurium aduersarij, super quibus debet interrogari, vt consulat aduocatum, de quo cogita. Barthol. de Capua.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T P*Eremptoria*. De materia exceptionum titulum particularem habemus, vbi de illis sermonem faciemus.

T *Sacramentum præbeat corporale*. De materia iuramenti nihil hic dicemus, quia satis longè patet suis in locis, nec ad rem pertinet, cum hic tantum de iuramento calumniæ agatur, de quo, quid tradant scribentes videri poterunt supra allegati in hac rubrica, nec super hac re multum insistam cum hodie iuramentum huiusmodi ab aula recesserit, vt per Marant. loco in hac rubrica citato. Quod prius præuidit Bald. in l. si post. C. de euictión. & præsertim in Sacro Concilio, vt testatur Capyc. decis. 207. prout nec à gallis præstatur, vt affirmat Rebuff. ad constitut. Galliæ in procemio nume. 50. nec apud Mediolan. vt in statutis dictæ Ciuitatis cap. 67. vbi latè de hac materia Horatius Carpanus.

Quod tamen remitti non posse per Iudicem tradit Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 20.

DE EXCEPTIONIBVS. Rubr. xvij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE hac eadem materia concordantes habemus titulos ff. & C. de exception. sic etiam in libro decretalium, & in 6. Et apud Hispan. in l. 8 & 9. tit. 3. par. 3. tit. 8. l. 3. lib. 4. nouæ recollect. Apud Gallos in tit. de dilation. vbi Rebuff. Specul. in tit. de exception. Marant. in 6. part. 9. membr. Martin. de Fano de exceptio. imped. rit. ingressum, Lanfranch. de Ariadno, Innocentius Quartus, Nepos de Montealbano, Dominicus Bagarottus in tractatu de exceptionibus, & Ioannes Monachus in suo tracta. cuius tit. est defensorium iuris omnes in 3. tom. tract. par. x. Petrus Greg. Tholos. in Sintagm. par. 3. lib. 3.

Exceptiones dilatoriæ post triduum à die libelli opponantur, quæ si incontinenti probari nõ possunt detur terminus competens ad probandum, & in casu succumbentia reficiantur expensæ. b. d. Tapia.

a E*Xceptiones dilatorias*. Possunt opponi tantum in exordio iudicij, vt sup. proxi. dixi, infra triduum tamen à die oblati libelli: & si constare non potest de eis, datur terminus ad probandum præstito prius iuramento calumniæ ab eo, qui eas obiecit, & si non probat punitur ad expensas. ¶ Et per hanc constit. inducitur quoddam nouũ, quod fortè multi ignorant, quòd per obiectum dilatoriæ exceptionis impediatur litis contestatio, donec probetur exceptio. Hic enim de iure communi obtinet in declinatorijs, vt C. de except. l. pen. & si. dilato-

IMPER. FEDER.

EXceptiones a dilatorias, T prout communis iuris regulis est introductum, in ipso

T ipso iudicij exordio proponendas a infra triduum b à die c oblati libelli, vel in ciuili, vel in eriminali iudicio obijci posse censemus: in quibus si de eis incontinenti constare non possit, sed dilationem requirat is, qui eas obijcit, d sacramento T prius, si hoc Iudex decreuerit, prestito, quòd non tantum causa differendi, vel frustrandi iudicij, ipsas conuentus opponat: sed quòd eas ad leuamen causæ suæ se probare posse confidit. Ad probandum eidem T octo dierum terminus * concedatur: nisi reus in longinquis probationes se habere iurauerit, quo quidem casu consideratis locorum distantijs, causarum qualitatibus & conditionibus personarum, terminus longior debebit, & poterit indulgeri. Et si in eorum probatione reus defecerit

dilatoriæ enim de iure communi quandocunque post litem probantur, dummodo ante opponantur, vt in l.exceptionem. C.de probat. & ideò ad hanc constitut. aduertas. C.de proba. l.exceptionem.

a *Infra triduum.* Offerat ergo omnes simul vel particulares infra triduum, non tamē postquam succumbit in vna offerre poterit aliam. Simile remedium extra de except. pastoralis. & argum. iuris ciuilis. ff. de peti. hæred. si quis libertatem. §. pen. & Instit. de excus. tut. §. qui autem se vult. cum si. ibi no. Et not. quòd ista lex dedit remedium in dilatorijs: sed infra de processu. in. post lit. contest. dat remedium in peremptorijs, vt ibi dicitur. Infra triduum in peremptorijs non credo locum habere, quia quandocunque vsque ad sententiam secundum leges opponi possunt, nisi fit malitiosè, quo casu dic, vt infra tit. 1. & si exceptio.

b *A die.* Istud triduum, sicut hic dicitur, numeratur à die oblati libelli, scilicet in iudicio, nō à die citationis factæ. quod ex eo apparet, quia exceptio dilatoria tunc opponitur quando reus necesse habet litem contestari, hoc est oblato libello in loco iudicij, & ad hoc opponitur, vt lit. contest. differatur probatio. hoc est supra l. 2. ibi, nisi dilatio competens, &c. ibi, & ipso loco iudi. &c. Quomodo curret tempus exceptioni, vel actioni antequàm debeat, & possit proponi? & certè nullo modo, vt C. de iure dot. in rebus. §. omnis. & de anna. exceptio. l. 1. §. fin. & de præscript. 30 annorum, cum nocissimi. §. illud. Citatione autem facta, libello in iudicio non oblato, reus non habet litem necesse contestari: imò nec in iudicio comparere, nisi in termino à iure, vel à iudice sibi dato, vt supra de exordijs & præparatorijs iudicior. l. 2. & 3. sup. eod. l. 1. Cum ergo nondum venit dies exceptionis dilatoriæ non potest ei præscribi, vt in summa de præscript. 30. annor. §. idem incipiat.

c *Oblati libelli.* Ergo ante litem cōtestatam libelli oblatio non facit litis contestationē, vt in Authen. de litig. §. si verò initium. quod dic in summa de litis contestat. & in summa de litig. in princip.

d *Sacramento.* Not. quòd super hac exceptione iuratur de calumnia. Et nihilominus posteà iurabitur in litem: quia illud est verum, quando illud super quo petitur iurari, potest contineri & includi sub primo iuramento, quod hic non erat: quia ante litem obijciebatur talis exceptio, post litem autem iterum iuratur, interdum, vt cum petitur quarta productio: vt C. de probationibus, authen. vbi semel quæ est in corpore Authen. de testibus in princip. Ad primum autem quod dixi, & hoc est expressum argumen. ff. ad exhib. l. thesaurus. Item not. quòd multò fortius in exceptione peremptoria iurat obiiciens, quòd non calumniæ causa opponit, vt infra de sac. præs. ab eo qui opponit exceptionem perempt. op. l. 1.

* ADDITIO. *Sed an computabitur dies in quo proponitur exceptio. respon. non, vt de except. cap. pia. in 6.* De Bottis.

a In

ANDRAEAS DE ISERNIA.

E*xceptiones dilatorias infra triduum.* Non quòd reus possit dicere dato sibi libello, peto triduum ad proponendas dilatorias. Imò statim debet respondere, vt supra. l. proxi. Sed si objicit dilatorias statim potest, vt hic. Et si lapsum est tempus triduanum non potest: quia dicit infra triduum &c. & non dicit quod expectetur vsque ad triduum, si velit dilationem aliquam opponere debet etiam omnes simul proponere, vt in glo.

ADDITIO. *Circa exceptiones in iudicio proponendas, vide pragmaticam, si reus exceptiones, & præcedentem omnino. Et de dilationibus aliam sequentem post prædictas, & de dilationibus per calumniam petitis pragmaticam, si quis petierit. & in omnibus per me.* Cæs.

Et verbotenus, etiam sine scriptis, sicut omnes alias exceptiones, exceptis duabus, quæ in scriptis debent proponi, sicut exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis. C. de non numer. pecun. l. pen. in fi. ¶ Iure Canonico semper in scriptis, vt cap. quoniam contra falsam, extra de proba. ¶ Quid si ignorauit sibi competere dilatoriam, an proponat eam post litem contestatam? Dic seruari ius commune, vt possit, vt not. C. de iur. & facti ignor. l. error. nam hæc Constitutio arctauit scientes, vt infra triduum à die dati libelli dilatorias proponat, quæ iure Romano propositæ ante litem contestatā probari poterant post litem contestatam. C. de probat. l. exceptionem. nō enim est verisimile, quod tollat iura de ignorantibus loquentia. C. de inoffic. testamen. l. si quando. Iure tamen Canon. diffinitum est, extra de exceptio. cap pastoralis. Et hoc si probabiliter ignorauit, vt in facto alieno, puta si factum erat pactum de non petendo à testatore vsque ad certum tempus. Hæc hæredes poterant ignorare. ff. de regul. iur. l. qui in alterius.

In omnes expensas. Sic in eo, qui deficit in probatione peremptoriæ, infra tit. 1. l. si exceptio. sed si defensor dicat citatum fuisse absentem excusando eum, & detur ei terminus ad probandum, si non probat, condemnabitur ad expensas. arg. C. lib. 12. de proximis sacrorum scrinior. l. in sacris. §. quæ omnia. ff. de damn. infec. l. qui bona. §. vlt. & dictum est supra de exor. & præpa. iudi. l. edictorum. in fi. ¶ Sed nunquid poterit dici huic excusatori, satisdato de soluendo expensas, si non probas? dicunt quidam quòd non, per argum à sufficienti partium enumeratione, quia cum certæ cautiones inueniatur. ff. de præt. stipu. l. 1. & 3. & de rei vend. l. si post. de pign. act. l. creditor, cum simil. hæc non inuenitur, ergo &c. similis modus argumentandi est. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur l. patre furioso.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

C Onstitutio ista declaratur per pragmaticam 6. & prag. 8. incipien. quinta die olim sub tit. de ordine iudit. nunc autem illa hic subijcitur, & ista sub tit. de posit. & articulis posita est.

T *Exceptiones dilatorias.* De his dilatorijs, ac etiam de peremptorijs, latè Specul. tit. de exception. & alij per nos adducti in robr. huius tituli.

† Sunt autem exceptiones dilatoriæ, aliæ respicientes Iudicem, aliæ litigatores, aliæ causam. Quæ Iudicem respicit 1
est declinatoria fori. Quæ personam litigantis dicitur nomis

rit a in omnes expensas b sacramento actoris, cum taxatione Iudicis declarandas ab eo occasione prædictæ dilationis factas c ipsum decernimus condemnari.

a *In omnes expensas.* Facit extra de rescrip. cap. cæterum. & c. vlt. & extra de dolo & cōtum cap. ex litteris, & cap. fi. Et harum expensarum fit condemnatio incontinenti, quòd actor defecerit in probatione huius exceptionis, vt ff. de iud. eum qui temerè. & C. de iud. sancimus. no. in præal. leg. cap. cæterum. aliàs regulariter fit expensarum condemnatio in fi. litis contest. vbi plenè tractatur hæc materia, extra de pœn. c. calumniam. & cap. audaciam. Sed expensæ factæ ante lit. contesta. petuntur pec libellum factum officio Iudicis, vt ibi not.

b *Sacramento.* Idem in peremptoria exceptione, vt infra de sacr. præst. l. 1.

c *Ipsum.* Scilicet, reum petentem dilationem, & nihil de eo probantem.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

riosō. de liber. & posthum. l. si filius. ¶ alij contra quod est verius, quia nullus idoneè defendit, si non satisdat ff. de procur. l. non cogendum. §. qui alium, & qui excusat allegando absentiam defendere dicitur. eod. tit. l. seruum. §. publicè, quæ satisdatio committetur in expensis, sicut aliàs dicitur de procuratore quando dominus non habet ratum. ff. rem rat. hab. l. si sine. §. cum autem. & §. Marcellus. ¶ Iure Canonico ad has expensas is, qui deficit in probatione dilatoriæ non condemnatur, nisi sit in manifesta malitia. Si tamen iurauit quòd non animo calumniandi proponat, vt not. extra de dolo & contu. cap. finem litibus.

EXceptiones. In glo. 1. circa medium. Nota quòd obtentum dilatoriæ exceptinnis impedit litis contesta. donec probetur.

In glo. 2. Nota quòd omnes exceptiones dilatoriæ debent offerri simul infra triduum. In glo. in verbo, Sacramento. Nota quòd super except. dilat. iuratur de calumnia, idem in exceptio. peremptoria. vt in fi. huius constitut. Sed vtrum condebitur in expensis; si non probatur in peremptoria, sicut dilatoria, vt hic in tex. Dic quòd sic, vt in const. si exceptio peremptoria, infra, de iur. litiga. Pet. de Montef.

In tex. infra triduum. Not. quòd exceptio dilatoria debet proponi infra triduum, à die oblati libelli, in ciuili, vel criminali. Sed pone quòd libellus datus fuit, & super eo disputatum est per decem dies, vtrum exceptio dilatoria competens opponi possit. & quidam valens Doctor dixit quod sic, per l. contra. C. de inoffic. testam. l. in causæ cognitione, secunda. ff. de mino. Barth. de Capua.

Sed an tempore libelli oblati dictas exceptiones, quas infra triduum poterat opponere, teneantur nominare. dic quòd sic. argum. ff. de excusat. tut. l. scire oportet. & de excep. cap. pastoralis. Marin.

In tex. obijcit sacramento prius. No. formam sacramenti, secundum quam iurat conuentus qui dilatoriam exceptionem obijcit, scilicet, quod non animo differendi iudicium ipsam opponit: sed ad releuamen suæ causæ facit, & confidit se probare. Idem est in peremptoria, quod iuratur in causa secundum formam prædictam, vt in glo. huius constitutionis, quæ incipit, no. quòd super hoc. & infra de excep. malicio. oppo. l. si exceptio. Barth. de Capua.

In tex. octo dierum terminus concedatur. Sed nunquid iste terminus possit abbreuiari per Iudicem? credo quòd sic: per id quod not. in Authen. de exhi. §. scimus. in glo. nunquid, &c.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

nis exceptio legitimationis personæ. Quæ verò causam respicit dicitur exceptio libelli inepti, vel obscuri, vel quia ante diem agit vel litis pendentiæ, & alia de quibus Marant. in 6. par princip. nono membro, primæ partis, & Carpan. ad stat.
2 Mediolan. cap. 13. nume. 8. & sequen. † Peremptoriæ, quæ litem periment, vt per Specul. & Marant. locis supracitatis.

T *In ipso iudicij exordio.* † Dic exceptiones istas dilatorias
3 regulariter ante litem contestatam esse opponendas, quæ regula limitatur per Felin. in cap. exceptionem colum. 5. versic. Fallit 8. de exception. quem refert Maranta loco citato nu. 8. & 9. qui num. 10. addit quod si oppnnatur post litem conte-
4 statam punitur Aduocatus, & nume. 12. tradit † exceptiones peremptorias, quandoque opponi in vim declinatoriæ, vt est quando opponuntur ante litem contestatam, tunc impediunt litis ingressum tradit glo. in constitutione exceptione filiationis, quæ hic subnectitur reseruētur ad merita, vt exceptio præscriptionis, rei iudicatæ, & iurisiurandi vt tradit decisioni Afflict. decis. 32. Gram. decis. 65. in fine. & decis. 66. & Maran. nu. 12. declarat quando dicantur requirere altiorem indaginem, & Ioannes de Amicis consil. 65. & de exceptione spolij impediente litis ingressum agit Gram. decis. 85.

T *Sacramento prius.* Hoc iuramentum est iuramentum calumniæ de quo superiori titulo est dictum, quod hodie recessit ab aula.

T *Ad probandum eidem octo dierum.* † Hodie autem pra- 5
ctica est, quod si exceptio dilatoria requirit probationem datur terminus arbitrio Iudicis, vt in exceptione quæ respicit personam Iudicis, & alia huiusmodi, licèt in pragmatica quinta de ord. n. Iudic. quæ posita est supra titulo de æditione libelli detur terminus dierum quinque, alias intelligitur reseruata ad merita, qui terminus potest per Iudicem prorogari, vt dicit Capic. decisum fuisse per Sacrum Consilium decis. 83.

EX PRAGMATICA V.

De ordine Iudic.

5. PRoponendo mediante iuramento exceptiones litis ingressum impedientes si voluerit, quas probasse teneatur infra quinque dies immediatè sequentes, alias ad merita reseruata intelliguntur, probationibus vera factis, Iudex infra altos quinque dies immediatè sequentes super eis pronuntiare debeat, prout ei iustum apparebit.

Exceptiones litis ingressum impedientes infra quinque dies proposita probentur, alias ad merita referuentur, si autem noluerit proponere actoris petitioni respondeat, alias pro confesso habeatur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VI.

Eodem titulo.

SI reus exceptiones litis ingressum impedientes apponere noluerit, vel apposuerit, & ad merita reseruatæ fuerint, vel aliter reiectæ, immedia-

mediatè procedatur ad responsionem petitioni ipsius actoris, & iuramentum de calumnia,& aliàs responsiones, si tenet & possidet quando reali agitur,vel alijs interrogationibus iustè factis, veluti si hæres est, & similibus, quod si reus facere recusauerit, procedatur, ac si legitimè respondisset & iurasset,& quantum ad interrogationes prædictas habeatur pro confitente vel negante, prout deterius erit ipsi contumaci.

a Exceptione. Si ago petitione hæreditatis, quia sum hæres ex testamento, vel ab intestato. Vel ago actione personali contra debitores hæreditarios, & illi dicunt me non esse filium,non agnatum,non hæredem defuncti, illa exceptio nō impedit litis contestationem,sed in processu probabit, si potest, &c. ratio, quia cùm sit peremptoria, non debet impedire litt.contest. fallit in tribus exceptionibus, vt no.ff.de condit.indeb. eleganter.§.fi quis post. & extrà de contest.lit.in decretali no ua,& sic ista continet ius commune.

Agenti vti filius, de genere, de gente, & vti hæres si opponatur, quòd non sit talis non quòd hoc impeditur litis contestatio.h.d.Tapia.

Exceptione. Caue tibi nè decipiaris per legem istam:habet enim ista constitutio locum in his casibus qui ponuntur hic & fortè in exceptione peremptoria, quæ potest opponi & probari quandocunque ante sententiam,scilicet, postquam actor suam probauerit intentionem,vt C.de exceptio.si quidem. & C.sententiam rescindi non posse.l. peremptorias. & de præscript.long.temporis.l.emptorem. ¶Item in dilatoria, quæ est dilatoria solutionis,vel ex pacto, vel ex lege, quæ licet opponi deberet,tamen in principio causæ, & sub conditione,si actor probauerit intentionem suam, vt in prælleg. l. si quidem. de except. Probatur tamen,cùm actor monstrauerit, quod asseuerat,vt C.de probationibus exceptionem.In exceptione verò dilatoria, quæ est dilatoria iudicij, lex ista locum non habet: illa enim si quis sciat eam sibi competere, debet opponi, & probari in principio, & super eadem debet pronuntiari; alioquin si contrafecerit scienter aliquis, perpetuò silere debebit,vt C.de except.l.penult. & supra de dila. & except. l. si ciuiliter. quod dic vt in summa, de probationibus. §. probari autem debet causa pendente,&c. colligitur hoc euidentissimè ex hac lege·loquitur enim quando quis per exceptionem propositam nitebatur differre iudicium, non penitus declinare. nempè differunt hæc inter se,vt C.de precibus Imper.offeren dis. l. 2. ¶Item hæc lex loquitur in exceptione, quæ potest probari post litem contestatam, quod non potest locum habere in declinatoria iudicij,vt C.de except.l.penul.& vlt. quæ vt dictum est, debet opponi & probari, & etiam super ea pronuntiari ante litem contestatam, vt ff. de varijs & extraordin. cognit. l.3.in princip. ¶Item attende, quòd hæc constitutio non habet locum in quibusdam specialibus exceptionibus, vt pacti conuenti,† siue transactionis,iurisiurandi,& rei iudicatæ, quæ illico ante litis contestationem,vt ff.ad exhiben.l.3.& §idem scribit. in si ff. de condi.indeb. eleganter. §. si quis post transactionem, extrà de exceptionibus, cap. exceptionis obiectu, quæ est noua Decretalis Innocentij Quarti in quibus eit ratio specialitatis,propter litium finem, qui est iam factus per rem iudicatam,ff.de re iudica.l.1. Vel per iusiurandum,vt ff. de iureiurando. l. 1. Vel per pactum, vt C. de transactionibus l. fratris. & ibi extraordi. not.vel alijs pluribus modis,quo vide per te.

IMPER. FEDER.

Exceptione a* filiationis,b ge-

† ADDITIO. *Quod hic dicitur de exceptione pacti conuenti, quòd habeat impedire litis contestationem, intellige secundum Innoc. pacti conuenti, scilicet de non agendo: secus in pacto de non petendo, quod non impedit litis contestationem secundum eum in cap.exceptionis,extra de lit.contest.& ibi assignat rationem diuersitatis.* De Bottis.

* ADDITIO. *Vide omnino Luc. de Penna in l. 1.in f.C.de diguit.lib.* 12. De Bottis.

b *Filiationis.* Duobus modis potest intelligi quod hic dicitur. Vno sic, vt ista quatuor,scilicet exceptio filiationis generis,

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Exceptione filiationis. In quatuor exceptionibus loquitur, quæ sunt propriæ intentionis. Excludunt enim id, per quod intentio actoris probetur, dum agit sicut filius,& excipitur,quòd non est filius,& sic de alijs tribus. Vnde rectè corrigu.l.non ignorat.C. qui accusare non possunt. & hoc dilatorijs & peremptorijs. Quia illæ perimunt actionem, vt si filius Titij petat decem, quæ mutuauit pater suus: & debitor opponat excipiendo. quòd soluit.C. de probationibus. l. 1. Solutione eius quod debetur,tollitur omnis obligatio: Institut. quibus modis tollitur obligat. in princ. ¶Sed si excipiat quòd non est filius,excludit agentem, non actionem, si verè debitor erat. Vtraque autem dicitur exceptio,id est,exclusio, siue excludat intentionem siue actionem. ff.de except.l.2. ¶Quandoque verò ipse actor se excludit. Vt si dicat in libello, petoà te fundum,quem tenes ex donatione Regia, nam per hoc possessor est securus. C.de quad.præscrip.l.fi. tenendo quòd lex illa locum habet ita in Rege,sicut in Principe Romanorum.12.q 2. quicunque militum,& dictum est supra in Prologn, tunc ipse excludit seipsum.ff.de inoffic.testam.l.posthumus.§.si quis ex his. nec tenet eius intentio, sicut quando proponitur actio inepta. ff.si mens.fals.mod.dixe.l. 1.§.1. non ergo fiet litis contestatio. ad quid enim procedit lis, quæ non tenet, vel debet irritari, quod falsum est,argum.ff.ad Velleia.l.aliquando.iudi. sol.ex iudicati. nemo sine actione experitur. ff.de admin.tut. l.quoties.§.item si temporali. de negot.gest. si pupillus. §. videamus loquela taliter proponentis manifestat, quòd sua non procedat intentio: sicut ex verbis edicti apparet,cui detur.ff. de liber.exhib.l.1.in princ. Sic & tenor stipulationis ostendit etiam euictionem commissam.C. de euiction. l. cum tibi. sic excludit seipsum, vt ff. quando appell.fit l.1.§.alium Sic.ff de inoffic. testam. l. 1. & 2. Sed si in verbis libelli nihil tale dicatur,sed simpliciter,peto fundum, quem possides: Tu verò excipis,quòd tenes ex donatione Regia: An impeditur litis contestatio non videtur,quia hæc constitutio causa exempli enumerauit ista quatuor,vt allegatur in glo. Alio modo intelligitur, vt in istis quatuor tantum loquatur: in alijs peremptorijs seruabuntur vetera iura, sicut glo.prosequitur de alijs quatuor, sicuti pacti conuenti,rei transactæ,rei iudicatæ, & etiam iurisiurandi, constat quòd impedium,vt si finis litium, eadem ratione vt non inquietetur possessor, nisi ostenderit priuilegium quomodo Rex donauit, vt d l fin. ¶Sed posset esse quòd in priuilegio contineretur Regem donasse,saluo iure alterius, quod per inspectionem priuilegij apparebit:extra de prinil.c.porro. Immò & si priuilegium esset purum & liberum, replicare posset actor, quòd possessor renuntiauit priuilegio,vel Rex reuocauit donationem iusta de causa: & sic videtur quòd non impediat litis contestatio, quam nulla peremptoria impedit exceptis quatuor. ¶Alij subtilizant, quia peremptoria dicitur à perimendo: nam & id perimitur, quod est: nam nullum annullari non potest,vt ff.de iniu.rup.& irri. testam. l. nam & si. quod non est, perimi non potest, cum dicit reus, possideo ex donatione Regia, non perimit actionem proponentis, quæ nulla sibi competit. C.de quadri.præscript. l. 2. in fi. Et dicitur quòd non magis hæc est exceptio,quàm quoddam beneficium d.l.fin.quod debet esse mansurum, & omnis diminutionis extraneum, in Authen. constit. quæ de dig. §. illud. Diminueret verò,

I

ris, siuè gentis, & quòd hæres non sit, qui agit, dicantur posita gratia exempli: & idem sit in alijs. argum. ff. ad leg. Corn. de falsis. l. si quis obrepserit. ¶Alij dicunt, vt in istis quatuor tantùm obtineat, quòd hic dicitur, in alijs vetera iura seruentur: quia in his casibus, quibus nouæ leges non loquuntur, prisca iura seruantur, vt C. de inoffic. testam. quod/nu per. &, quando libell. Principi datus faciat litis contestat. l. 2. & in Auth. coll. 3. de filijs ante dotal. instrum. natis. & hoc manifestè probatur supra ead. l. si ciuiliter. in fi. dicit enim quæstiones super incompetentia Iudicis, & super dilationibus, & similibus primitus terminandas. & idem facit supra ea. l. t. in fi. l. except. & l. hostici. in princ. ¶Ego sic intelligo, vt omnes reliquæ exceptiones non impediant litis contestationem, nisi dilatoria exceptio, idest declinatoria Iudicis tantùm, quæ debet opponi & probari ante litem contestatam.

Filiationis. Contrarium expressum C. qui accus. non poss. l. non ignorat. nam ibi mater non admittitur ad prosequendam mortem filij, & ad accusationem proindè instituendam, nisi primò doceat quòd fuerit mater.

a generis, siuè b gentis, & quod hæres non sit, qui actionem, vel accusationem intendit tàm in ciuilibus quàm in criminalibus causis contestationem litis continuò faciendam nolumus retardari: sed eis postpositis, in causa principali nihilominus procedat, eo quod ipsas opponit ad probationem: admissio cuius probationis, euentus Iudici qualiter in causa procedere debeat, demonstrabit.

a *Generis.* Qualiter hoc intelligatur, not. ff. de proba. l. 1.

b *Gentis.* Intellige hoc, vt ff. de ædil. edi. quod si nolit. §. qui mancipia. & C. de ord. iud. l. 1. ibi, statu sui generis, &c.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

verò, si cogeretur litigare, enim interest sumptibus, & litibus non vexari. ff. de minor. l. minoribus. & d. l. fin. Non debent circumueniri alia iura. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. scire. & maximè si excipiens non prolongat. Quia statim facit inde fidem per priuilegium purum & liberum, dicens, hodie constat, &c. ff vt in possessio. legatorum. l. si is à quo. §. si de testamento. Sed certè peremptoriam exceptionem esse negari non potest: quia actio competens verò domino pro re sua perimitur, quando Rex donat, & contra priuilegium non posset actor replicare, vt supra dictum est, alioquin non esset verè peremptoria, quia si exciperetur de solutione, diceretur, quòd non perimitur, quia iam perempta erat solutione eius quod debetur.

Exceptionem. Quasi dicat, si non excipiatur non debet quæri, quia ex allegatis proceditur: reus enim in excipiendo est actor. ff. de exceptionibus. l. 1. sed inuitus non cogitur agere, & imputet reus sibi, qui non repulit agentem suo nomine, cum posset: nam ex verbis suis non excludebat seipsum ille, qui agebat suo nomine, vt supra dicitur, si excipitur ante litem, oportet probari post litem. ¶Item si non excipiatur ante litem, potest opponi post litem, quòd non est mirum, quod probatur eo ipso, quòd illa non probat se matrem. sic C. qui mil. non possunt. super seruis. quia omnes istæ quatuor sunt negatiuæ. sed post biduum lite contest. non excipiet, quia non potest dicere reus, ignoraui te nunc esse matrem, cum ex propositione agentis hoc diceretur, secus si reus post biduum diceret quòd est filia alterius, vel quia occisus habet aliam matrem, & vellet probare per testes, dicens & iurans se hoc infra biduum ignorasse, quia probabilis est hæc ignorantia per ea, quæ dicta sunt supra eod. tit. l. 2. & infra prox. Vbi verò excipitur, & non probat se matrem, non valebit iudicium, & hoc est quod sequitur, euentus iudicij, &c. secus si ageret quis nomine alieno, vt tutor, administrator, & similes. Hoc enim oportet quòd probent † se esse tales, qui pro alio possint agere. C. si tutor vel curator interuenerit. l. 2. alio quin nullum erit iudicium, licèt à principio, vel in aliqua parte non sit exceptum, quia agitur de præiudicio alterius. C. de procurat. licet. Putamus tamen quod Iudex ex officio suo, etiam si aduersarius non excipiet, possit supplere, & repellere ab accusando illam, quam iura volunt non recipi, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, ne conuenturi virorum irreuerenter se ingerat. C. de procuratoribus maritus de contrahen. stipul. l. optimam ff. de postul. l. quos prohibet, vt hic propter honorem sexus, sicut. ff. solu. matrim. l. alia §. eleganter. & propter honorem tribunalis, quod Iudex suo ingenio debet augere ff. de offic. Præsidis. l. obseruandum, vt mulieres non intersint iudicijs, nisi propter suam, vel suorum iniuriam.

ADDITIO. *Adde Card. Zabar. in cap. suscitatus. in 3. quæst. de rescrip. idem Card. in c. nostra. in 14. & 15. q. de procurat.*

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. 2. col. penul. C. de delat. lib. 10. Et dicit And. quòd nomine alieno agens debet probare se esse talem, prout se nominauit. idem & tenet Alex. in cons. 72. col. 2. in princ. vol. 3. sentit tamen, quòd quamuis non fuerit exceptum in aliqua parte iudicij, quòd processus erit nullus. Sed aduerte: nam reperio, quòd Barbat. in cap. ex parte decani, de rescript. consuluit, quòd si quis litigauit per procuratorem, & in fine causæ opponitur de mandato, quòd processus tenet, de quo meminit Ant. Corset. in sing. in verbo, procurator &c.* De Bottis.

Regulariter non supplebit de facto Iudex. C. de errore aduocatorum. l. 1. ¶Si igitur non fuit negatum per reum, aut exceptum eam non esse matrem vel filium, valebit iudicium suo nomine actum etiam non probato quòd est mater, vel filius, ex quo aduersarius non negauit, nec excepit, multo fortius quando circa finem iudicij, probato crimine, hoc obijceretur, vel exciperetur. C. de adulterijs. l. quamuis. Nam crimina vndecunque claruerint, punienda sunt. 24. quæst. 3. cap. ecce.

HAnc constitut. benè glosauit Marin. Caram. Andr. & Afflict. qui erunt videndi. Tapia.

Citatus tam pro ciuili, quam criminali causa si ante vel post litis contestationem submonitus fuerit tenetur ire ad exercitum, hosticam exceptionem opponere potest de qua Iudici debet liquere, non tamen ea gaudet si actor, & reus sunt in exercitu, nec bannitus si accusator, & reus sunt in exercitu. h. d. vsq; ad §. forindicatus Tapia.

IMPERATOR FEDER.

HOstici a * exceptionem, quam in iudicijs nostris fre-

a *Hostici.* Si quis iturus sit ad exercitum, vel iam fuerit: siuè non conueniatur ab eo, qui non est in exercitu, siuè iam erat conuentus eum ad exercitum iuit, habet hoc beneficium, vt opponat hosticam exceptionem, vt differat Iudicium incipiendem, vel iam inceptum, quia est in exercitu, & abest causa Reipub. arg. ad hoc C. ex qui. cau. maio. l. 1. cum si. Sed hoc est verum, nisi agens sit eiusdem conditionis cum isto: quia tunc nil Iudæus Iudæo, & quod vni concedimus, &c. vt C. qui potiores in pignore habeantur. l. fin. & ita priuilegiatus non excludit alium priuilegiatum. arg. ff. ex quib. cau. l. fi. Hoc beneficium datur bannitis † militantibus. Vt si conueniantur à non militantibus repellant eos, vel si ipsi conueniant alios militares non repellantur ab eis.

† ADDITIO. *Vide And. in cap. 1. §. litem, de statu, contra lib. eccl.* De Bottis.

Foriudicatis non datur, quia nec conueniri nec agere possunt, vtpotè, à limine iudicij expulsi. Hostici. istud verbum assumptum est ex t. ff. de re mili. l. fi.

* ADDITIO. *Ad hanc constit. vide tex. in l. si maritus. §. legis Iulia.*

frequentius audiuimus, determinare volentes, Statuimus, si quando submonitus ad exercitum citatus [a] extiterit exceptionem prædictam per se, vel per alium coram eo, qui ipsum citauit opponat, quæ opposita & probata, quindecim diebus antequam iter arripiat, & quindecim postquam reuersus fuerit, [b] immunitatem responsionis habebit, ita quòd nullus per se, vel per procuratorem, quem teneatur [c] relinquere, respondere cogatur. quod inuiolabiliter obtinere censemus, etiam cum litis contestatione secuta submonitione facta rerum reipublicæ causa prædicto modo abesse debere contingit. Si tamen ambæ partes, actor, scilicet & reus in exercitu inueniantur, exceptionem hostici alter alteri non opponat, dum tamen is, qui voluerit alterum in exercitu cõuenire munitus sit in exercitu competentibus equis, & armis, & alijs omnibus opportunis, & necessarijs, quæ opportunitas & necessitas moris exercitalis indueunt. Illo etiam non omisso, vt si conuentus in exercitu

Iulia. de adult. Et ne. quòd die 10 Septembr. 1556. in causa inter mag. Catherinam Caracciolam cum Illust. Comite Populi, in qua petebatur, quòd testes, qui interfuerunt in donatione facta per magnif. Fabritium Cantelmum dictæ Catherinæ, reciperentur ad futuram rei memoriam, citato d. Illust. Comite per quem fuerit opposita exceptio hostica, decretum per Sac. Consilium referente mag. Spinole Iudice magnæ Curiæ Vicariæ, quòd testes recipiantur, quibus receptis supersedeatur stante except. hostica opposita, Actuarius . . . . . vide de excep. hostica Freccia, dum tractat de officio Admirati, nu. 15. vbi an seruiens in mari gaudeat hac exceptione. quid in seruientibus per substitutum, & quid in litigante per procuratorem: & an contra mulierem petentem dotem, vide ibi. vide cap. Regis Roberti II. car. 19. & Capyc. in tract. feu. in c. feud. except. §. hostici, & in decis. 76. & 172. An hæc exceptio competat spolianti. vide Afflict. decis. 84. an competat vxori illius, qui est submonitus, Capyc. in dicta decis. 76. & 172. & an competat pro delicto commisso post submonitionem, Isern. in auth. habita, num. 12. C. ne fil. pro patre. quam legit post tit. de statu. contra liberta. ecclesia.

In registro antiquo, quod tenet dominus Antonius Barattucius fisci Aduocatus extat litera tenoris sequentis, videlicet: Robertus, &c. Ioanna de Haya militi Cancellaria mag. Curiæ Vicariæ Regenti, & Iudicibus dictæ magnæ Curiæ dilectis Consiliarijs familiaribus, & fidelibus, &c. habuit vestra expositio facta nobis, quòd Matthæus Mansella de Salerno miles fidelis noster citari fecit in ipsa Curia certos fideiussores apud eum præstitos per Rogerium de Merza militem fidelem, & dilectum nostrum, qui dicto Matthæo teneri dicitur in certa petitione, & quantitate; & quia mandatum est ipsi Rogerio ex celsitudinis nostræ parte, vt armis & equis decenter munitum se instanter in Calabriam conferat ad confortationem fidelium & impugnatione hostibus obstaculum, & repressiuum petij à vobis, vt contra fideiussores eosdem per eum apud dictum Matthæum præstitos differatis procedere quousque idem Rogerius in prædictis militaribus expeditionibus occupetur, vt sicut hostica exceptio sibi competit, sic & eius propterea fideiussoribus præbeatur. Super qua dubitatione vobis ingesta nostram inde conscientiam consultastis. Nos verò cõsultationi vestræ duximus respondendum. quòd dicto Rogerio eunte pro dictis tam seruitijs, vel ad eundum oportunè parato præstanti propter quæ prædicta exceptio sibi sine dubitatione tribuitur per consequens etiam memoratis fideiussorib. concedendas exceptiones quidem quæ principali reo competunt & si dilatoriæ fuerint siue legales siue pactionales existant datis pro ipso reo fideiussoribus rationabiliter indulgetur. datum, vt supra per omnia die 28. Ianuar . . . . . . & in eodem lib. cap. 96. disponitur quòd ista constitutio non habeat locum contra viduam pauperem spoliatam ab eo, qui adebam soluit & principaliter fundatur fauore viduæ paupercu-la. De Bottis.

a *Citauit.* Id est, citari fecit, vt suprà de lit. cita. l. 1. in fine.

b *Immunitatem.* Eandem immunitatem credo habere omnes remiges & nautas euntes ad exercitum, omnes enim milites sunt, vt ff. de bonorum possess. ex re milit. l. 1. §. in classibus

c *Relinquere.* Non tenetur relinquere procuratorem. Sed an si ante hosticam exceptionem litigauit per procuratorem, teneatur

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Hostici exceptionem. Hæc exceptio competit eunti, vel moranti in exercitu, qui tenebatur seruire: dicit enim, citatus & summonitus. Secus videtur si spontè iret ad exercitum, cum non teneretur: nisi coactus seu missus per Curiam, etiam si stipendia haberet à Curia. Videtur enim data opera hoc facere, scilicet, vt non conueniatur, vel accusetur interim. ff. ex quibus causis maio. l. his qui data opera. Ex onere quod quis libenter subijt, non consequitur priuilegium; immo perdit, vt ibi in glo. Si ergo fuerat ante citatus, & præuentus fuit à Iudice: & sic respondebit, aliàs esset contumax. ff. de iudi. si quis posteaq. Si verò eo in exercitu taliter commorante, citetur in domo, nisi excusetur, quòd est in exercitu, statim dãnabitur: Nec habebit restitutionem, sicut absens causa Reipublicæ. ¶ Totus titulus, de legationibus. ff. loquitur quando princeps mittit, & si excusetur, habebit terminum pro locorum distantia, supra de exordijs & præparatorijs iudic. l. edictorum. Secus ergo si Curia misisset, & stipendiasset ipsum, fortè quia strenuus erat, & cogebat eum ad hoc, non affectantem, nec dantem operam: & sic potest intelligi. C. de procurat. l. qui stipendia. C. qui accus. non poss. l. non prohibetur. sufficit si non dolo malo abest. ff ex quibus cau. maio. l. item hi. Hodiè videmus largius dari hoc priuilegium, scilicet, omnibus exeuntibus & commorantibus in exercitu. Et extenditur ad remiges, & nautas, vt hic in glo. Sed certè & illi coguntur per Curiam. Vbi autem ambo actor & reus sunt submoniti in exercitu, alter alteri non opponit, quia nil Iudæus Iudæo. & sequitur bona distinctio, de eo qui ad expensas alterius est in exercitu. Quod facit pro stipendiarijs, vt non habeant priuilegium, nisi missi & coacti per Curiam. Et habet hoc priuilegium summonitus ad exercitum, siuè personaliter vadat, siuè mittat

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD hanc constitutionem vide quæ notabiliter scripsit Afflict. cuius dictis nil addi potest, ponam tamen regulam cum suis ampliationibus remittendo me ad Capyc. qui eam ponit in vers. feudatariorum exceptiones. vers. Hostici except. in inuestitura feudali.

† Primò ampliatur non solùm in militantibus in exercitu 1
terrestri, sed etiam in nauibus, & remigibus. † Secundò siuè 2
seruiant per se, siuè per substitutos. † Tertiò etiam si ex cau- 3
sa dotis, quam conclusionem disputat, non deciso casu propter partium concordiam D. Præsidens de Franch. decis. 186.

I 2 † Quar-

citu per se, & suis expensis militauerit, qui eum impetit, vt aduersarium possit hostici exceptione priuare. Eodem modo & suis expensis militare debebit, ne alterius tædio, sub cuius expensis & necessarijs fuerit in exercitu sustentatus: eum qui cum expensis suis nobis laudabiliter seruit impugnet: quæ omnia per Marescallum nostrum, vel per alium, qui exercitui de mandato nostro pro tempore præerit, cui omnes, qui ad exercitum venerint absque discretione aliqua volumus præsentari, probari debebunt. Tamen si eorum amborum conditio sit æqualis, vt ambo, scilicet alienis expensis in exercitu commorentur, alter alteri tenebitur respondere, Vt tamen occasione tam inchoati, quam inchoandi litigij, etiam si peremptorium fuerit emissum à seruitio speciali, quod ei per nos, vel per præfatum Marescallum nostrum in exercitu fuerit iniunctum: is, qui citatus est nullatenus auocetur.

tenecatur per procuratorem causam exercere? videtur quòd sic à contrario sensu: quia in hoc nō indulget beneficium hæc constitutio, quando ante creauerat procuratorem, optima l. ad hoc ff. de procurat. l. hæreditas. & l. sequē. Contrarium seruatur in magna Curia, argu. contra. C. de proxi. sacr. scrin. vbi de hoc notaui in commēto, & de agent. in rebus. l. fin. in princip. Itē si seruit per alium, † quia misit alium loco sui ad exercitum, an habeat hanc Immunitatem de exceptione hostica? Respondetur sicuti notaui plenè in dicto commento. C. lib. 12. de co. re. mu. l. 2.

† ADDITIO. *Hodie corrigitur per capit. Regis Roberti, quod incipit si Comes.* De B.

* AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

mittat substitutum, vt hic in gl. & ff. de leg. l. si filius. C. lib. 10. de Decur. l. neminem. & l. nullus qui. in fi. argum. contra. ff. de excusat. tuto. l. fin. Sed ibi non erat exceptio ita fauorabilis. Substitutus verò & missus per summonitum non habet priuilegium. ff. de leg. l. Vicarius. & l. filius. argumentum contra. lib. 11. de collegiatis. l. 1. in fi. de aquæductu. l. pœnalis. §. vlt. ff. de vacatione munerum. l. legato. §. Comites. dicunt Moder. lib. 10. de Comiti. rei milita. l. 2. Pone ergo quod lite contestata dato termino ad probandum restantibus decem diebus tantum de termino, summonitus est, postquam redijt de exercitu, & elapsis. 15. diebus habebit ad probandum decem dies tantum, qui tunc restabant, quia dilatio legalis non debet esse ei damnosa. ff. de iudic. l. 2. §. donec. qui bonis cedere possunt. l. fin. ¶Sed vtrum ipso iure currant post 15. dies prædictos, vel per beneficium restitutionis in integrum? nam in contractib. non subducitur tempus, quo fuit absens pro eo, & contra eum, & ipso iure currit: sed restituitur. C. de restit. milit. quo tempore. & l. fin. In iudicijs videtur quòd iure non currat tempus, donec abest causa Reipublicæ. C. de dolo. l. 3. & hoc esset melius pro aduersario. ¶Econtra videtur, quòd per restitutionem, quia si feriæ repentinæ indicantur dilatione pendente data à Iudice, dilatio currit, sed fit restitutio ff. ex quibus causis maio. l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. & no. C. de feri. s. l. 1. & hoc erit melius pro eo, qui & si vnus tantum dies restaret de termino illius diei, fieret tantum restitutio. d. l. sed & si per prætorem. §. quoties. Tunc ergo solicitus sit aduersarius, vt statim lapsis 15. diebus faciat redeuntem citari, vt veniat ad procedendum, & si citatus opponat de illis decem diebus, restituantur ei, In seruitio itaque trium mensium, quod debetur pro feudo per summonitum non computantur illi dies qui dantur ad componendas farcinulas. ff. ex quibus cau. maio. ait prætor. §. si simpliciter. C. de exhib. reis. l. 2. quia tantum habet dies 15. antequam iter arripiat. ¶Sed quæro, quando, & à quo tempore computantur tres menses feudatario seruienti: Vtrū à tempore, quo primum recessit de domo vocatus per Curiam, vt ad exercitum vadat, vel à tempore quo cœpit seruire, & esse in exercitu? Videtur † quòd à tempore, quo à domo recessit vt tempus eundi ad dominum pro seruiendo computetur ipsi domino. ff. de operis liber. l. quod nisi. versicu. sed si dies, &c. & à tempore, quo primum de domo perfectus est, ff. ex quibus causis maio. l. qui mittuntur. §. similiter. Sic de tempore, quo domum reuertitur, eodem titu. l. si cui. §. tædiu.

† ADDITIO. *Nota, quòd tempus accessus numeratur in seruitio de quo Guido Papa decis. 217. Aduerte, quòd habens feudum planum, & de tabula seruit & per dies 40. ad expensas & equos domini, nisi aliter sit inuestitura habeat, Preccia fol. 241. nu. 25.* De Bottis.

¶In Regno Siciliæ computatur à tempore, quo facit monstram: quia tunc scit Curia eum esse paratum ad seruiendum, etiam eum litis contestatione. Nunquid post conclusionem si tunc submoneretur de iure, si post conclusionem nihil poterat facere, putà, restitutionem petere, vel aliquid tale, non dabitur dilatio. C. de adult. quamuis. ff. de euictio. l. si rem. §. fin. extra de procurat. cap. auditis. de iudic. cap. fin. Verum quia hæc constitutio indistinctè loquitur, indistinctè seruatur: cum sit fauorabilis exceptio, & sic amplianda. ff. de liber. & posth. l. cum quidam. nam posset cedere, etiam si nihil haberet in lite facere, extra de elect. dudum. in fine. ¶Item an actor opponat, quod non tenetur prosequi litem, cùm sit submonitus? videtur enim quod loquatur in reo: quia dicit, citatus extiterit: sed & reus post litem contestatam tenetur, si absit causa Reipublicæ iure Romano. ff. de legat. eundem. aliàs, tantandem. hoc corrigitur hic: quia dicit. quod non tenetur procuratorem relinquere. Et quicquid ibi dicat glo. etiam iure Romano corrigitur: quia in quacunque parte iudicij fit indefensus absens causa Reipublicæ, fit restitutio. C. ex quibus cau. maio. l. 1. Si restituitur, ad quid Iudex procedet. ff. ad Velleia. aliquando. de dam. infec. l. si finita. §. si fortè. Quare autem de actore est eadem cum illa, vtrum actor infirmus teneatur mittere procuratorem. ff. si quis caut. l. 2. Nam vtrobique est iusta causa: vt quia summonitus, vel infirmus etiam post litem contestatam non tenetur litem, seu causam prosequi. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. 1. Nam ante litem contest. in potestate sua est, quando agat. ff. de do. except. l. purè. §. fin. & tunc etiam si ex iusta causa esset absens, totum tempus absentiæ de præscriptione subduceretur. Item compellitur agere post litem contesta. vt in authen. qui semel. & sic obstat ad causam agendam, vt ibi dicitur, sic etiam dicimus reum esse actorem in exceptione. vbicunque ergo iusta de causa impeditur agere, vel conueniri, habet locum, quod dies iudicij sit diffusus.

Bannitor. Semper intellige quòd summoniti coguntur ire ad exer-

---

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

† Quartò etiam post litem contestatam. † Quintò amplia
4 ad eum, qui propter suam strennitatem est conductus à Curia, vt post eundem Capyeium loco citato prima limitatione dicit Vinc. de Franch. decis. 286. num. 6. † Sextò posset am-
5 pliari ad omnes illos, qui sunt in exercitu, licèt non submoniti, nec proprijs stipendijs militantes extra Regnum præcipuè; Primò ratione publicæ vtilitatis in qua fundatur huius constitutionis dispositio. Secundò, quia † hodie seruitium perso- 6
nale de consuetudine non præstatur à Baronibus, sed reale quod includitur sub donatiuo annuorum ducatorum sexcen-
tum

cetur. Bannitos * & forbannitos, etiam securè a in exercitu, & absque alicuius offensione volumus commorari. Adeò etiam, vt dum in exercitu sint, priuilegium habeant commune cum cæteris, quòd à nemine valeant conueniri. Banniti tantummodò, non foriudicati ab accusatorib. suis, & his qui eodem modo muniti equis, & armis, scilicet in exercitu fuerint, b infra annum, iuxta pridem à nobis statutum modum, poterunt conueniri. In foriudicatis autem idcirco hoc non concedimus: quia cum ipsis nulla sit reseruata defensio, non esset aliud eos conueniri, permittere, quàm suspendi mandare. Saluis per omnia his, quę in exercitu contrahuntur, aut committuntur, ad quæ præsentem non extendimus sanctionem, sed iuxta exercitalem ritum volumus terminari.

* ADDITIO. Bannitos. *Adde quòd de iure banniti non tenentur ire ad exercitum, tanquam hostes patriæ, secundum Bal. in c. dilectus. il primo, de rescrip.* Super.

a *In exercitu.* Nec enim in exercitu capi de iure possunt, sicut poterant extra exercitum, argum. supra de pœ. contumac. in ciuilibus caus. l. pœnam, aliàs, de forbannitis & foriudicatis. l. 1. §. 1. circa fi. vt supra dictum est in alijs, cum habeat commune priuilegiū vt supra possit, vt hic ponit.

b *Infra annum.* Innuere videtur, quòd post annum banniti, vel forbanniti non possunt in exercitu conueniri, sicut infra posuit in foriudicatis: vt ita ex transcursu anni videantur foriudicati, super quo die vt notatur supra de pœna contumaciæ in ciuilibus cau. l. pœnam. aliàs, de forban. & foriudicat. l. 1. circa finem.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

exercitum: quia sic dicit hæc constitutio in princ. Ad primordium ergo dictum posterius refertur. C. lib. 10. de impo. luc. defer. l. 1. in fi. & tota debet intelligi, sicut principium loquitur. ff de iur. & fac. ignor. l. regula. §. pen. Nisi coacti stipendientur per Curiam sine dolo malo eorum. Quoties enim ex necessitate, non ex voluntate, absentes fuerint, sufficiet, vt d. l. sed si per prætorem. §. fi.

Saluis his, quæ in exercitu contrahuntur, vel committuntur. Nam legatus non habet priuilegium, si deliquit post legationem. ff. de iudi. l. non aliàs. §. legati. sic feudatarius ad exercitum si delinquat, post summonitionem, non habet hanc hosticam exceptionem. ff. de iudic. l. 2. §. omnes. nam & stipulatio damni infec. non extenditur ad domos postea quæsitas. ff. de dam. infec. l. damni. §. si is. Nec legatum ad quæsita post. ff. de leg. 2. si ita scripsisset. & de leg. 3. l. Iulianus. §. fin. Nec filij nati tutori post tutelam prosunt ad excusationem. ff. de excus. tut. l. 2. §. amplius. & l. tutor petitus. nec arbiter cognoscet de illis quæ postea superuenerunt. ff. de arbit. l. de his sic ff. si quis cau. l. sed & si quis rei. §. illud. vbi in delicto commisso postquam satisdedit, non habet exceptionem, secus in commisso ante. ff. de custo. reo. l. 2. § fin. Frustra enim legis auxilium inuocat, qui committit in legem. ff. de mino. l. auxilium. Et priuilegium perdit, qui abutitur eo. C. de Iudæ. l. Iudæos. Si verò contrahat post legationem, aut postquam summonitus est ad exercitum, distinguitur vtrum in domo, vel in prouincia sua, an Romæ, vel in alia prouincia, quàm sua, d. l. 2. §. item si extra prouinciam. secundum omnem intellectum. ¶Commissa verò, vel contracta, dum sunt in exercitu, terminabuntur iuxta Ritum exercitalem, qui habet certas suas leges, pro quo est C. de consti. pecu. l. 2. §. fi. ad leg. Rhodiam de iactu. l. deprecatio. qui Ritus si deficit, recurritur ad prædictum ius Romanum, vt sup. de offic. iusti. l. præsenti. & l. puritatem.

H*ostes exceptionem.* Sed nunquid feudatarius, qui non seruit in capite, sed sub Barone, habebit exceptionem huiusmodi? Respondeo sic, quia seruientibus in exercitu datur illud beneficium: vt dicit constitutio hæc. Non ergo refert per quos fiat seruitium, vt C. de lib. & eorum liber. l. 3. in fi. Et sicut habet beneficium ipsius constitutionis feudatarius in capite, ita & ille qui sub eo seruit, argum. ff. de vi & vi arm. l. fi. & hoc clarè videtur determinari in fi. istius constitutionis, vbi dicit quòd banniti etiam feudatarij, habent beneficium, quòd non possunt conueniri durante exercitu: quia propter seruitium exercitus ipsius constitutionis beneficium conceditur. ¶Nunquid emphyteuticarius qui soluit adhoamentum, habet beneficium ipsius constitutionis? Respondeo sic: quia Regia Curia recipiendo pecuniā pro adhoamento, videtur vti seruitio, pro quo adhoamentum datur, vt ff. de vsufruc. lega. l. quia qui pretio. & ff. commu. diuid. l. quamuis. §. 1. & ita seruatur de facto. Barth. de Cap.

In tex. ibi, citatus extiterit. Sed nunquid qui soluit adhoamentum, habeat exceptionem hosticam? Respondeo sic, vt ff. de vsufruc. leg. l. quia qui pretio & ita seruatur in Regno. ¶Sed quæro: aliquis feoex debet ire ad bellum, poterit seruire per substitutum, quia misit filium, nunquid si modo pater eius conueniatur poterit opponere exceptionem bellicam? videtur quòd non: quia hoc videtur concessum ipsi propriè, arg. ff. de minorib. l. vlt. Econtrario quòd sic: quia qui per alium, &c. & dicas, ꝙ sic, per finem huius constitutionis. Barth. de Cap.

Hæc constitutio declaratur per capitulum Regni, quod incipit, inter belli discrimina. dicens, quòd in causa, vbi potest procurator interuenire, quantumcunque personaliter valeat feudatarius tenetur per procuratorem respondere: & quòd si seruit per substitutum, vel soluit adhoam, non gaudet priuilegio. Sed est quædam apostilla D. Bartholomæi de Capua. quæ dicit, quòd si soluit pecuniam, & sic adhoam, habet hoc priuilegium: quia videtur Rex seruitio vti: argum. ff. de vsufruct. l. quia qui pretio. ff. commun. diuid. l. item quamuis §. 1. & ita seruatur. Petrus de Montef.

Declara hanc constitutionem, quòd debet comparere per procuratorem. & de excusatione absentiæ etiam isto casu, vide capitulum Regni, Post commissum. & vide capitulum Regni, Comes. Pet. de Montef.

In tex. per se, vel per alium. Nota hic exceptionem hosticā opponi posse per principalem, & alium. Idem est in exceptione absentiæ: vt in constit. Regni, citationis literæ. Sic etiam in dilatorijs: quod hodie seruatur secus: quia non opponuntur hodie, nisi per principales personas. Marin.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

tum mille. Tertiò, vt Rex faciliores habeat subditos ad exponendum se mortis periculo propter suorum Regnorum de-
8 fensionem: ex quibus me referente † Sacrum Consilium
9 hostica exceptione allegata pro parte Illustrissimi † Camilli Caraccioli Principis Auellini Ducis Atripaldi, & Comitis Torellæ Sacræ Maiestatis in Regno isto in suppremo Collaterali Consilio Consiliarij prudentia, atque robore tum in bellicis, tum in domesticis, atque pacis rebus pertractandis præclarissimi ob cuius, & maiorum seruitia præfectura æquitum grauis armaturæ, fuit decoratus, & post hæc scripta inter aurei æquites coopertus velleris iudicauit hostica exceptione gaudere debere dum ipse Neapolitanæ militiæ præfectus Mediolanum, vt se in Flandriam conferret profectus erat in causa cum Ottauio Pisano apud Secretarium.

Declara tamen vt † non impediatur ipse agere, licet con- 10
ueniri

ueniri non possit, prout decisum testatur Ioannes Vincentius
11 Anna allegat. 75. † An autem hæc exceptio prosit Auctori laudato tangit Ioannes Vincentius Anna sing. 177. referens casum ind cisum in Regia Camera.
12 † Limita primò non procedere quando actor, & reus essent in exercitu vt habetur in hac constitutione, & licèt Capyc. impugnare videatur, littera tamen tex. hoc dicit. Secundò
13 † limita vt ibi per eum in ijs quæ committerentur vel contraherentur in exercitu. Tertia posset colligi limitatio ex dictis
14 domini de Franch. d. decis. 286. nume. 7. † non admitti hanc exceptionem, quando ageretur de exequendo sententiam, vt apertè colligi videtur ex ista constitutione in qua agitur de conueniendo, non de sententia exequenda. Limita quartò
† non procedere in vxore cuius vir commoratur in exercitu 15
vt per Capyc. decis. 76. Limita † quintò non procedere, quando ille qui vult gaudere hostica exceptione aliquam possessionem destituerit, vel turbauerit dum esset in exercitu, vel paulo ante quam vadat, nam tenetur per procuratorem comparere vt habetur in cap. Regni 215. quod post istam constitutionem est situatum. 16

Hostica exceptio non prodest illi, qui aliquem sua possessione destituit vel turbauit. h. d. Tapia.

ROBERTVS, &c. Cap. 214.

INter belli discrimina iustitiæ cultum molestè turbantia, & vmbratæ quietis interstitium aliquibus internallis assumptum tempus redimimus, vt opportunitatibus nostrorum fidelium per pacta iuris remedia consulamus. Sanè subiectorum nostrorum casus, atque molestia dedere materiam vt super certis difficultatibus quæ illis de facto frequenter emergunt per nostræ prouisionis suffragium præsidialiter mederemur. Ea propter subscriptas tres constitutiones edidimus, quas publicatas ex more per totam vestram prouinciam per vos tenaciter obseruari volumus perpetuò valituras.

ROBERTVS, &c. Cap. 215.

SI Comes, aut Baro, vel quicunque feudatarius ad exercitum euocatus, aliquem destituerit, inquietauerit turbatione molesta de rebus aut iuribus, vel crimen commiserit, in quo potest procurator adesse, etiam hostica exceptione durante, vel paulò prius, quàm exceptio eadem com petat, vt quòd incontinenti committitur præsentialiter inesse videatur, beneficium istius hosticæ exceptionis amittat. Etsi quidem ad exercitum personaliter iuerit, de præfatis destitutione, inquietatione, & criminatione per procuratorem sufficienter instructum respondeat coram Iudice competenti. Si verò substitutum pro se miserit, vel adohamentum in pecunia pro militari seruitio soluerit, ipse personaliter etiam pro quocunque crimine respondere cogatur: dicta exceptione hostica non admissa. Dignum est equidem, vt delinquentes sub prærogatiuæ cancessæ fiducia, beneficia ipsis perdant specialiter indulta. Cuius editionis seriem etiam in causis pendentibus locum habere censemus.

QVæ ad hanc materiam hosticæ exceptionis attinent diximus supra in constit. Hostica. Tapia.

Contra accusatorem, vel contra conquerentem de spolio exceptione excommunicationis opposita Iudex ad vlteriora procedat in causa, proponenti autem respectu accusatoris, vel conquerentis terminus ad probandum illam prævio iuramento concedatur, quod si non probauerit statim possessione de cuius spolio agitur priuetur. h. d. Tapia.

ROBERTVS, &c. Cap. 201.

PRo bono statu Regni Siciliæ ad quem intentio nostra dirigitur, vt dilationum perpendia in terminandis litibus, & corrigendis excessibus præcidantur, constitutiones nuper edidimus, quarum series præsentibus annectuntur.

P*Ro bono statu. Ibi, hæc exceptio opponitur*, Nota casum, quòd exceptio excommunicationis opposita in quacunque parte iudicij per delatum criminaliter, seu super violentia, & restitutione possessionis, non habet impedire processum, quod generaliter intelligitur, vide sequens. Barthol. de Capua.

Armorum vsus sanctione canonica est expressè prohibitus, præcipuè cum lumina Curiæ, vt in cap. Castellani. ¶ Not. quod officialis debet significare prælatis, etiam trina monitione præmissa, aliàs suis mandari debet, quòd arma non deferant, & si posteà portant potest ipsos capere, nam ante annuntiationem potest eis auferre arma absque personarum iniuria. Barthol. de Capua.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc cap. perraro practicatur, & ideo non insistam; † dicam tamen hanc exceptionem excommunicationis posse in quacunque parte iuditij opponi, vt tradit Ioannes Baptista Asinius in praxi iuditiorum. §. 13. cap. 2. vers. 1. sublimitatur, & vide quæ per Carauitam dicta sunt in Rit. 236. 1
Hanc † tamen exceptionem non admitti in parlamento Franciæ tradit Iodocus Damhouderius cap. 131. num 2. in sua praxi rerum ciuilium, & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 282. de hac re videndus Suarez allegat. 13. & Lignan. in tractatu de censuris Ecclesiasticis. §. 14. nu. 13. 2

Opposita exceptione excommunicationis post litem contestatam quæ calumniosè opponitur Iudex ad sequestrum rei de qua agitur procedat. h. d. Tapia.

CAROLVS SECVNDVS. Cap. 209.

FRequens in auribus nostris murmur obstrepuit, quòd dum inter petitorem & possessorem lis, seu controuersia vertitur, & in processu causæ possessor de litis contra se decisione sortitam formidat, exceptiones excommunicationis, recusationis, aut alias iudicij moratorias inuenit, vt donec per illas, seu interiecturam illarum causa protrahitur, & lis differtur, longiori possessionis fruatur commodo, & in perceptione fructuum per astutam malitiam indebitè fortassis potiatur augmen-

CA-

6 augmento, quo fit, vt protelentur lites, quæ scandalis persæpè materiam præstare noscuntur afficiantur partes tædio laboris & sumptus, & authoritas recti iudicij, ad quam spectat abbreuiare lites, ipsasque decidere, illusione quodammodo condemnatur: Circa quod reputantes ad commodum, & æquitatis animum occurrere fraudibus, & dilationum superstitiosam materiam amputare, præsenti edictali nostra prouisione vsque ad nostrum beneplacitum duratura statuimus, vt in memoratis litibus, siuè ciuilibus causis, si quando exceptionis huiusmodi friuolæ post litem contestatam, & aperturam testium circa finem ipsarum litium maximè opponantur, quas vtique circunspectio Iudicis calumniosas, & causa morandi iudicij, ex suo motu, seu religionis instinctu potest inspicere interiectas, rem de qua agitur cum fructibus, si qui pendent, immediatè ex suo officio † faciat sequestrari, demum admissionem in causa, vt iuris extiterit, concessurus. Volumus igitur & mandamus, vt edictionem nostram hanc firmiter obseruetis, daturi ipsam alterutrum in pendenti, vt in obliuionem non transeat, vel neglectum.

Data Neap. per Barthol. de Capua.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 FAciat sequestrare. Ex hoc cap. desumpta est practica, qua hodie † in Sacro Consilio vtimur, vt quando inter partes litigatur super alicuius rei possessione, & præsertim inter consanguineos tunc procedimus ad sequestrum illius rei, & fructum ipsius, vt breuius liti finis imponatur, ita factum est tempore meo in causa Don Francisci Carrafæ cum spectabili Comitissa Sancti Seuerini eius nepote, vt in banca Bureili, & in causa Reuerendissimi Archiepiscopi Surrentini cum eius nepotibus, & in alijs causis sequuti resolutionem Sacri Consilij de qua testatur D. Præsidens de Franchis decis. 203.

Exceptio excommunicationis non admittitur nisi in promptu de ea doceatur h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 236.

*ADDITIO. Item quòd in quibuscunque *Vide ad hunc Ritum Cauar. 1. lib. var. resolut. c. 18. nu. 5. vbi dicit, in Hispania & in Francia non admittitur exceptio excõmunicationib.* De B.

ITem quòd in quibuscũque causis* ciuilibus vel criminalib. ordinarijs vel extraornarijs, motis & moueudis, in dicta Curia ante lit. contest. vel post exceptionem excõicationis proponẽdo, p partes altrinsecus, vel cõtra testes in causis ipsis productos, vel producendos, non admittitur per Curiam, nisi proponẽs excõicationẽ ipsam in prõptu & in ipso instanti legitimè doceat dictæ Curiæ de excommunicatione prædicta per legitima documenta.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIde ad hunc Ritum Carauitam qui peroptimè illum glosauit, & vltra dicta per ipsum Cõsal. de pace in sua praxi tom. 1. primæ par. in 5. tempore in cap. libellus aliarum dilatoriarum Didac. Perez ad l. 1. lib. 8. ordinat. tit. 5. col. 10. vers. & plura Petr. Foller. in sua praxi in ver. audiantur excusatores nume. 50. & sequen. & in fragmentis num. 126. tit. de excommunicat.

Aduersus citationem in causa criminali infirmitatis aut absentiæ, aut captiuitatis exceptio tantum opponi potest. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 269.

DIe 21. mensis Iulij primæ Indictionis Neap. Anno Domini 1378. Prouisum est per dictã Curiam & decretum cum Consilij reginalis deliberatione matura, quòd in quibuscunque causis criminalibus per quascunque personas in dicta Curia pro tempore mouendis nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citandorum per procuratorem, scilicet, ipsius citati offerenda: nisi fuerit exceptio infirmitatis, aut absentiæ, aut captiuitatis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HVnc Ritum cum alijs sequentibus in quibus agitur de except. quæ aduersus citationem opponuntur glosauit optimè Carauit. ad quorum etiam ornatum videnda sunt, quæ peroptimè scripsit Foller. in verb. audiantur excusatores à nu. 10. vsque ad finem vbi alias exceptiones enumerat, quæ aduersus citationem allegari possunt, & præsertim clericatus,
1 minoris ætatis, & incompetentiæ Iudicis, † dicit tamen istas opponendas esse per ipsos principales, & non per procuratorem: Quod tamen attinet ad exceptionem clericatus dic ita seruari aduersus citationem ad informandum, sed quando allegaretur clericatus aduersus citationem ad foriudicandum eo casu licèt non recipiantur Bullæ, nisi comparente reo per-
2 sonaliter, † Iudex tamen videt ipsas, & conseruare facit extra processum, & instructus de veritate, & validitate ipsarum mandat supersederi in pronunciando sententiam foriudicationis propter periculum nè occidatur inquisitus, qui si esset clericus non esset subditus, & ita vidi seruari vt diximus ad Ritum 65. tit. de episcop. & cler. num. 4. post D. Præsidem de Franch. decis. 32.

† Quod verò attinet ad exceptionem minoris ætatis, quæ opponitur aduersus citationem ad foriudicandum dic supersederi in proferendo sententiam foriudicationis constito de minori ætate, & ita etiam vidi seruari: potest tamen dici hoc esse arbitrarium Iudici in hoc Regno ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, quæ incipit, & si verùm olim sub titulo de minoribus, nunc sub titulo de in integrum restitutione minorum. 3

† Et in quantum ad exceptionem declinatoriam fori dic il- 4
lam opponi non posse per procuratorem inquisiti aduersus citationẽ ad informandũ, † sed si ipse fuisset captus à Barone, 5
tunc per Baronem posset peti remissio ipso inquisito existente carcerato in carceribus Curiæ Regiæ, † vel potest etiam 6
opponi exceptio nullitatis citationis per procuratorem vt receptum per Sacrum Concilium testatur dominus Præsidens de Franch. decis. 232. in fine, & iudicauimus in causa Illustris. Ducis sanctæ Agathæ, & Marchionis Vallis Siculæ.

Amplia decisionem huius Ritus vt non possit opponi alia exceptio præter istas tres aduersus citationem, vt idem procedat

7 cedat † quando vellet opponere delictum commissum pœnam non mœreri, vt quia esset occisus forudicatus, quia hæc exceptio continet iustitiam inquisiti, licet indulgentia peti possit per procuratorē, quod tradit Vinc. de Franch. dec. 314. Limi-

Limitatur † istius Ritus dispositio non procedere quando 8
delinquens fuit visus tempore delicti, vel conuictus, & hoc quòd ad absentiam vt habetur in cap. Regni post commissum in hoc tit. situatum, & ita passim iudicatur.

Exceptio absentiæ admittitur aduersus citationem ciuilem, & [cri]minalem nisi malitiosè proponatur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 166.

ITem a si aliquis ciuiliter vel criminaliter ex officio, vel ex via ordinaria de mandato ipsius Curiæ citatus fuerit, & excusetur per aliquam coniunctam personam ipsius, quod citatus ipse sit absens, & quòd arripuerit iter ad Sanctum Iacobum, vel ad Sanctū Sepulchrum, talis excusatio admittatur, nisi præsumatur malitiosè proponi,

a *Item si aliquis ciuiliter, &c.* Ilte tamē excusator ad excusandum citatum, & ad allegandum causas absentiæ, vel iusti impedimenti, non debet audiri, nisi promittat de præsentando citatum in certo termino. ita multum nota inquit Bald. & sequitur ibi Pau. de Cast. dicens esse perpetuò menti tenendum, & sequitur ibi Alexan. Ias. & idem Pau. in l. filiusfam. ff. qui satisd. cog. Contra tamen hoc dictum dictū adduco pulchrā decisio. Ant. de Can. in tract. de excusat. in 30. q. vbi quærit si excusator in causa criminali allegat causas absentiæ, Iudex vult quòd satisdet de illo præsentando, tempore quo ista causa absentiæ poterat esse finita, an id teneatur? & respondet quod non, quia nulla lex hoc dicit allegat Io. And. ita plenè tenentem in addit. Spe. in tit. de defen. in rub. M.

AD hunc Ritum per Carauitam supradicta vide Foller. Tapia.

Excusatio absentiæ non admittitur post latam interlocutoriam, quo casu datur excusanti iuramentum, & conceditur iuxta distantiam loci. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 168.

ITem seruat ipsa Curia quòd petitio excusationis absentiæ non admittitur per ipsam Curiā, si datur petitio postquam lata est interlocutoria ciuilis, vel criminalis, & non sufficit quòd sit lata, nisi etiam lata sit scripta in actis: vnde si esset lata, id est, lecta per vnum ex iudicibus, vt est de consuetudine Curiæ, non est scripta in actis, lata est dicta interlocutoria, &c. tunc auditur excusatio, & datur excusanti iuramentum, quòd animo differendi iudicium, & calumniosè non facit, cuius datio iuramenti non scribitur in actis.

Exceptio infirmitatis admittitur etiam cum fide vnius medici. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 167.

ITem * si aliquis vel aliqua a ciuiliter, vel criminaliter ex officio, vel via ordinaria de mandato ipsius Curiæ citatus, vel citata fuerit, & excusetur per ciuem idoneum, vel aliam coniunctam personam, quia infirmus, vel infirma, vel mulier grauida sit, adeò quòd sinè suæ personæ periculo in dicta Curia comparere non potest, quamuis in instrumento excusationis ipsius, vbi vnus medicus, vel obstetrix non sit, nihilominus eius excusatio ex quadam æquitate admittitur per Curiam supradictam.

* ADDITIO. Item si aliquis, vel aliqua. *Vide Alexā. in l. quæsitum, §. fontico. ff. de re iud. Adde quòd sicut infirmitas sua excusat, ita infirmitas suorum, Alexan. & Ias. in l. 1. ff. in ius voc. vt caut. & de excusatore vide And. in consil. dictorum. & Barto in l. penul. §. ad crimen, antepen. col. de pub. iudi. Ant. de Canar in tract. de excusator. an processus valeat, Doct. in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis caut.* De Bottis.

a *Item si aliquis vel aliqua, &c.* Hunc Ritum intellige, & declara, vt pulchre per Par. in tract. synd. in ver. negligentia in 5. colum. vbi dicit quòd ritus iste dicens, quòd si aliquis allegat infirmitatem, debet habere literas duorum medicorum, qui testificentur de infirmitate, debet intelligi si in illa ciuitate poterant haberi duo, aliàs sufficit vnus, vel sufficit ille, qui erit à communi ad hoc deputatus: vt ritus intelligatur, & interpretatur secundum ius commune: quia statuta sunt interpretanda secundum ius commune, vt l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, l. 2. C. de nox. & ibi allegat iura, quod de iure communi, quando super vulnere debet adhiberi medicus à communi ad hoc deputatus, eius consilio & dicto solius stabitur: Si autem non est deputatus à communi, debet duos adhibere, si reperiuntur in ciuitate, l. comparationes. C. de fide instrumen. l. semel. C. de re mili. lib. 12. aliàs si duo non reperiuntur, vnus sufficit, vt in Authen. de non alien. vel permut. §. qui ita. Bart. in l. 1. C. de pon. aur. lib. 10. nec sufficit vnum medicum adhibere, nisi sit peritus. gl. in l. ab hostibus. §. si vir. ff. sol. matr. ita Par. ¶ Adde tu quòd non creditur testificationi istius medici dicentis aliquem esse infirmū, & nihil operatur talis testificatio, & denuntiatio medici, nisi præcedat diligens Iudicis inquisitio. tex. est multum not. in l. semel. C. de re milit. lib. 12. & ibi multum not. Barto. illum textum ad hoc esse singularem. & subdit quòd ideò debet esse cautus assessor, quòd in actis faciat scribi & registrari, quòd Iudex diligenter inquisiuit, & examinauit vtrum sic infirmus, & si ex vulnere sit remansura cicatrix: & ipso diligenter examinante, & inquirente medicus hæc retulit: alias non valet. Quod dictum sequitur, & summè commendat Alexan. post Barto. in proœ. ff. 3. col. in fi. & præceptor meus Cors. in suis no. in ver. medicus, &c. inc. denuntiatio facta per medicum, &c. Et in apost. ad Pan. in cap. proposuisti. de probat. Et qualiter probetur quem fuisse infirmum, vide Doct. Barto. in l. quæsitum. in fi. ff. de re iud. vbi formaliter probabit ipsum fuisse infirmum per relationem medicorum, vt l. semel. C. de re milit. lib. 12. quòd vt Iudex mittat potest impetrare excusator: argum. de ventre inspicien. l. 1. §. 1. & C. de fide instrum. l. comparationes. & poterit ipse quòd fuerit infirmus docere proprio iuramento cum alijs indicijs, putà quia facies eius est extenuata, quasi hominis surgentis ab infirmitate: argum. l. minor 25. annor. supra de min. poterit etiam probare per duos astantes sibi familiares hoc casu: argum. l. consensu. C. de repu. & de naufr. lib. 11. ita Barto. tene menti, quia faciet tibi

tibi honorem in facto, quem sequitur ibi remissiuè Alexan. & allegat cotas, & quòd impedimentum infirmitatis allegatum, & sic quòd quis esset infirmus ex naturali iustitia, probatur iuramento. tenet And. de Isern. in cap. 1. in 3. col. de controuer. inter vass. & alium de ben. alleg. l. scire, §. sufficit. ff. de excus. tut. Et vnde dicitur infirmus, & infinita dicta de infirmitate, & quotuplex est infirmitas, vide semper per Luc. in l. nullus. in 2. colum. C. de decur. lib. 10. vbi semper vide. Adde quod iste medicus debet esse insignis & expertus, ac probatæ artis, & fidei. Luc. in l. podagræ. C. qui mor. lib. 10. ¶ Adde quòd testis potest deponere de sanitate, & infirmitate corporis per aspectum. Barto. in l. 1. C. de men. val. lib. 11. & Barto. in d. l. quæsitum. in fi. & sequitur Franc. de Aret. in l. 2. in antepen. colum. ff. de testa. & Ias. in l. seruum. in 2. colum. circa princip. C. qui testam. fac. poss. ¶ An autem sufficit si infirmus citatus mittat excusatorem cum instrumento continente testimonium medicorum de suo morbo testificantium, vel debeat mittere procuratorem? hanc quæstionem examinat pro & contra Lucas in d. l. semel. 2. colum. ver. ex præmissis, &c. Tandem concludit. quòd vsus iudiciorum æquitate suadente seruat, quòd sufficiat excusator, & subdit hoc esse verum in medico approbato, & habente literas practicandi. Item intelligit verum, nisi impedimentem sit longum: & fortius est, si est perpetuum: nam tunc tenetur mittere procuratorem: aliàs contra eum tanquam contumacem proceditur. vide omnino eum plenè loquentem & allegat iura, & in sequen. colum. vers. secundò quæritur, &c. ponit aliam quæstionem, quid si citatus patiatur ægritudinem non latentem, sed manifestam & patentem, vtrum habeat locum solennitas dictæ l. semel. & an possit probari per alios, quam per medicos? & latè disputat, & concludit quod sic. vide eum omnino. Adde quòd si medicus adhibetur per Iudicem ad videndum, & iudicandum, an carceratus, qui allegat se infirmum graui infirmitate, vel ex febre pestifera, & propterea se excarcerari petit, quòd medicus in hoc casu debet iudicare de veritate, quia febris cognoscitur ex pulsu, & vrina, ex alijsque veris signis, ita no. inquit Paris. in tract. synd. ver. tortura. in cap. officialis posuit ad chordam, &c. in 2. colum. vers. & ego idem dicerem, &c. Adde tu hic alium similem ritum in ritibus vulgaribus char. 15 incip. *Item che si alcuno, &c.* vbi vult, quòd si aliquis est citatus, vel ei est mandatum factum pro causa ciuili vel criminali, & in vltimo termino cõparitionis non comparet, & eius procurator vel aliquis affinis compareret in curia, & allegaret infirmum citatum esse, ad probandam dictam infirmitatem, debet præsentare instrumentum infirmitatis, & literas medici, per quas faciet fidem infirmitatis, aliàs si non præsentaret dictam instrumentum & literas, vel non doceret in promptu de dicta infirmitate per testes fide dignos, & non compareret citatus: vel si est causa ciuilis, non compareret eius procurator, remaneret cõdemnatus dictus citatus. ita vult cap. prædictum. tene menti ¶ Et de hoc articulo qualiter probetur impedimentum infirmitatis, quando quis citatur. vide latissimè per Matth. in constitutione, edictorum. in 14. colum. ver. sexto quæro, & ibi etiam ponit quid seruetur in magna Curia Vicariæ. vide ibi omnino, & ibi allegat cotas. M.

Vide ad hoc Caranitam. Tapia.

Pro citato non admittitur aliquis excusator si fuerit visus tempore delicti, vel per diem ante. h. d. Tapia.

CAROLVS TERTIVS. Cap. 228.

POst commissum à delinquente flagitium, dum criminatus ex hoc ad iudicium trahitur, eius absentiæ propositum excusatorium allegatur: cum tamen ipse reus criminis in loco delicti visus fuerit die commissionis ipsius, vel etiam præcedenti. Vt igitur reatus notitiam facti dilatio non excuset, hac edictali ordinatione statuimus, vt contra reum accusatum modo prædicto insidientis officium, excusatione cessante, procedere non quiescat. aut enim absentia memorata latitatione fingitur, vel si veritati consentiat propter timorem sceleris, fuga præsumpta, rationabiliter comprobatur. Data Neap. per Barth. de Capua, &c.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

AD hoc capitulum vltra dicta per Ioannem Antoninm de Nigr. vide decis. D. Præsid. de Franch. 327. & quæ scripsimus ad constit. citation. literæ.

Condemnati per binas sententias conformes nobilitatem allegata non impediunt excusationem, si autem in secunda instantia deducatur, & succumbat non datur reclamatio. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VI.
De condemnatis pro delictis.

PHILIPPVS, &c.

DOn Ioannes de Astunica, &c. All Illustri Spettabili, & Magnifici Protonotario, &c. Essendo condennati alcuni delinquenti per la detta gran Corte della Vicarla à pena di morte naturale, ò di galera & appellandosi dalle dette condennationi, restando confirmata la prima sententia per lo che si deue dare essecutione alle due sententie conformi, semo informati che sogliono l'inquisiti per differire l'essecutione reclamar dalle sententie date in tal causa de appellatione, allegando esser nobili, & con questa eccettione, la quale non è stata dedutta in la prima, nè in la seconda instantia, pretendeno hauere nuouo termine, anzi hauere in questa, eccettione prima, & seconda instantia. Il che è grandissimo essempio, & si ritardano l'essecutioni delle sententie de condennati in detrimento delle bone, & preste espeditione, & essecutioni della giustitia. Pertanto volendo sopra ciò prouedere per euitare tutte le difficoltà le qual potriano occorrere in questo articolo, ci è parso con voto, & parere del Regio Collateral Consiglio appresso di noi assistente fare la presente Pragmatica per la quale statuimo, ordiniamo, & comandiamo che dal dì della publicatione della presente, quelli inquisiti che pretendeno, ò pretenderanno nobiltà debbiano dedurla nella prima ò seconda instantia, & non producendola non se possa più pretendere, nè dedurre, ma si debbia si come ordiniamo con questa à tutti li predetti Tribunali, & officiali, che debbiano dare essecutione alle sententie, conforme à iustitia, & non deducendosi in la detta grã Corte in la prima instantia, ma deducendosi in la seconda instantia in lo Sacro Consiglio. Volemo, & ordiniamo, che della determinatione che si farà nel Sacro Consiglio circa la detta qualità, non resti luoco di reclamatione, & così essequa che tal'è nostra volontà, & acciò che la presente Pragmatica sia nota à tutti hauemo ordinato che se ne affiga copia autentica in valuis delli Regij Tribunali essistenti in questa fidelissima Città di Napoli, & che si publichi per detta Città in li luochi soliti, & per tutto il presente Regno. Dat. Neap. die 19. mensis Febrarij 1580.

Don Inan de çuñiga.

V. Reuerterius Regens. V. Salernitanus Regens. V. Salazar Regens. Dominus Vicerex Locumtenens & Capitaneus Gen. Mandauit mihi Bastidæ de Muñatones Secret. In Pragmat. 1. fol. 27.

DE POENIS OPPONENTIVM CALVMNIOSE DILATIONES, NVLLItates, exceptiones, ac satisfactiones. Rubr. xviij.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Iste titulus, & Pragmaticæ quæ sub eo continentur maxima cum diligentia seruari deberent à iudicantibus, ne lites fierent immortales ne vè impensis defatigati litigantes res suas dimittere occupantibus cogantur, cum hoc titulo non adest alius titulus concordans, sed de materia puniendi opponentes calumniosas exceptiones agitur in cap. 1. de except. in 6. in l. penult. C. de except. & apud Hispan. in l. 8. & 9. tit. 3. par. 3. & Consal. de pace in sua praxi 7. tempore nume. 10. & Muscatell. in praxi Sac. Cons. 3. par. glos. dilationes nu. 9.

Dilatorias exceptiones dolosè opponens punitur vt hic. hoc dixit Tapia.

PRAGMATICA XXXIII.

De offic. Sac. Cons.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

CVm quis dolosè ad litis ingressum impediendum, dilatorias exceptiones apposuerit, pro qualibet eiusmodi exceptione, ne se dolo impunè esse visum intelligat, duorum ducatorum pœna, nostro fisco adijcienda mulctandum esse decernimus, Sacro nostro Concilio permittentes, vt acriori si sibi visum fuerit, hanc fraudem pœna compescat, quam à Procuratore, atque Aduocato qui fraudulenter consuluerint repeti posse concedimus, ea conditione, quam in prima harum sanctione posuimus.

Dilationem vltra Marinam, vel aliam petens, nec qui aliquid non probauit punitur, vt hic, sic etiam aduocatus, & procurator. h.d. Tapia.

PRAGMATICA XXXI.

De offic. Sac. Cons.

QVoniam in termino ad probandum super principali negotio, vel etiam ad cōprobādū scripturas siuè impugnandum, identidemque ad reprobationem testium seu in integrum restitutionis beneficio prima vel secunda vice super nouis, vel antiquis articulis concesso quod vulgariter primum & secundum beneficium in Regno nuncupatur, secundum editam super hoc constitutionem calumniosè vltra marinam, vel etiam minorem, illam non vsuri, quidem sæpè dilationem petere consueuerunt, nè cuiquam id in posterum impunè facere contingat, decernimus eum qui dilationem huiusmodi petierit nec quicquam intra illarum tempora probauerit ducatorum sex nostrum in fiscum peruentura pœna mulctandum esse grauiori alia pœna nostri Concilij arbitrio reseruata, personarum tamen & causarum qualitate perspecta, depositum quoque quod pro vltra marina dilatione pro cursore, secundum ritum consuetudinemque curiarum Regni factum fuerit, si calumniosa petitione extiterit, nostro fisco applicandum esse declaramus, & Procuratorem, qui sine speciali mandato easdem per calumnias dilationes petierit, vel petendas clienti persuaserit, pariterque & Aduocatum cliente absoluto pœnam duplicatam subire mandamus.

Dux de Alcalà Vicerex.

Quod hic de pœna contra petentem dilationem vltra marinam vel extra Regnum & ea non vtentem statutum est grauiori pœna per pragmaticam editam per Illust. Don Raymundum de Cardona tunc Regni huius Viceregem inter alias iam impressam 10. Decembris 1509. incipientem, Aliam similiter occasionem, &c. vindicatum est.

Sacrum quoque Concilium super prædictis alijs dilationibus arbitrium sibi præsenti sanctione reseruatum explicando pœnam prædictam ad summam vnciarum duarum auri, auxit, prout in decreto die 17. Nouembris 1533. statutum est, videlicet.

Decreto Sacri Regij Cōcilij prouisum est, quod pœna vnius vnciæ per Regiam Pragmaticam imposita contra eum qui in causa petierit & obtinuerit dilationem vltra marinam, vel repulsam, vel beneficium, & eis vsus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit & contra Procuratorem qui sine speciali mandato illas petierit, vel petendas eius principali persuaserit, duarum vnciarum pœna irremissibiliter exigatur, & quod Magister actorum causæ in qua pars ipsa vel ipsius procurator in supradictam pœnam inciderit, antequam in causa ipsa ad vlteriora procedatur, debeat talis pœnæ incursionem notificare Magnifico ipsius Sacri Concilij Præsidenti, vel ipsius causæ Commissario, sub pœna vnius vnciæ, hoc suum &c. Antonellus Secretarius.

Pœnas prædictas irremissibiliter esse exigendas, alio eiusdem Concilij decreto 3. Martij 1539. lato prouisum est.

Decreto ipsius Sacri Regij Concilij, prouisum est, quod pœnæ de cætero incurrendæ per partes dilationes, & eis vsæ non fuerint, debeant ab eisdem irremissibiliter exigi, iuxta tenorem Regiæ Pragmaticæ & decreti eiusdem Sacri Concilij desuper interpositi.

Nos autem tenorem decretorum prædictorum appro-

approbantes; eadem iuxta illarum seriem obseruari præcipimus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica hodie seruatur, & etiam quod fiat nominatio infra Regnum, & dicat quod vult ea vti prout infra Regnum debet fieri nominatio testium per nomina. & cognomina, cum designatione loci alias dilatione nô gaudet, prout in decis. D. Præsid. de Franch. 57. quæ decisio fuit in Sac. Cons. seruata.

Non vtentes dilationibus, & beneficijs petitis vnius vncia pæna mulctentur. h.d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De dilationibus.

SI quis petierit dilationem vltra marinam, vel repulsam, siue beneficium, eiusque vsus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit, vnius vnciæ pæna mulctetur, qui tales dilationes petierit: Procurator verò, qui sine speciali mandato illam petierit, vel petendam eius principali persuaserit, duplicatam pænam soluere teneatur. Nec per præsentem dispositionem derogatum esse volumus Pragmaticæ per nos alias super dilationem vltra marinam, vel extra Regnum editæ, quæ per omnia in suo robore remaneant.

Latis duobus sententijs, vel decretis conformibus, quæ paratam habent executionem ex aliqua causa, vel priuilegio, si de nullitate calumniosè dicatur punitur proponens, vt hic. h.d. Tapia.

PRAGMATICA XXXII.
De offic. Sac. Cons.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

POst sententias, vel decreta affirmatiua binasque relationes & sententias conformes, quas ex causæ natura, vel Curiarum iudicantiumque priuilegio, siue etiam ex ritu & consuetudine Curiarum appellatione interposita nô obstante executio insequi debet, quicumque ad executionem differendam de ipsarum nullitate per calumniam frustatoriæque exceperit, vel aliter proposuerit, ducatorum sex pęna mulctetur, nostri fisci pecunijs adiungenda, cui si grauiorem pænam nostrum Sacrum Concilium inferre voluerit, ipsius arbitrio reseruamus: à Procuratore verò vel Aduocato, quorum id consilio factum sit, si ex actis, vel aliter notoriè constituerit, huiusmodi mulctam exigi duplicem pro quolibet iubemus, cliente absoluto si nulla sibi culpa ascribi poterit.

Dux de Alcalà Vicerex.

Hodie verò, cum de nullitate sententiarum Sacri Concilij dicitur contra allegantem & succumbentem grauior est in dicta pæna contenta in Regia prouisione annotata.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DIximus in rubr. huius tituli nonnulla, quæ ad materiam proponentis calumniosè exceptiones conferunt remissiuè, attamen quod hic dicitur † de nullitate non opponenda
a aduersus sententias conformes, dic hodie non ita rigorosè practicari propter iniuriam actuariorum, sed in quantum ad sententias Sac. Conc. attinet, dic auctam esse pænam, vt habetur in pragm. 5. de offi. Sac. Cons. quæ hodie seruatur, quando tamen dicitur de nullitate decreti per Sac. Cons. interpositi fit depositum ducat. duodecim, nec aliter admittuntur comparitiones de nullitate aduersus decreta, & sententias Sac. Cons. nisi facto deposito seruata forma dictæ Regiæ Pragmaticæ.

Dolosè proponentes querelam contra testes puniuntur, vt hic, & Aduocati, & Procuratores, h.d. Tapia.

PRAGMATICA XXXIV.

De offic. Sac. Cons.

QVerelam falsi contra testes principalemque, siue ipsorum alterum ad proferenda tantummodo litium expediendarum tempora quisquis per calumniam dolumque proposuerit, aureorum ducatorum sex, nostrum in fiscum incorporandæ, obnoxium pænæ esse iubemus, mulctamque etiam grauiorem Sacri Concilij nostri arbitrio ingerendam subire, pænæ à Procuratore, Aduocatoque repetendæ conditione illa, quæ prima, atque secunda harum sanctione continetur, potestate præmissa.

Principalis examinatus, & veritatem negans punitur. h.d.

PRAGMATICA XXXV.
Eodem titulo.

PRincipalem, qui super facto proprio, vel aliqua litis positione examinatus, ea negauerit, quorum illum habere notitiam credibile sit, & quæ inficiatus sit, vera esse testium probationibus constiterit, pænæ à nostro Sacro Concilio decernendæ, personarum & causæ qualitate pensata subijciemus, regressum pænæ reposcendæ in Procuratorem, Aduocatumque conditione ea, quam prima sanctione posuimus concedentes.

Exceptiones litis decisorias opponens illis non probatis punitur, vt hic. h.d. Tapia.

PRAGMATICA I.
De exception.

QVicumque exceptionem solutionis, transactionis, iurisiurandi, vel pacti de non petendo

do oppósuerit, & eas, vel alteram ipsarum non probauerit, saltem semiplenè, in decem tarenis pro qualibet exceptione huiusmodi opposita, & non probata condemnetur, quam pænam Iudex causæ de suo soluere debeat si negligens fuerit, tempore sententiæ condemnationem dictæ pęnæ facere, & si ad processum fuerint oppositæ, & non probatæ, vltra pænam prædictam in expensis pars non probans condemnetur.

FAcit ad hoc constitut. exceptiones, & quæ ibi dicta sunt. Tapia.

Procuratores opponentes calumniosè prædictas exceptiones pænis infrascriptis puniuntur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De procurat.

PHILIPPVS &c.

ANtonius Perrenotus S.R.E. tituli Sancti Petri ad Vincula, Presbyter Cardinalis de Granuela, præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis à Consilijs Status, & in hoc Regno Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c.

Quotidie apud nos multi conqueruntur Actores quod reorum conuentorum, eorumque Procuratorum calumnijs, & subterfugijs interiectis, causæ minimè expediuntur, ac multis, varijsque dilationibus differuntur, atque hoc omne intendunt, ne ad expeditionis terminum veniant, maximo cum partium ipsarum detrimento, ac præiudicio, cumque Patronos, Procuratoresque mercede adductos habere eos oporteat, in egestatem incidũt: Volentesque nos huic malo prudenter occurrere, visum est, Regij Collateralis Consilij apud nos nos assistentis voto, ac sententia, hanc edere Pragmaticam, videlicet. Dicentes de nullitate à sententijs, siue decretis diffinitiuis Magnæ Curiæ Vicariæ, seu vim diffinitiui habentibus, quæ ex natura causarum, vel ex forma ritus, aut Regiarum Pragmaticarum haberent executionem paratam, non obstante appellatione, si succubuerint, tunc si sententia, seu decretum fuerit à ducatis septuaginta quinque infra, Procurator, seu principalis, qui dictas nullitates proposuerit, soluat pænam ducatorum sex. Si verò fuerit summa supra ducatos septuaginta quinque, proponens dictas nullitates, seu nullitatem, soluat pro pæna ducatos 12. in posse Magnifici Perceptoris prouentuum ipsius Magnæ Curiæ absque alia dilatione, & Actuarius causæ, & Scribæ teneantur, statim interposito prædicto decreto, per quod fuerit declaratum nullitates non subsistere, id denunciare dicto Perceptori alias quod Actuarius causæ, & Scriba prædicti in solidum soluatur de proprio suo: Et ne contingat aliqua tergiuersatio, volumus quod si causa agitur per procuratorem, procurator ipse coram Actuario causæ compareat, & scribat comparitionem, nullitatem, seu nullitates continentem, & succumbens soluat pænam prædictam, à cliente nõ repetendam, nisi habeat mandatum speciale à suo principali agitetur. principalis ipsi coram prædicto Actuario comparitionem, nullitatem, seu nullitates continentem, præsentet, & succũbens, principalis ipse soluat pænam prædictam exigendam vt supra: Dicentes vero de nullitate à decretis interlocutorij similiter ad finem differendi, si decreta ipsa fuerint interposita per magnam Curiam, facto verbo in Banca, succumbentes soluant pænam ducatorum trium. Si vero per Iudicem domi prouidẽtem, soluat carolenos quindecim, exigendos eadem forma, vt supra seruata. Petentes autem beneficia si postea eis vsi non fuerint, & nihil probauerint, procurator, aut curator, siue tutor, aut syndicus soluant pænam ducatorum duodecim, hoc addentes, quod si produxerint aliquos testes, qui nihil deposuerint, aut nihil concludenter dixerint, vt si quid dixerint ad causam impertinens, ita quod ipsi Magnæ Curiæ euidenter appareat calumniosè, & fraudulenter, ad finem euitandi pænam, testes ipsos fuisse productos, & ob id eadem Magna Curia pronunciauerit pænam esse soluendam. Tunc pęna prædicta soluatur à procuratore, nisi habuerit speciale mandatum, vt supra ab eius principali, quo casu dictam pęnam solutam à dictis procuratoribus repetant ab eorum principalibus, siue soluatur à tutore, vel curatore, aut syndico vniuersitatis, qui in causa interuenerit, exigenda similiter non repetenda à cliente, cũ personæ, quibus competunt beneficia, non possunt per se ipsos legitimè in iudicio cõparere, nisi sint puberes, aut mulieres, à quibus curatores, & procuratores ipsi speciale mandatum habuerint ad tales dilationes obtinendas, quo casu procuratores ipsi de suo soluant pęnam prædictam, repetendam tamen à principali suo, qui mandatum huiusmodi dederit speciale & non generale: & Actuarius teneatur statim elapso termino, aut statim interposito decreto, id denunciare dicto Perceptori, alias teneatur de proprio soluere. Nec excusentur prædicti, si in beneficio, seu beneficijs prę dictis petierint depositiones principalium, cum illas possint habere absque eo quod petantur beneficia. Facientes autem nominationes testium per infra Regnum, & non vtentes talibus nominationibus, prædicti procuratores, tutores, aut curatores, syndici, aut principales, qui illas fecerint, soluant ducatos duodecim: Et si à mulieribus, & puberibus, seu vniuersitatibus, prędicti procuratores, curatores aut syndici ad id speciale mandatum habuerint, & dictas nominationes fecerint, & eis vsi non fuerint, & infra dilationem concessam non examinauerint, soluant pęnam prędictã, repetendam tamen à principalibus, qui mãdatum speciale dederint, & sine mandato speciali nominationem fecerint, de suo soluant, & quoad exactionem, eadem supradicta forma seruetur, vt supra dictum est. Addentes quod, si fortè, vt figurent se nominationibus vti, aliquos testes produxerint, qui deposuerint nihil scire de contentis in articulis, aut fortè nihil ad propositum causę dixerint, seu deposuerint ita, vt euidenter appareat ad dilatandum causam, & ad euitandum pænam, eos fuisse productos, & ita fuerit ab ipsa Magna Curia pronunciatum, teneantur ad pænam prædictam

ctam soluendam, & exigendam vt supra. Si vero nominationes fiant ad loca extra Regnum, seruetur Regia pragmatica super hoc edita, seruanda inuiolabiliter in ipsa magna Curia: Allegantes nouas conuentiones, quas concludenter non probauerint facta publicatione in causa quandocunque ante sententiam soluant, apponentes & succumbentes pœnam ducatorum sex, exigendam vt supra. Si vero post sententiam ad impediendam executionem, soluat ducatos duodecim, quæ pœna exigatur, vt supra, ab ipso procuratore, tutore, curatore, seu syndico, aut principali qui ipsam proposuerit, cum consimili declaratione, vt præcedentibus capitibus: Petentes repulsam aduersus testes, Capita repulsæ declarentur, & si fuerint Capita concernentia aliquam infamiam, & termino dato non probauerint, Capita ipsa infamiæ soluant pœnam ducatorum decem. Si vero citra infamiam posuerint, seu termino vsi non fuerint, soluant prædicti tarenos decem, nec excusentur prædicti principales, procuratores, tutores, curatores, seu syndici, si principalium exigant depositionem in dicto termino, quam depositionem quo ad repulsam exigere non possint, nisi termino ad id impartito, quæ pœnæ exigantur à prædictis, & vnoquoq; ipsorum qui prædictam repulsam petierit, exigendæ pœnæ prædictæ vt supra.

Allegans satisfactionem, & non probans in pœnam ducatorum duodecim incurrit, & procurator allegans nouam conuentionem, in eandem pœnam incurrit. h.d.

EX PRAGMATICA XXXVII.
De offic. Mag. Iustit.

§. Item volumus, & mandamus quod quando allegantur in iudicijs nouæ conuentiones, aut satisfactiones, comparitiones hoc continentes debeant esse adeo lucidæ, & claræ, quod nulla penitus indigeãt declaratione, sed exprimatur species ipsius nouæ conuentionis, & aliter dictæ comparitiones à Iudicibus, magistris actorum, seu scribis nullatenus admittantur, nec in ipsis comparitionibus fiant præsentationes sub pœna ducatorum quinquaginta ab ipsis magistris actorum exigenda in casu contrauentionis.

Qui facta exequutione comparet allegando exequutionem factam in bonis alienis in pœnã ducatorum duodecim incurrit. h.d.

§. Item volumus quod allegans satisfactionem, & non probans incurrat in pœnam ducatorum duodecim applicandam pro medietate Fisco, & pro alia medietate parti. Quodque in eandem pœnam ducatorum duodecim incurrat Procurator qui allegat nouam conuentionem, applicandam dictam pœnam vt supra.

§. Item volumus quod in eandem pœnam ducatorum duodecim incurrat ille qui facta executione, comparet allegando esse exequutum in bonis alienis, & illud non probauerit, & pœna dinidatur vt supra: Quo vero ad pœnas ex causa beneficiorum petitorum in iudicijs, nouarum conuentionum, & nominationum, terminorum ad repulsam, & nullitatum inuiolabiliter volumus obseruari Pragmaticã editam die vltimo Martij 1574.

Datum Neapoli in Regio Palatio die 21. mensis Martij 1587.

El Conde de Miranda.

V. Moles Regens. V. Lanarius Proregens.
V. Berricanus Proregens. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus generalis. Mandauit mihi Bastidæ de Muñatones Secretario.

In Pragmaticarum 1. fol. 7.

DE FERIIS. Rubr. XIX.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Cum hoc titulo concordãt similes tituli alius in libro Digestorum, alius in lib. C. & alius in lib. Decret. Sic etiã apud Hispanos consimilis titulus in libro ordinat. in lib. 3. tit. 7. Et habetur in l. 34 & 35. tit. 2. par. 3. In lib. cõsti. Sabaud. adest etiam tabula dierum ferialium, & apud Mediol. in statut. d. Ciuitatis cap. 106. 107. 108. 110. vbi Carpan. multa tradit circa causas quæ prædictis dieb. decidi possũt. Et in stat. Ferrariæ lib. 2. c. 45. Specul. in tit. de ferijs. Vinc. in Specul. doctrinali lib. 8. cap. 46. Didac Perez ad l. 1. tit. 7. lib. 3. ordinat. & Solan. ad constit. Sabaud. tit. de Iudic. glosa vnica super textu de decreto super terminos, & multa elegantissimè de more, tum ex Romanis, tum ex alijs nationibus tradit peritissimus Petrus Gregor. Tholos in sintag. Iuris par. 1. lib. 2. cap. 17. per totum, vbi quæ ad hanc materiam pertinent cum exactissimè sint dicta videnda erunt.

Iudices omnibus diebus ius reddant præterquam infestiuis hic enumeratis. h.d. Tapia.

[a] *Baiulos omnes à mane vsque &c.* In Authen. de iudic. §. sedebunt. G.

[a] ADDITIO. *An in concessione feudi veniat baiulatio? Dic quòd non, nisi expressè concedatur: nam baiulatio antiquitus dicebatur gabella bilanciorum, vt per Andr. in cap. 1. in fi. quibus mod. feud. amitt. ergo de regalibus, cap. 1. ver. vectigalia. & ibi Andr. quæ sint regal. Item habet iurisdictionem, vt in hac constitutione, & alijs. & iurisdictionet sunt de iure publico, idest Regis patrimonio, vt declarat Andr. cap. 1. §. Valuassores. ibi, de publico. debit, qui feu. da. poss. vnde non possunt haberi, nisi à Rege, vt dixit Azo in summa, C. de iurisdict. omn. iud. & Bald. in l. priuatorum. C. eodem tit.* Fab. Iordanus.

IMPER. FEDER.

Baiulos, [a] & omnes iudices, ac actorum notarios, à ma-

à mane vsque ad vesperas, prę ter necessarias horas comestionis a & somni, sui copiam omnibus pręstare pręcipimus, officij sui partes petentibus omnibus prębituros. Exceptis diebus b Natiuitatis Domini, * Paschalibus, 1 atque Dominicis, ac beatæ Virginis, & Apostolorum festiuitatib. dedicatis: in quibus & iudices alij, qui annales erunt, se de audiendis, & decidēdis quæstionibus nullatenus intromittāt: Sed de contractibus, & instrumentis conficiendis per notarios, prout est iuris, & moris. Pro scriptionibus, * & subscriptionibus suis Tarenum vnū, si libram auri contractus excesserit, alioquin dimidium recepturi. Huic constitutioni salubriter prouidimus inserēdum, vt iudices, atque notarij infra hebdomadam, à die, quo fuerint de scribendo rogati, instrumenta scribere & subscribere teneantur: necessitate rogantibus imponenda, statutum pro scribendis, & subscribendis à Curia nostra salarium * exhibere: ac pœna dupli salarij constituti partibus, si priusquàm fuerint instrumenta conscripta, de non scribendis eisdem sub attestatione solenni renuntiationem emiserint. Et iudicibus, atque notarijs imminente, si infra terminum præstitutum, notarij siue iudices, instrumenta non fecerint: Vel facta per eos non recollegerint, qui rogarunt. Cæterum si casu contige-

a *Et somni*. Quiescere namque debent tempore meridiano, vt ff. de oper. liber. l. medicus, & l. eum patronus. in fine.

b *Natiuitatis Domini*. Sed tota die videmus, quòd post diem secundum, vel tertium Natiuitatis iudicatur. Vnde non videtur, quòd obseruentur septem dies feriati ante, & post. quod verum est, licet secus in Paschate, vt not. ff. de fer. l. pridie, & idem d cit Lombar, vt d. l. de ferijs. quod & hæc constitutio sentit. Item de iure Longobar. tempore messium † & vindemiarum non sunt feriæ: sed ius debet reddi, sicut alijs temporibus, vt in Longobar. de fer. l. 2. quod hæc constitutio sentit postquam non excipit hoc tempus messium & vindemiarum, & ita seruatur in Regno. Sed in Magna Curia, benè vidi seruari festa Paschalia, scilicet 7. diebus ante, & 7. post.

ADDITIO. *Adde cap. si. & ibi Doct. de ferijs, & in clem. 1. & si dominum, de relig. & venera. Sanct.* Superant.

† ADDITIO *Secundum hoc, cum sint illa feria abolita, si indicantur in aliqua curia Regni, crederem quòd essent repentina, & non solennes, ideo si datus esset alicui parti terminus ad probandum & eo termino pendente tales feria indicerentur tunc dicerem debere fieri restitutionem eorum dierum, quibus feria durauerunt, vt ff. ex quibus cau. maio. l. si per pratorem, §. si feria. & ita seruatur de facto.* De Bottis.

* ADDITIO, *De iure canonico idem obseruatur in qualibet festiuitate, quæ celebratur à clero & populo vt extra de fer, c. cōquestus. Sed an istis diebus licitum sit gratis operas præstare? Post longam disputationem Luc. in l. vnica, C. ne ope. a collat. lib. 10. tenet quòd non.* De Bottis.

1 ADDITIO. Pascalibus. *Adde quod festum Pascha Resurrectionis est maius, quam festum Natiuitatis Domini, quia nasci est naturale in omnibus, sed resurgere est miraculum diuinum, secundū Pau. de Castro in l. omnes, in quarto not. C. de ferijs. Et de festo Pascha vide plene per tex. & glo. & Arch. in cap. celebritate. de consecr. distin. 4.* Superant.

* ADDITIO. *An habeat locum in testamentis, vide Lucam de Penna in l. mediterranea. C. de anno. & tribu. l b. 10. & in l. rura. C. de omni agro deser. lib. 11. vbi tenet quòd cartula reperta penes notarium, non tamen posita in protocollo, non potest reassumi.* Iacob. Aoellus de Bottis.

* ADDITIO. *Salarium notario à quo debet solui. vide in consuet. Paris. §. 13. in glos. 9. in princip. & ibi, quid in salario proxenetæ.* De Bottis.

1 Com-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Baiulos omnes. *Apostolorum festiuitatibus*. Iure Canonico in hoc stamus in ferijs, scilicet, inductis in honorem Dei, quoniam his partes renunciare non possunt ff. de ferijs. l. 1. in glo. Statuitur idem esse in omnibus festiuitatibus, quas populus illius terræ, vbi ius redditur, solennizat, extra de ferijs. cap. fi.

Et iudices alij. Secundum dictum: & limitat quantitatem iudici, & notario, pro scriptura instrumenti. & est multum vtilis propter proteruos & pertinaces. Sic limitauit trigesimas, supra cod. eum circa. & l. cum iuxta. Sic & sportulas. C. lib. 12. de agen. in l. fina.

Huic constitutioni. Tertium dictum: limitat tempus, & intellige si requiratur notarius, & iudex, & debet infra ipsum tēpus. Officium notariatus debet esse sine dispendio. arg. l. si quis ex signatoribus. ff. quemad testam aper. ¶ De expensis dicitur in glo. ff. ex quib cau. in poss. ea l. 2. quod autem requirere debet is, cuius interest, facit. ff. quo. leg. l. 2 §. 1. sed sine requisitione conficiant, tenentur partes ea recolligere, vt sequitur in ver. proximo.

Necessitate. Quartum dictum: vrget rogantes fieri instrumenta ad soluendum salarium pro subscriptione, nec non prohibet, & punit illos, qui vetant, & prohibent cum solenni attestatione idest, publicè, non clam, iudicem & notarium, vt non conficiant instrumenta, de quibus conficiendis semel rogati fuerunt. quod est multum notabile, quia in aliquibus partibus videmus seruari vocari prohibentem, & prohibitum. Et si non allegat prohibens iustam causam, mandat ius reddens notario, vt non seruet prohibitionem. Et sic etiam debet intelligi dictum istud, quia si iustam haberet causam prohibendi, omnis iusta prohibitio sua nititur æquitate. ff. de vaca. mu. l. 1. generale dictum non excludit iustitiam proponentis. Sed si iustam causam non habet prohibitio non tenet. ar. pro hoc. C. de defen. ciui. l. iubemus. ff. de fideiuss. l. fideiussor. Item statuit pœnam notario, & iudici seruantibus prohibitionem iniustam, pro quo est d. l. iubemus. Iure Roma. non statuitur in hoc certa pœna. & ideo est pro motu iudicis. ff de pœ. l. sanctio. hic vero statuitur certa pœna: Sed nonne tenentur ad factum, scilicet, ad conficiendum instrumenta? ergo debent teneri ad interesse tantum. ff. de re iud. l. si quis ab alio. in fi. dic quòd hic tenetur ad faciendum, seu ad factum per l. quæ hoc præcipit sub pœna; tamen præcisè tenetur, & cogitur. ff. de mune. & hono. l. si quis magistratus. ne leges fiant ludibrio, quod esse non debet. ff. de iudi. l. si prætor. § Marcellus C de bo. quæ lib. l. fin. §. ne autem. de quo est de administr. tuto l. 1. in prin. Insti. de satisd. tut. §. fi. Vbi verò tenetur ad faciendum ex contractu, tunc habet locum. l. si quis ab alio, & ff. de actio. empt. l. 1. in princ. Item nota quod superiores, vt Magna Curia & Iustitiarij mandant notarijs, vt conficiant instrumenta, & eis imponunt pœnam vt d. l. iubemus. nam possunt adire superiorem. & tarditatem iudicis & notarij in querelam deducere. C. de temp. appell. l. fin. circa fi. Sed de pœna, cum sit hic certa statuta: certa debemus esse contenti. ff. de verb. oblig. l. si diuortio. Nisi dicas, quod hoc debetur, quia contempsit legem illam, quia contempsit superiorem iudicem quod grauius est. ff. de arbit. l. Celsus. & de iurisdictio. omnium iud. l. si familia. videntur duo delicta, vt ff. de priua. delict. l. nunquam. ¶ Sed quid si notarius nō facit schedam, seu abbreuiaturam de contractu vnde rogatur, nunquid punitur. & an teneatur parti proinde ad interesse, si forte stetit tabellio per magnum tempus & oblitus est, ita quod non potest probari contractus? Dic quòd si fuerit in dolo tenetur. C de magi. conuen. l. fina. in fi. si in negligentia, similiter imputetur ei per prædictam legem, quia est de officio suo conficere schedas, vt in Authen. de tabellio §. 1. negligens punitur, vt C. de offic præsidis. l. si quos. dum tamen pars requisiue-

a *Compellantur*. Est etiam de iure Roma. in eo scilicet casu, quando amittitur instrumentum, scilicet debiti, quod compellatur debitor de nouo promittere. Vel si extat imbreuiatura, iterum fit instrumentum, vt ff de admin. tut. chirographis, 3. respon. in glo 1. ad promissionem nouam, &c. accedit. C. de discu lib. 10. l. ne casu.

b *Quæ si forte defuerint*. Quia citatæ partes ad Curiã venire cõtemnsit: & optimè concor. hoc cum l. ff. de iu risd. omn. iud. l. si ego. §. 1. in fi. §.

*ADDITIONES. *Notarius, qui fuit rogatus, si est absens & rebellis, an possit eius rogitus per alterum notarium reassumi. vide Afft. decis. 6. & vide casum, in quo potest reassumi, licet notarius iudex, & omnes testes sint mortui, Afft. decis. 48. vid. glo. in ver. non me tui. §. 1. in Auth. de instrum. cau. & fi le. vbi dicit quòd tres testes sunt necessarij, quando instrumentum excedit libra auri. Et quid in instrumento dotali, vide Capyc. decis. 29. in fi. Et multa de reassumptione instrumenti per alium vide per Boer. decis. 36. 37. & Grammat. decis penul. vbi quid si non reperitur in protocollo?* Marcus Antonius Puluerinus.

¶ *Quid si instrumentum dicatur falsum, an interea reassumi possit in publicam formam, si testes reperiantur infirmi, vide Afflict. decis. 165 & quid si profertur copia à protocollo, an probet, si notarius & testes mortui sunt, in decis. 173. in 6. dub. & quid in abbreuiatura notarij, si instrumentum non est in protocollo descriptum, vide Dec. cons. 447. Et quòd partes possint cogi ad reficiendum instrumenta, si sunt mortui notarius & testes, vide declaratum in registro Roberti penes Barattutium 2. par. cap. 139. & 177.* Fabius Iordanus.

tigerit iudicem, siue notarium prius in fata decedere, quàm instrumenta sint, prout ad eorum quemlibet pertinet, consumata, Decernimus vt si quidem partes supersint, vel ipsarum hæredes, quarum rogatu contractus iterũ valeant celebrare, per cõpetẽtes coercitionis modos, indictiones multarum, videlicet, aut pignorum captiones, ad reficiendos cõtractus per Baiulorum officium a compellantur. b Quę partes si fortè defuerint, si quidem notarius, qui gesta conscripserit integræ vitæ, famæ, & opinionis extiterit: & manus eius, qui schedam conscripserit, nota sit alijs iudicibus atque notarijs ciuitatis & loci: placet idoneorum testium, qui interfuerint, 1 duorum ad minus iurata testificatione recepta, per alium eiusdem loci notarium c schedam eandem recipi, & instrumentum, prout est iuris, & moris, ab ipso conscribi. * A iudice, qui contractui siue negotio se interfuisse fatebitur subscribendum, vel ab alio iudice ciuitatis eiusdẽ, si fortè prius extiterit humana sorte sublatus, qui tamen rei agendæ non se interfuisse describeret: sed.

1 ADDITIO. *Qui interfuerint duorum. Adde c. nouit. de iud. c. licet, & c. in omni negotio, de testib. c. cum esses. & cap. relatum il 2. de test. originaliter Deuter. 9. Matth. 18. & 2 ad Corint. 13.* Superant.

c *Schedam eadem recipi*. Et in hoc casu quãdo aliquis alius notarius schedam notarij præmortui recipit, sicut hæc constitutio dicit, debet recipere ipsam schedam, & in publicam formam redigere cum authoritate ordinarij iudicis, qui suam authoritatẽ præstabit in his, ad petitionem eorum, quorum sunt instrumenta, & extra de fide instr. c. pen. & ea hac const. benè colligi potest.

* ADDITIO. *Sed quid si iudex dicit, instrumentum aliter fuisse factum quàm testes & notarius asserunt, an cogatur se subscribere. dic quòd non. ita Luc. de Pen. in l. quicunque, 1. col. cum seq. C. de tab. lib. 10.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

quisiuerit, quia si fuerit negligens, tunc paria delicta mutua compensatione tolluntur. ff. sol. matrimon. l. viro. & supra in superioribus dictum est, scilicet, de confectione instrumenti. sed schedam sinè requisitione debet conficere notarius, & notare in protocollo, in Authen. de tabellin. §. fina.

Cæterum. Quintum dictum: & est multum vtile, & bonum & rationabile. concor. extra de fi. instrum. c. pen. Vltimò repetit de expensis Baiulorum, quod pluries dictum est supra.

ADDITIO. *Vide ad hanc constitutionem pragmaticum quæ incipit. eandem constitutionem.* Cæsar.

B*Aiulos omnes*. An Iudices. si velint sedere vel stare de nocte possint? dicit Iac. But. quòd sic in l. non minorem. C. de transact. in. & ita dicit ipse de facto seruari, & vidi ferri sententiam in media nocte. Lucas de Penna.

In ver. Tarenũm. Sed an dictum pretium prout hic distinguitur, ambo recipient à petente instrumentum, vel quilibet eorum tantundem? Respondeo, vnusquisque eorum tantundẽ recipient. argumentum bonum. ff. de leg. 2. l. Titio, aut Seio. Sic cum lex dictis iudicibus dandos duos aureos, ex vtraque parte in constitutione, & in fi. litis, dandi sunt ipsi aurei per quamlibet partem duo sicut notat ordinar. glo. in corpore de iudicibus. §. ne autem colla. 6. in gl. sed nunquid quilibet duos dabit, &c. Bartho. de Cap.

Ibi, in ver fecerint. Sed quid si elapso, & sic completo hoc offic. prout dicit constitut. occupatis. ad finem. infra, de numero offic. & infra, quòd tempus eorum admin. duraret, instrumentum non sit completum, an possit instrumentum compleri per ipsum iudicem, vel per alium? die, vt not. extraordin. C. de falsa. l. si quis decurio. & vide quod no. per Innoc. extra de fide instrum. cap. 1. & ibi vide. Franc. de Telesia.

In gl. in verbo, compellantur. Sed quid de notario, nunquid compellatur iterum conficere ex protocollo, vt si fuerit amissum? dic quòd sic, vt no. C. de discus. l. 1. & ibi glo. & C. de defen. ciui. l. iubemus. Franciscus de Telesia dicit idem, si esset inueteratum, vt no. in Anthen. de hæred. & falci. in prin. Barth. Vineiguer. de Cap.

In ver. schedam. Supple & protocollum, imbreuiaturam, vel aliam quamcunque scripturam, dummodo nota sit manus prædicti notarij alijs iudicibus, atque notarijs, vt supra ponitur. Quia qualitercunque non est perfectè consummatum vt decet, reficit per vias prædictas, & subscriptas, vt supra not. §. Cæterum si casu. &c. Franc. de Telesia.

Ista constitutio dat formam releuationis protocolli, & protocollum dicitur à   græcè, quod est primus latinè, quasi prima negotij collatio in scriptis, seu quasi in eo primò confertur negotium per scripturam, vt in proœ. Digestorum. §. discipuli.

In textu constitutionis. ibi, cæterum si casu contigerit. Istud verbum intellige, vbi notarius mortuus fuisset in hebdomada post rogationem, in qua publicare debeat notorius, & rogatum reducere in formam publicam, vt ante ipsum vers. Cæterũm.

Prima constitutio vult, & mandat, vt ex ipsius inspectione apparet, aliàs si negligentia partis tempore supradicto nõ fuerit facta publicatio, dicerem imputandum parti, per ea quæ no. glo. in constitutione, Instrumentorum robur. in glo in verbo, subscribat. & in simili tex. in l. contractus C. de fide instrumen. & sic cessare deberet dictus vers. Cæterùm. Cogita, quia quotidianum est in practica. Et pro prædictis vide cap. Reg. Carolo Camerario; & iudici ciuitatis Theatinæ. Et quia per dictam constitutionem datur forma releuationis, de iure tamen communi est, quod si reperiatur inbreuiatura, quòd contractus notarij publici benè custoditi fidem facit, & exinde potest sumi publicum instrumentum, cap. penult. de fide instrumentorum. notat Goffred. de præscriptionib. ad audientiam. Innocent. de procuratoribus. cap. 1. facit in Auth. de defensoribus ciuitat. §. præcepta. & post prædictum. & notatur. ff. de administrat. tutor. l. chirographis. in principio. & si fuerunt publica-

sed qualiter inter acta præmortuorum iudicum, atque notariorum, testium depositionibus roborata: descripti negotij seriem recepisse testetur. Cæterum, ad hoc vt ipsi Baiuli cum personis sibi per nostram Curiam deputatis in dispendium rei familiaris suis laborare dispendijs non cogantur, per speciales, & sacros nostræ mansuetudinis apices, prout statutus quilibet pro tempore fuerit, statuemus eisdem in expensis annalibus, & sufficientibus prouideri.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

blicata, & negligentia, vel vetustate consumpta, debent renouari, vt in Authen. de hæred. & Faleidia. §. sed quando, vbi notatur. Sed in Regno Protocollum non facit probationem, nec semiplenam, per textum, qui dicit nulla, in constitutione, consuetudinem. in tit. de instrumentis conficiendis. Sed tex. dictæ constitutionis loquitur in publico instrumento conficiendo, non in protocollis, vt ex ipsius inspectione apparet in rubro, & nigro. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de instrum. edi. §. videndum. circa primum tenet quòd protocollum non facit fidem. Sed ipse idem in d. tit. §. instrumentum. circa finem, tenet quòd benè faciat fidem, vt authoritate ordinarij iudicis publicetur, & extendatur per alium notarium, vt ibi per eum. Nec obstat quod dicit Innoc. in c. s. de procuratorib. quia loquitur de registris curiæ Apostolicæ, & Regiæ, & non de protocollis notariorum. Et si diceretur: quare in multis partibus protocolla faciunt fidem? Responde, quòd ibi protocolla habent signa, subscriptiones notariorum, & omnia alia substantialia, quæ requiruntur ex iuris dispositione in subscriptione publici instrumenti, iuxta notata per Specul. in tit. de fide instrumen. in principio. & sic faciunt non immeritò fidem, vt publica instrumenta. Nec ibi de consuetudine subscriptio iudicis, & testium requiritur. Et multum in hoc attenditur consuetudo, vt per Ioan. Andr. in dicto §. instrumentum. in fine. Sed secus est in protocollis, quæ non habent subscriptiones, & signa notarij, & testium, & aliorum, quæ requiruntur per dictam constitutionem, Baiulos, & consuetudinem. Propter quæ singula protocolla regni possunt dici imperfecta, & fidem non facientia, vt per Ioan. Andr. in dicto §. videndum. Benè authoritate ordinarij iudicis crederem per alium notarium publicanda, vt per Ioan. Andr. in d. §. instrumentum, in fine. & facit dictum c. Reg. Carolus, &c.

Quando autem ordinarij iudicis authoritate, publicatur, Ioan. Andræas in cap penul. de fide instrumen. ponit formam, & dicit, quòd vocatis qui tanguntur, vel in eorum contumacia, subscribat sic tabellio: Supradictum instrumentum de verbum subscripsit de notis talis notarij mortui, & ipsum manu propria, quam bene noui, scripserat: & hoc de mandato talis iudicis: quo ad substantiam nullo detracto, addito, vel diminuto, vel transportato, in publicam formam redegi, & meum signum apposui: & hoc de iure communi. Sed in hoc Regno in foro laicorum, ad releuationem protocollorum attendas, & serues constitutionem, Baiulos. & not. ista, & adde suprà alleg. cap. Carolus, &c. Petrus de Monteforte.

In tex. tarenum vnum. Sed an dictum pretium ambo recipient à petente instrumentum, vel quilibet eorum tantundẽ? Responde, vnusquisque eorum tantundem recipit, ar. ff. de le. 1. l. si quis Titio. & Seio. in Auth. de iud. §. nunc autem. in glo. in c. sed nunquid. Barth. de Capua.

In tex. necessitate. Quòd si notarius non facit schedam, siue abbreuiaturam de contractu, de quo rogatur, ac teneatur parti ad interesse, & sit puniendus? dic, quòd sic, si dolo id omittat. arg. C. de mag. conueni. l. fi. in fi. Idem si negligentia, quia ex suo officio tenetur conficere schedam, & protocollum, vt in Auth. de tabellio §. fi. C. de offi. præf. prætor. l. si quos, & ext. de fide instrum. c. pen. Barth. de Capua.

In tex. per Baiulorum officium compellantur. Sed pone, pars decessit relicto hærede pupillo, citatur pupillus coram Baiulo ad reficiendum contractum, iuxta formam huius constitutionis, nunquid possit forum declinare? Dominus Bartholomæus de Capua determinauit in consil. quòd non, illa ratione, quia refectio horum instrumentorum, spectat principaliter ad Baiulos, per hanc constitu. & sic non debet fieri coram alio iudice, ex eo quòd natura causæ hoc non patitur: & ad hoc allegat authen. clericus. C. de episc. & cler. Sed durum videtur priuilegium pupillo auferre, nam sequeretur aliud absurdum, quòd in omnibus alijs causis, quarum cognitio spectat specialiter ad Magistrum Iustitiarium, seu alios iudices, pupillus non posset declinatoriam opponere: quia natura causæ non patitur In isto casu modicum operaretur priuilegium pupilli: & ideo videtur melius prouidendum iudicio meo. Ioan. Gril.

Sed quæro, nunquid hæc constitutio habeat locum in testamentis? Videtur quòd sic, per ea quæ notantur in constitu. instrumentorum robur. in gl. dicunt quidam. In cõtrarium facit, quia in testamentis, requiritur maior solennitas, quàm in contractibus, vt l. hac consultissima. Cum ergo loquatur constitutio in contractibus non extendetur ad testamenta: quia verba contraxerunt, & gesserunt, non pertinent ad testandi ius. ff. de verb. sig. l. verba contraxerunt.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Cum hac l. concordant iura tam ciuilia, quàm canonica, ac etiam aliorum Regnorum, quæ superius allegata sunt, quid autem hodie seruetur, quoad dies feriales vide infra hoc eodem tit. post istam constitutionem Pragmat. editam in anno 1555. & aliam in anno 1556.

Dies festiui in Tribunalibus seruandis hic describuntur. h. d. Tapia

Ex Libro Bannorum M. [illegible] V.

PHILIPPVS Dei gratia Rex Angliæ, Franciæ citerioris Siciliæ Regni Hierusalem, & Hiberniæ. Illust. & Magnifici viri Collateralis, & Consiliarij Regij fideles dilectissimi. Visto che lo Reuerendo Vicario dell'Arciuescouato di questa magnifica, & fidelissima Città di Napoli mosso de caritatiuo, & bon zelo haue moderato, & mancato lo numero delli giorni festiui annali secondo, che à basscio di questa stanno notati, & ascritti, & quelli vole, che s'habbiano da osseruare. Hà parso à noi ancora si per comodo, & benefitio de Poueri & d'altre persone che litigano come per seruitio de la predetta Maestà, acciò che la giustitia non si venghi tanto più à ritardare di prouedere, & ordinare in tutti li Tribunali di questa predetta Città, che detti infrascritti giorni festiui se debbiano guardare. Pertanto ve dicemo, & ordinamo, che in questo Regiò Tribunale del Sacro Consiglio debbiate

biate osseruare, & guardare le predette feste solamente, & non altre. Et acciò ogn'vno ne sia consapenole, & che ne tenga notitia farrette affigere in valuis di quesso Sacro Consiglio, copia di detta lista, & così essequirete, che tale è nostra volontà. Non fando lo contrario per quanto hauete cara la gratia, & seruitio de la prefata Maestà.

Lista, & Calendario de tutte le feste, che si hanno da osseruare in ciascheduno mese dell'anno.

Gennaro.
1 La Circuncisione de Christo Signor nostro.
6 La Pascha d'Epifania.
Febraro.
2 La Purificatione della Madonna.
24 S.Matthia Apostolo.
Marzo.
25 L'annuntiatione della Madonna.
Aprile.
25 S.Marco Euangelista.
30 S.Seuero Napolitano, la mattina.
Maggio.
1 S.Philippo, & Iacobo Apostoli.
3 La Inuentione della Croce.
23 S.Eufemio Vescouo di Nap. la mattina.
Giugno.
24 La Natiuità di S.Gio.Baptista.
29 S.Pietro Apostolo.
Giuglio.
15 S.Attanasio Vescouo di Nap. la mattina.
25 S.Iacomo Apostolo.
Agosto.
3 S.Aspren Vescouo di Nap. la mattina.
10 S.Lorenzo martire.
15 L'Assumptione della Madonna.
25 S.Bartolomeo Apostolo.
Settembre.
8 La Natiuità della Madnna.
9 S.Gennaro.
21 S.Mattheo Apostolo.
29 S.Michaele Archangelo.
Ottobre.
18 S.Luca Euangelista.
28 S.Simone, & Giuda Apostoli.
Nuembre.
1 Tutti li Santi.
9 S.Agreppino Vescouo Nap. la mattina.
30 S.Andrea Apostolo.
Decembre.
14 S.Anello Napolitano.
21 S.Thomase Apostolo.
25 La Natiuità de Christo.
26 S.Stefano Protomartire.
27 S.Gio.Apostolo, & Euangelista.

Feste mobili.

La Pascha di Resurrettione con dui di seguenti.
L'Ascensione di Christo.
La Pascha Rosata con dui di seguenti.
Lo Corpo de Christo.
Dat. in Palatio propè Castrumnouum Neap. die 23. Nouembris 1555.

Don Berardino de Mendoça.
V.Polo Regens. V.Villanus Regens.
Auitaia Promartirano Secretario. In Cur. iij. fol.
Al sacro Regio Consiglio, &c.

Adduntur praecedentibus alij dies Festiui.

PHILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ Aragonũ vtriusque Sicilię, Hierusalem, Angliæ, Francię, & Hyberniæ. Illust. & Magnifici Viri Collateralis, & Consiliarij Regij fideles dilectissimi. Perche li giorni passati mossi da caritatiuo, & buon zelo fù moderato il Calendario delle feste quale se osseruaua nelli Regij Tribunali, & redutto ad minor numero. Et al presente hauemo inteso molte lamentationi, & segnalatamẽte dalli Magnifici Aduocati di questa Magnifica. & fidelissima Città di Napoli della tanta restrittione fatta de detti giorni festiui, & si è conosciuto chiaramente, che per tale restrittione li Aduocati, & Procuratori male posseuano attendere alla defensione delle cause di loro clientoli, & li Tribunali, & Giudici Regij tampoco alla presta espeditione delle cause. Per questo, & per altre cause degne mouenti la mente nostra hauemo tornato à reuedere, & moderare detto Calendario, & hà parso à noi con voto del Regio Collaterale Consiglio tener la via del mezo, & aggiungerui alcune altre feste di più secondo, che à bascio vederete. Et volemo che quelle s'habbiano da osseruare, & guardare solamente, & non altre. Per questo con la presente ve nè damo notitia acciò così lo debbiate essequire. Et perche ogn'vno ne sia sapeuole, & che ne tenga notitia farete affigere in valuis copia di questa infrascrirta lista, & così essequirete, che tal è nostra volontà.

Ianuarius 31.
1 Circumcisio Domini.
6 Epifania Domini.
17 S.Antonij Abbatis.
20 SS.Fabiani, & Sebastiani.
25 Conuersio S. Pauli.
Februarius 28.
2 Purificatio B.Mariæ Virginis.
3 S.Blasij.
5 S.Agathæ Virginis.
24 S.Matthiæ Apostoli.
Martius 31.
7 S.Thomæ de Aquino.
12 S.Gregorij Papæ.
19 S.Ioseph.
21 S.Benedicti Abbatis.
25 Annuntiatio.
Aprilis 30.
23 S.Georgij Martiris.
25 S.Marci Euangelistæ.
29 S.Petri Martiris.
30 S.Seueri Episcopi Neap.
Maius 31.
1 SS.Philippi, & Iacobi.
3 Inuentio sanctæ Crucis.
8 Apparitio S.Michaelis.
17 S.Restitutæ Virginis.
23 S.Eufremi Episcopi Neap.

Iunius 30.
11 s.Barnabæ Apoſtoli.
13 s.Antonij de Padua.
24 Natiuitas s.Ioannis Baptiſtæ.
29 ss.Petri,& Pauli.

Iulius 31.
2 Viſitatio B.Mariæ Virginis.
15 s.Athanaſij Epiſcopi Neap.
16 s.Mariæ de Bruna.
25 s.Iacobi Apoſtoli.
26 s.Annæ.
27 s.Marthæ.

Auguſtus 31.
1 s.Petri in Vinculа.
3 s.Aſpreni Epiſcopi Neap.
5 s.Mariæ de Niue,& S.Dominici.
6 Transfiguratio.
10 s.Laurentij Martiris.
15 Aſſumptio B.Mariæ cum duob. ſequentib.
20 s.Bernardi Abbatis.
25 s.Bartholomæi Apoſtoli.
28 s.Auguſtini Epiſcopi.
29 Decollatio s.Io.Baptiſtæ.

September 30.
8 Natiuitas s.Mariæ.
14 Exaltatio s.Crucis.
19 ss.Ianuarij & ſociorum.
21 s.Matthæi Apoſtoli,& Euang.
29 s.Michaelis Archangeli.
30 s.Hieronymi.

October 31.
4 s.Franciſci Confeſſoris.
18 s.Lucæ Euangeliſtæ.
28 s.Simonis, & Iudæ.

Nouember 30.
1 Feſtiuitas omnium ſanctorum.
2 Commemoratio defunctorum.
6 s.Leonardi.
9 s.Agrippini Epiſcopi Neap.
11 s.Martini.
21 Præſentatio B.Mariæ Virginis.
25 s.Catherinæ Virginis.
26 s.Andreæ Apoſtoli.

December 31.
6 s.Nicolai.
7 s.Ambroſij.
8 Conceptio B.Mariæ Virginis.
13 s.Luciæ.
14 s.Anelli.
21 s.Thomæ Apoſtoli.
25 Natiuitas Domini cum ſequentibus.

Feſta mobilia.

Paſca Reſurrectionis cum duobus diebus ſequentibus.
Aſcenſiô Domini.
Pentecoſtes cum duobus diebus ſequentibus.
Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Dat. in Palatio propè Caſtrum nouum Neap. die 25. menſis Aprilis, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto.

El Duque de Alcala.

V.Polo Regens. V.Villanus Regens.
Anitaia pro Martirano Secretario. In Cur.ij.fol.
Al ſacro Regio Conſiglio.

No-

Actus qui debet fieri die non feriata, ſi illa dies fuerit feriata fit in ſequenti non feriata.h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit. 80.

I Tem [a] ſeruat ipſa Curia, * quòd ſicut de iure communi vbi debet fieri aliquis actus vno die, qui reperitur eſſe feſtiuus ſeu feriatus, tunc ſequenti die iuridico fit ille actus, & dicitur pro eo quòd tali die, & tali die non potuit fieri &c. per tale & tale feſtũ, quibus diebus curia ipſa recta non fuit, &c.

a] *Tem ſeruat ipſa Curia, quod ſicut eſt de iure communi, &c.* Adde hic duos alios Ritus, vnum ſupra incip. item ſi datus terminus. alium incipien. item quòd tam in ciuilibus, &c. in quibus dicitur, quòd ſi terminus incidit in diem feriatam, contumacia debet accuſari die ſequenti. Quid autem ſi iudex dicit, à die craſtina vſque ad 7. diem proponas omnes exceptiones tuas dilatorias tam contra perſonam, quàm contra alia: vltima dies reperitur feriata, nunquid die poſt illam ſequenti poterit eas producere? hanc quæſtionem ponit Spec. in tit. de dilat. §.1. verſ. ſed pone quòd iudex. & concludit quòd non: quia potuit illas producere 1. vel 2. vel 3. dilatione, & ſic de alijs. ſecus ſi dictum eſſet, deberet die ſequenti proponere. Si verò dictum eſſet, da tuas exceptiones in ſcriptis, tunc etiam die feriata dare poteſt; quia dare ſcripturas non eſt actus iudicialis. & allegat iura, vide omnino. Quid ſi fiat citatio die feriato, vt compareat die non feriato? hãc quæſtionem examinat, pro & contra Tancred. in ſuo compend. in rubrica de quæſt. ver. citationes. in 7. quæſt. tandem dicit quòd de cõſuetudine approbatur quòd valeat, vide eũ. Quæro de alia quæſtione. fit citatio quæ non valet, an nihilominus teneatur citatus comparere die ſequenti non feriato? hanc quæſt. ponit & examinat pro & contra Tancred. vbi ſupra in 9. quæſt. vbi omnino vide. & quid ſi vltimus dies dilationis incidit in diem feriatum? non admittitur die ſequenti. & tenet idem Tancred. vbi ſupra, in 17. quæſt vide eum. Et dum ſupra allegaui Tancredum, adde quòd idem tenet Alber. de Roſ. in l. fi. verſ. item eſt ar. ff. de offic. præfect. vrb. ar. illius tex. M.

* ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia. *Vide Andr. de Iſern. in cap. 1. §. ſacramentum. il 2. de conſuet. recti feudi. & Parid. in tract. ſindicat. in verbo tortura. verſic. viſo de indicijs, num. 12.* De Bottis.

V Ide ad hunc Ritum Carauitam, & concordat cum ipſo c.104. ſub tit. de dilat. & ferijs in ſtatutis Mediol. Tapia.

a ADDITIO. *Et intelligitur, quòd reſtituantur dies, qui fuerunt feriati, quæ dicuntur feriæ* [illegible]

Dato termino ad probandum ſi infra illum incidant feriæ debent reſtitui in beneficium ipſius dies feriati. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 92.

I Tem a not. quòd in beneficio reſtitutionis dierum feriatorum de menſe Iulij, & Auguſti tantum, puta, datus fuit mihi terminus ad probandum per duos

feriatarum non datur terminus, nec quòd ponat per diem totum sequentem, nec ad probandum in petitione, quæ de hoc hoc offeretur, quia notorium est Curiæ ferias indixisse, & terminum datum tali fuisse, de quo termino restituuntur qui fuerunt feriati.

duos menses, de quibus duobus mensibus fuerit feriati quinquaginta dies, certe isti quinquaginta dies restituuntur mihi per restitutionem in integrum ex illa clausula generali, Si qua iusta mihi causa videbitur &c. Et quia terminus est communis, restituuntur etiam aduersario, & vna petitio sufficit, siue ego primo petam, siue aduersarius, nam ex vna petitione restituntur mihi & aduersario, propter actum qui fit in ea, quia actus duo fiunt in ea per ipsam Curiam, qui sunt primi duo actus hic in obseruantia restitutionis in integrum, id est, vtrique parti conceditur, quod petit vna pars tantum propter actum secundum in ordine dictæ obseruantiæ restitutionis in integrum quæ incipit, forma actorum, &c. Et sufficit vna petitio, vt dictum est.

Prima die negotiorum post ferias nemo condemnatur, hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 208.

ITem seruat ipsa Curia, quòd primo die iuridico quo Curia regitur post quascunque ferias, scilicet, messium, vel vindemiarum, vel Natalis, vel Resurrectionis, vel carnis priuii nullus condemnatur, neque bannitur in causa, qua factis omnibus actis potuisset illa die condemnari, vel banniri, & hoc fit de æquitate potius quam de iure.

DE FIDEIVSSORIBVS. Rubr. xx.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE hac materia fideiussorum habemus in lib. Instit. tit. de fideiuss. sic etiam in libro Digestorũ, & Cod. ac etiam in Decretalibus. & propriè de fideiussoribus: in iudicio titulos, qui satisdare cogãtur si quis cautionibus: & generalem titulũ, apud Hispan. tit. 12. par. 5. & in l. 10. tit. 29. par. 3. & in lib. 3. legũ for. tit. 18. De hac eadem re habetur in statut. Mediolani cap. 44. & 45. vbi Carpan. Apud Ianuenses in stat. lib. 4. c. 9. & ex Petro Gregorio Tholos. in sintag. par. 5. de action. lib. 23. Specul. lib. 4. tit. de fideiussoribus. Petr. Foller. in fragm. tit. de fideiussoribus, & in praxi criminali in verb. examinati liberentur sub fideiussoribus, quibus in locis, quæ ad hanc materiam pertinent videri poterunt tam circa fideiussores præstandos in causa criminali, quàm in causa ciuili.

Fideiussores in causa criminali iurant, non autem in ciuili, & fideiussor de præsentando si non præsentauerit condemnatur ad pœnam hic contentam, & statuitur quantitas pro quolibet delicto. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 159.

IN primis quòd fideiussores iurant sicut principales in criminalibus, sed in † ciuilibus, nec principales, nec fideiussores iurant.

Item notandum est, quòd fideiussores se obligãt præsentare eum, si & quoties ipse principalis fuerint requisiti. Verum quando extra iudicium requiruntur dicti fideiussores, † requiritur in eadem requisitione etiam ipse principalis, fideiussores ad pœnam fideiussionis, & principalis ad pœnam quatuor vnciarum, si dicta tertia maior dicta pęna existat.

Item a nota quòd in criminalibus fideiussores* recipiuntur ad pęnas iustas, videlicet, pro homicidio † ad pęnam vnciarum centum: si verò de priuato carcere, vel etiam falsitatis ad pęnam 15. vnciarum: si verò sint alia delicta, ad pęnam vnciarũ 25. & obligant se, & bona eorum omnia insolidum, &c. prout post infra in Ritibus executionum commissionum in 5. Ritu, &c.

a *Item no. quòd in criminalibus, &c.* Qualiter obligãtur fideiussores, in criminalibus, adde quòd tenetur iudex si non recipit fideiussores ab inquisitis, vel accusatis, Bald. in auth. generaliter. circa fi. C. de episc. & cle. refert, & sequitur Alex. ad Bart. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. Mat.

* ADDITIO. Fideiussores. *De iure communi admittitur fideiussor, vbi venit imponenda pœna pecuniaria. secus per hunc Ritum, ponit Barto. in l. 1. ff. de in lit. iurau. vbi Ias. in ver. extra glo. & in criminali facit ratio: nam nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. Hic Ritus fundatur sub ratione legali: nam fideiussor in duriorem causam acceptus in nihilum obligatur, in minorem sic. Constat enim hic in mitiorem causam obligari, quia pro homicidio obligatur ad pœnam centum vnciarum, & sic non ad pœnam capitis, vide quando possit obligari, tex. in l. Græce. §. illud. ff. de fideiuss. & vide rationem in l. in seruorum, in fi. ff. de pœnis, vbi est minor pœna quælibet pecuniaria quàm corporalis, & aduerte ad glo. in cap. cum homo, 23. quæst. 5.* De Bottis.

CA-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

† IN *ciuilibus*. Hodie autem tam principales, quàm fideiussores dum se obligant iurant, vt tradit Carauita hic, & hæc est practica tàm in magna Curia Vicariæ, quàm in alijs Curijs Regni.

Regni-

T *Requiritur etiam ipsi principalis.* † Practica circa hanc materiam requisitionis principalis, & fideiussoris in causa ciuili est ista, quod fit mandatum principali vt se præsentet, & fideiussoribus, vt præsentent principalem, vel certo tempore promisso in obligatione, vel in genere, vel ad omnem Iudicis requisitionem, quo facto, & notificato tam principali, quàm fideiussoribus, accusatur contra ipsos contumacia, & fideiussio, & fit executio contra principalem, & fideiussores.

† In causa verò criminali si est habilitatus per palatium vocatur per Tubletam, & ipso non reperto accusatur pœna contra principalem, & fideiussorem, si verò vt infirmus in domo sub certo tempore, tunc ipso elapso, & non reperto inquisito intus carceres, accusatur pœna fideiussionis, quando verò est habilitatus per Ciuitatem tunc requiritur citatio tam principalis, quàm fideiussorum in domo designata. † Quid autem si principalis inquisitus fuisset captus, & postea aufugisset à carceribus, an possint fideiussores molestari ad ipsum præsentandum in hac quæst. Afflict. decis. 130. tradit fuisse iudicatum in beneficium fideiussorum, vt scilicet non teneantur præsentare principalem, postquam semel fuit carceratus, & ita practicamus in Regijs Tribunalibus non solùm in casu carcerationis, sed etiam in casu citationis, & ideo ad euitandas disputationes periti Iudices, in casu quo quis est habilitatus, vel per palatium, vel domi, & delinquit, mandant vt perquiratur reus, & eo non reperto condemnantur fideiussores ad pœnam, quo facto citant reum, & procedunt ad vlteriora contra ipsum.

4 † Quid autem seruandum sit quando fuit reus habilitatus sub cautione de se præsentando nouis superuenientibus inditijs, vel liberatus factis defensionibus, dic quod vtroque casu citantur principales, & fideiussores ad præsentandum reum, & ipso non comparente, ac ipsis non præsentantibus condemnantur principalis, & fideiussores, & proceditur ad vlteriora contra ipsum etiam non comparentem, † Quid si non habeat his duobus casibus fideiussorem, dic quòd constito Iudici de paupertate admittitur ad qualemqualem fideiussionem, vel ad iuratoriam cautionem de quo Carpan. in stat. Mediol. ad cap. 44. nu. 53. 54. & 55.

5 T *Ad pœnam vnciarum centum.* † Iste Ritus dabat certam formam Iudicibus, vt præciperent quantitatem pro qua obligandi erant fideiussores in casu, quo non præsentarent inquisitum, & optima ratione, ne vel Reus propter nimiam seuitiam Iudicis in carceribus maceraretur non reperiendo aliquem, qui pro eo fideiuberet, vel fideiussores, & principalis nimium excoriarentur ab illis qui fideiussiones recipere debent, sed hodie arbitrarium est Iudici iuxta qualitatem delicti, & personarum.

Fideiussores condemnantur eodem tempore quo principalis absq; requisitione. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 164.

ITem eodem sero seu die faciant condemnari fideiussores suos simul cum eo ad pęnam fideiussionis sine noua requisitione fideiussorum. Et si tu dices, quomodo possunt condemnari fideiussores sinè requisitione? Respondetur quod hoc est propter formam fideiussionis, quæ est, quòd præsentabunt eum, si & quoties ipse fuerit per Curiam requisitus: qui reus etiam tunc cum datur terminus, requiritur si quis attendat formam dati termini, quæ hodie vsitatur in Regno.

CIrca obseruantiam huius Ritus, vide quæ scripta sunt in Ritu præcedenti. Tapia.

IOANNA II. Rit. 165.

ITem quòd à bannitis, seu pro dictis bannitis, & quolibet ipsorum, si pro homicidio, & de homicidio banniti fuerint fideiussionem ad pœnam vnciarum centum recipiant. Si verò de raptu cuiuscumque mulieris, ac etiam de priuato carcere, vel etiam quacumque falsitate, fideiussionem, ad pœnam vnciarum quinquaginta, & alijs quibuscũq; causis, & negotijs criminaliter, quæq; fuerint ad pęnã vnciarũ auri 25. dictæ curię applicandam, similiter recipiat eosdem, qui se & bona eorum omnia mobilia & stabilia solemniter obligent notario publico pro parte ipsius curiæ stipulanti, quòd dictus bannitus seu banniti extrahentes se a banno seu bannis prædictis stabunt super causis de quibus banniti sint iuri in ista curia: & præsentabunt se in dicta curia: & fideiussores ipsi præsentabunt eosdem, si & quoties ipsi banniti se præsentant: vel dicti fideiussores, quòd præsentent eosdem, qui fuerint per dictam Curiam requisiti &c.

No. a quòd hæc dictio, Vel, est dictio disiunctiua, & quasi sufficit, vt condemnentur fideiussores, quando est requisitus principalis; absque tamen requisitione ipsorum fideiussorum propter hanc formam fideiussionis, quæ vsitatur per ipsam Curiam, excepto quod in ciuilibus fideiussores non iurant: in criminalibus autem iurant fideiussores & principales. In ciuilibus non iurant principales, nec fideiussores, &c.

a *Nota quòd hæc dictio, Vel, est dictio disiunctiua.* In verbo, *in ciuilibus, &c.* In ciuilibus nõ iurant principales, nec fideiussores. Adde alium ritum similẽ supra incip. item quod fideiussores.

Fideiussor debet esse facilis conuentionis, non potens, non curialis, vel aliàs difficilis conuentionis. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 166.

ITem quòd nullus recipiatur fideiussor de Capuana nobilis, nec nobilis de Nido, maximè milites, & alij potentiores, Curiales, vel alij sed habiles ad conueniendum, & faciendum executiones contra eos. Verum vnus nobilis de Nido, vel de Capuana recipitur pro alio nobili.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISte Ritus hodie non seruatur, fuit enim conditus tempore quo Reges Regni non erant tantæ authoritatis, atq; potentiæ, sicut hodie Rex noster inuictissimus, sed in quantu hic dr quod habiles ad cõueniendũ sint recipiendi, & in specie prohibent familiares Regis, & dic idẽ quo ad Milites, Episcopos, Clericos, Regulares, & alios religiosos & mulieras, vt habetur in l. milites, C. locati, quã l. intelligit Gregor. Lopez ad l. 2. tit. 12. par. 5. verb. *Caualleros* de militibus, qui sunt in expeditione, vt in l. fi. vers. iubemus eod. tit. De hoc etiam est tex. expressus in d. l. 2. & 3. d. tit. 12. par. 5. vbi Gregor. Lopez, & tex. in l. 6. vbi Montal. tit. 18. lib. 3. legum fori, ex quibus iuribus multa ad istius ritus intelligentiam colligi possunt, sicut ex glo peritissimi Carpani ad cap. 44. stat. Mediolan. nu. 17. & seq † vbi quis dicatur idoneus fideiussor quàm breuissimè, & accuratè traditur, ibique post Afflict. ad constit. Humanitate nu. 4. in fine traditur † si fideiussor efficiatur non idoneus, non teneatur alium præstare, quòd affirmat in casu, quo à lege, vel statuto esset præceptum fideiussionem præstare iuramento ad ea quæ notant Doct. in l. in omnibus, ff. de iuditijs. Cætera vide per Carauit. hic.

Fideiuss-

Fideiussio potest recipi quacunque die, & hora absente Regente, & Iudicibus. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 161.

ITem quælibet fideiussio potest recipi omni die, licet illo die curia non regatur: dummodo posset regi, si voluisset, licet esset dies feriata, & qualibet hora pôt recipi, de mane, de sero, & quacunq; hora diei, præsente vel absente Regente, & iudicibus. Sufficit enim quòd eam recipiat magister actorum, & notarius: quia in actu dictæ receptionis dicitur, magistro N. dictæ curiæ actorũ notario, prædicta omnia & singula solemniter & legitimè stipulante nomine & pro parte dictę curiæ. Quandoque etiam subactarij dictæ curiæ prædicto modo recipiunt fideiussores, quamuis magister actorum non esset ibi præsens in curia, dummodo esset in curia, & dicitur nihilominus præsente dicto N. &c.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus seruatur indistinctè, & licèt Carau. hic dicat illud verbum die feriata accipiendum esse, vt seruetur forma Ritus sequentis circa relaxationem inquisiti, attamen practica est quòd † pro captiuo liberando, siue non carcerando fideiussores recipiantur etiam in die Paschatis, & alijs diebus sollemnibus prout de hac praxi, & alijs me informaui à † Ioanne Laurentio de Ferrarijs nostri Sac. Conc. actorum Magistro rerum Mag. Cur. & S.C. magno practico, sicut in dies quando casus aliquis accidit in Sac. Cons. qui debeat iudicari secundum practicam, & stylum Sac. Cons. vel ipsum, vel Anibalem Cæsareum Secretarium aliàs à nobis commẽdatum vocamus, & ab ipsis informationẽ capimus dę stylo, & praxi, quod fieri debere tradit Carau. ad Ritum primum num. 24.

Traditur forma assignandi carceratos fideiussoribus die feriata. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 162.

ITem a si esset dies feriata, ita quòd Curia regi illo die non potest, tunc ipsis fideiussoribus assignatur captiuus ꝓ captiuo, non vt fideiussoribus, sed quando pro captiuo recipientibus eum tanquam captiuum, & non fit mentio quòd sint fideiussores, & Regens, vel Locumtenens suus capit captiuum per clamydem, & assignat tunc aliquibus de ipsis prædictis, & promittunt ad certam prædictam pœnam præsentare primo die iuridico, quando curia ipsa regitur, & de hoc inter Regentem prædicta stipulantem nomine curiæ solenniter & legitimè & per illos, qui recipiunt eum pro captiuo, fit publicum instrumentum, & primo die iuridico veniente, siue regatur curia, siue non, obligant se de præsentando eum, &c. & penes acta in forma curiæ consueta. quo facto in continenti Regens rumpit instrumentum prædictum dictis accipientibus se obligantibus modo prædicto, &c.

a *Item si esset dies feriata, &c.* Captiuus pro captiuo per clamydem est repetitus supra, incip. Item seruat ipsa curia, quòd quando liberatur, &c. vbi vide.

Declaratur quot fideiussores sint recipiendi pro quolibet inquisito. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 163.

ITem a pro quolibet denuntiato debent esse fideiussores, qui non sint filijfamilias, nec clerici, & iurent quantum valent bona ipsorum, extractis debitis, & dotibus ipsorum: & quamuis iurent vsque ad certam summam, tamen quilibet tenetur insolidum. Verum quando essent tres denuntiati, si essent quatuor diuites fideiussores, curia recipit eos quatuor, vel quinque arbitrio dictæ curiæ, & sic deinceps, & quando essent quatuor denuntiati, sufficerent si darentur sex vel septem diuites: & quando essent multi denuntiati, curia recipit pro medietate fideiussores, quos deberet recipere secundum dictum ordinem: & pro alia medietate ipsi denuntiati inter se vnus pro alio fideiubet, & vocatur Vicaria fideiussio, quando vnus pro alio fideiubet, & hoc seruatur.

a *Item pro quolibet denuntiato, &c.* in vers. *vicaria fideiussio, &c.* Et quòd quando sunt plures accusati, vel simul cum armis inuenti, vel simul conueniuntur, possunt ad inuicẽ vnus pro altero fideiubere, voluit etiam pulchrè Bart. in l. Romanus Appolus. argum. illius tex. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Bald. in l. omnes. per tex. ibi, vicarijs fideiussoribus. C. de episcopis & cler. & Ange. & Imola in l. reos. in principio. ff. de duobus reis. & sequitur etiam Iason in l. 1. in secunda colum. ver. adde etiam, &c. ff. si quis in ius vocatus non ier. & doctrinam Barto. refert & sequitur Aretin. in tractatu maleficio. versicu. pro quibus Anton. fideiussit. in a. colum. versi. quæro an vnus ex malefactoribus, &c. Et dicit Ange. in dicta l. reos. in principio. quod est ibi casus notandus. Augustinus tamen de Arimino in apostil. ad Areti. in loco præallegato intelligit hoc esse verum, si socius non esset suspectus: nam si esset suspectus, & nihil possideret, tunc non haberet locum hæc Vicaria fideiussio, vide eum dicentem esse tenendum menti, & allegat quandam gloss. vide eum. Et quod duo accusati possunt inuicem fideiubere, videlicet, vnus pro alio, tenet etiam Bald. in d. l. Romanus Appulus. dicẽs quòd illa lex allegatur ad hoc postea subdit quod hoc est verum, si non sint suspecti. aliàs secus. allegat glossam in §. suspecto. in Authentico de exhibẽdis reis. quam dicit esse notandam. & illum textum in d. l. omnes. in vers. vicarijs fideiussionibus notat ibi ad hoc Pau. de Castro, quod quando plures simul vocantur, potest alter pro altero fideiubere, subdens idem si de nocte reperiuntur duo cum armis, qui tenentur dare fideiussores, potest alter pro altero fideiubere, subdens quod ad hoc allegatur d. l. Romanus Appulus. & §. sancimus. in Auth. de exhibend. reis. M.

ISte Ritus hodie non seruatur, sed est arbitrarium actuariorum recipere vnum, vel plures fideiussores. Tapia.

IOAN-

IOANNA II. Rit. 211.

ITem no. quòd si aliquis vadat ad curiam, & dicat velle dare fideiussores de iudicio sisti pro aliquo bannito, & soluit ius banni, scilicet tarenos 16. & eos fideiussoribus det, & soluat prædictum ius, tunc ille extrahitur à banno, qui fideiussores non debent esse de reficiendis expensis aduersario, nisi

nisi de indicio sisti tantummodo, & tunc datur illi litera extractionis à banno, & idem in ciuilibus, quia si condemnatur ciuiliter aliquis, & det fideiussores de iudicio sisti, & de reficiendis expensis aduersario, tunc ipsi danti ipsos fideiussores fit litera, quòd ille cuius nuntium se asserebat, reponebatur in possessione rerum, quarum aduersarius fuit positus in primo decreto vigore dictæ condemnationis ad tertiam partem bonorum mobilium, non tamen in actis, nec in dictis literis fit mentio de dicto iure vel nuntio: sed dicitur, quomodo tales fideiussores voluntariè se obligauerant in dicta curia pro tali, &c. in fine interlocutoriæ.

DE PRAESENTATIONE SCRIPTVRARVM, &c. Rubr. XXI.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD materiam huius tituli de præsentatione scripturarum videndus est tex. in l. 1. §. 1. ff. de edendo, & in cap. cum dilectus de fide instrumentorum, & ibi scribentes, similis titulus apud Mediolanenses in statut. cap. 52. & cap. 79 ibiq; Carpan. & in cap. 22. ver. ac producendi, apud Hispan. l. 34. tit. 17. par. 3. & ibi Gregor Lopez in ver. carta, & idem Gregor. in l. 1. tit. 18. par. 3. Speculator in tit. de instrument. editioo. Lanfranc. de fide, & productione instrumentorum in 4. tom. tract. Marant. in suo Speculo 6. par. 10. actu, Afyn. in praxi §. 22. per plura capitula, & Muscatell. in praxi Sac. Cons. 3. par. glo. scriptura præsentata.

Scripturæ debent præsentari infra terminum datum ad probandum, nisi essent instrumenta de nouo reperta, quæ possunt præsentari vsque ad conclusionem. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 139.

ITem quòd in quacunque causa ciuili quæ in dictis curijs & altera ipsarum agitatur, actor & reus præsentare debeant instrumenta & cautelas alias, si quas producere habent ad probandum intentionem eorum infra terminum eis statutum ad probandum in causa ipsa, ita quidem quod terminus detur ad producendum omnia iura sua, & non aliter, nisi essent instrumenta & cautelæ nouiter repertæ, quæ secundum iuris dispositionem produci possunt etiam vsq; ad conclusionem, & nisi essent personæ priuilegiatæ à iure.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 EX hoc Ritu, & sequenti habemus conclusionem, quòd † scripturæ non debent præsentari post terminum, nisi essent nouiter repertæ, in quibus vsque ad conclusionem in causa datur facultas producendi, in quo articulo variè statuerunt iura communia, de quo tex. in c. cum dilectus de fide instrum. variè etiam iura Regni, vt in constitutione lite legitimè contestata, & in rit. nostro, & sequent. & quo ad ius commune videndi erunt Afin. in sua praxi §. 22. cap. 2. qui firmat conclusionem, & limitat illam, atque sublimitat Carpan. ad cap. 22. statut. Mediol. nu. 101. & ad cap. 51. nume. 3. Didac. Perez ad l. 20. tit. 4. lib. 2. ordinat. & Consal. de Pace in sua praxi tom. 1. 8 tempore prioris partis num. 143.

2 In hoc autem Regno, practica† est, vt vsque ad sententiam scripturæ siuè publicæ, siuè priuatæ produci possint, & ita quotidie seruamus in Sac. Cons. de qua praxi testatur Muscatell. in sua praxi Sac. Cons. par. 7. glos. scriptura num. 20. qui allegat decretum Sac. Cons. registratum inter Pragm. sub tit. de offic. Sac. Cons. Pragm. 53. quicquid per Pragm. 11. de ordine iudic. fuerit determinatum. & hæc conclusio quòd etiam post conclusum in causa possint scripturæ de nouo repertæ præsentari communiter tenetur per doct. prout testatur Franciscus Ripa in l. admonendi num. 45. ff. de iureiur. & post eum Didac. Perez ad l. 6. tit. 11. lib. 3. ordinat, quæ etiam procedit in causa criminali. Bal. in l. 1. num. 9. & ibi additio C. de condit. indebit. & Didac. Perez loco vbi supra.

Scripturæ præsentatæ post terminum non recipiantur, sed extra processum ponantur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 138.

ITem quòd post terminum datum ad probandum non recipiantur aliquæ scripturæ, verum vbi pars producere vellet curia accipiat ipsas, & non ponatur in processu, sed teneat eas magister actorum, & scribatur in eis, præsentatæ post terminum, scilicet die tali &c. post terminum &c. & Iudices deinde videant eas ad eorum declarationem, & recipiant dicto modo etiam post conclusum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

CVm isto Ritu concordat Ritus 140. quem non posui quia est duplicatus, & ad litteram dicit idem prout animaduertit Carau. vide tamen in sequenti Pragmatica.

EX PRAGMATICA XI.

De ordine iudic.

§. POstquam publicationem præsentes producere debeant omnia instrumenta cautelas, siuè scripturas infra quatuor dies vtiles, T contra quas si aliquid probandum contigerit, illud fieri debeat infra terminum arbitrio Iudicis statuendum, & ordinandum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. corrigit Ritus præcedentes, dum facultatem concedit præsentandi scripturas post publicationem, quod ampliatum est per Pragm. sequentem vsque ad listæ affixionem, licet (vt superius diximus) in Rit. 239. Hodie stylus est, † vt etiam tempore expeditionis causæ præsententur scripturæ. 1

T *Contra quas.* Habemus igitur ex ista Pragm. nouam† dilatio- 2

lationem concedi volenti impugnare scripturas ab altera ex partibus præsentatas, quemadmodum, & præsentanti eas conceditur terminus ad conconsitandum, quod declarat procedere quoad scripturas publicas, non autem quoad priuatas Afflict. decis. 115. 271. & 272. ratio est quia cum
3 † scripturæ publicæ faciant fidem, si pars contra quam producuntur nolit eas acceptare, debet ei concedi facultas impugnandi authoritatem, & validitatem ipsarum, quemadmodum, & producenti non debet denegari facultas illas approbandi, neque ex hoc dicitur fieri nouus processus, qui esset, si admitteretur probatio aduersus scripturam priuatam, vel in fauorem ipsius, vt tradit Capic. decis. 88. de qua re etiam Muscatell.
4 † agit vir, & laboriosus, & commendatione dignus in sua praxi part. 7. glos. præsentatas. Hoc tamen declaratur non procedere quando
† contentum in scriptura esset renunciatum in libello, ita vt 5
pars potuerit se defendere, sed tantum quando scriptura aliquid noui afferret, vt decisum testatur Ioannes Vincentius Aona sing. 502. qui singul. 503. decisionem Sac. Cons. affert respectu termini dati ad concomitandum scripturas. secundo declaratur non habere locum quòd diximus de scripturis priuatis, † quando ipsæ sunt de per se tales, vt faciant fidem, quia 6
eo casu possunt probari per testes, sicuti scripturæ publicæ, de quo per Muscatell. in sua praxi par. 7. glos. præsentatas num. 9. quod respectu apodissæ trino teste comprobatæ tradit Vrsillus ad Afflict. decis. 272. aduersus quem insurrexit præfatus Muscatell. num. 12.

Scripturæ præsentari possunt infra 24. horas post listam appositam in valuis Sac. Cons. h. d. Tapia.

PRAGMATICA LIII.

De offic. Sac. Cons.

PEr Sacrum Regium Concilium prouisum est, quod postquam erit facta annotatio & publicatio in lista causarum expediendarum infra viginti quatuor horas post listam causarum publicatam in valuis aularum Sacri Concilij liceat partibus scripturas præsentare, & illis quibus beneficia competunt illa petere: Elapsis verò viginti quatuor horis decurrendis à dicta publicatione, & affixione dictæ listæ, non liceat partibus scripturas præsentare, nec beneficia petere. Et ipsis præsentantibus siuè petentibus post lapsas dictas horas per Sacrum Concilium non audiantur, faluo iure partibus ipsis contra eorum Procuratores, vel tutores negligenter pro earum interesse.

Neap. die 8. Martij 1535.

Loffredus Præsidens.

Quadra. Io. Martialis. Io. Thomas de Minadois. Nicolaus Maiorana. Galeotus Fonseca. Bernardinus Galeota. Antonius Baraptucius.

IOANNA II. Rit. 281.

ITem seruat dicta Curia, non concedere repulsas * alicui contra aliquas scripturas, videlicet, instrumenta vel alias scripturas, facta publicatione in causa post terminum datum ad probandum, sed pars potest denuntiare de falso, vel accusare vtentes.

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia non concedere repulsas. *Declara, vt per Capic. in de. is. 68. habere locum quando scripturæ sunt præsentatæ ante litis contestat.* De Bott.

AD hunc Ritum vide, quæ superius sunt dicta. Tapia.

Scripturæ possunt præsentari absque partis citatione. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 242.

ITem seruat ipsa Curia, quòd dato termino ad probandum in quacunque causa pendente termino partes, seu procuratores earum possunt producere ea ad quæ erat datus terminus ad probandum sine inquisitione amplius alterius partis, vel præsentia, & possunt produci, & debent recipi per subactarios etiam quando Curia non regitur, dùmodo non sit illo die tempus feriatum, idest, quòd si illo die Curia voluisset, potuisset regi.

AD hunc Ritum dic hodie idem seruari, debent tamen notificari parti, vt omne tollatur impedimentum tempore expeditionis causæ. Tapia.

IOAN-

a ITem seruat ipsa Curia, quàmuis, &c.

Originales scripturæ restituantur facta collatione. h. d. Tapia.

Et quòd copia instrumentorum debeat remanere penes acta, & originalia debeat secum portare producens, voluit Spec. in tit. de instr. edit. §. videndum. post prin. Tu adde hic Spec. in tit. de test. §. publicatis. in prin vbi ponit quod originalia acta remanere debent penes iudicem vel notarium actorũ, nè possit fabricari falsum. d. c. qm cõtra. & l. fi. ff. de tab. exhib. sic enim debet fieri de qualibet scriptura in iudicio exhibita, vt ibi. ¶Posteà quærit Spec. quid si magister actorum vult quòd penes eum remaneant acta, vt d. cap. quoniam contra. Iudex verò vult apud eum, vt capit. fin. de probatio. & vult magistrum actorum esse præferendum, cui possit imminere periculum, si de suo officio dubitaretur. vide eum. ¶Adde quòd originalia acta non debet dare Iudex, sed tantum exempla, seu copiam, tex. est in l. eos. §. super his. in ver. exempla. & ibi glo. & Bart. C. de appell. Et in quantum supra posui esse præferendum notarium actorum: adde quòd hanc quæstionem ponit Ioan. And. idem concludit in d. cap. quoniam contra. & ibi eum sequitur Ianor. in 2. col. vers. & per hæc est expedita quæstio, &c. & hanc quæst. an originalia acta debeant remanere penes notarium actorum, vel penes curiam,

IOANNA II. Rit. 176.

ITem a seruat ipsa Curia, quòd quamuis secundum & dicit penes curiam, dicto capitulo quoniam contra.

curiam, ponit Bald. in capit. fina. in fin. vers. quæro vtrum originalia, &c. de probatio. Si tamen remanent penes iudicem, non derogatur fidei ipsorum actorum. & dicit esse tex. not. in d. c. fin. & vide de hoc Luc. in l. fin. in vlt. ver. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. Quid de instrumẽto procuratorio, an remanebit penes acta? vide Spec. distinguentem in tit de proc. §. ratio quoque. in fi. & doc. Bal. in d. c. fin. refert & sequitur Matt. in constitu. Magistri Camerarij. in 13. no. in fi. ¶Adde tu quod vtens instrumento, vel priuilegio in iudicio, non tenetur originale dimittere apud acta, sed satis est præsentare in iudicio præsente parte ad fin. ei imponendam, & copiam illius capituli, de quo est quæstio. edere. cap. contingit. & ibi not. Panor. in 1. not. de fide instrument. quod dicit esse notandum. Et dum supra allegaui tex. glo. & Barto. in d. l. eos. quod iudex non debet dare originalia acta, sed copiam & exemplum: adde alium tex. in l. quoniam nonnulli. ibi, nec iam opinionis exemplum. & in l. à proconsulibus. ibi, ita vt appellanti iudex præbeat opinionis exemplum. C. de app. & idem voluit Matth. in constit. appellationum tempora. in 5. no. alleg. glo. & Bar. in d. l. eos. & dicta copia

practicam, imò per cap. quoniam contra falsam. extra de probat. apud acta debent remanere originalia documenta, tamen ipsa curia facta collatione restituit partibus.

copia debet esse fidem faciens. hoc est quod sit exemplata authoritate iudicis, qui eis fidem sua authoritate imponat, Barto. in dicta l. eos, quem sequitur Panor. in cap. quoniam contra. in 15. col. in fi. cum prin. seq. col de proba, & Matth, vbi sup, qui allegat alias cotas: in qua copia nihil addere, minuere, vel mutare debet, sed totum tenorem de verbo ad verbum ponere, Bal. in l. fin, in 1, not, C. de precibus Imp. offer, refert & sequitur Matth. vbi supra. ¶ Adde hic, quod si est transmittendus processus, & acta ad superiorem, vt se informet, non cogitur magister actorum, si non vult, mittere acta originalia, sed copiam cum fide, & originalia penes se retinere, ita no. voluit Bali, in l fi, in fi, C. relatio. subdens, quòd ita seruat communis practica. tene menti. & quod processus originalis debeat conseruari in ipsa curia, est ritus in terminis supra, incip. item quod processus originalis. M.

DE INTERROGANDIS LITIGATORIBVS. Rubr. XXII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordat titulus in ff. de interrogat. act. & in Decretal. in tit. de confess. lib. 6. Apud Hispan. tit. 10. par. 3, & præsertim in l. 1. & 2. In ll. fori tit. 6. lib. 2. In ll. ordinat. l. 1. ver. *contestado el pleyto* vsque ad vers. *Thechas estas responsiones*, & in dictis legibus Greg. Lopez. Montal. & Didac. Perez. Apud Medíolanenses titulus generalis de interrogat, cap. 73. 74. 75. 76. & 77. & ibi Carpan. accuratissimè, & Catellian. Cotta. Apud Ferrarienses lib. 2 c. 47. & Apud Ianuenses c. 14. Apud Gallos tit. de respõsion. & ibi Rebuff. Specul in tit. de interrogat. quæ fiunt ante litem contestatam, Marant. in Speculo 6. par. 3. membro, acta 4. & 7. Ioannes Baptist. Alyn. in sua praxi §. 19, cap. 9. 10. & pluribus sequentibus.

Principalis potest interrogari ante, & post litem contestatam etiam cum iuramento, & interrogatus potest cum consilio Doctoris respondere h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

PArtes a in iudicio litigantes, tam ante litem contestatam, quam post, prout iuris ratio & æquitas b iudicem mouerit, de facto interrogari posse decernimns, & interrogatus per se, vel per alium cũ aduocatorum consilio respondere potest.

Plerunq; etiam vel pro qualitate personæ, vel causæ, vel si iudex, quòd falsum respondeat suspectum habeat; Respõdentem c ad sacramenti religionem adducere eum posse censemus.

a *Partes in iudicio.* Iudex etiam ante litem contest. & post, quoties æquitas cum mouerit, potest interrogare partes. concor. ff. de inter actio. quoties. Item si Iudex habeat aliquam partium suspectam, ne respondeat falsum, non debet ei deferre iuramentum. Nam non debet esse author periurij, vt C. si aduer. ven. l. 1.

b *Iudicem.* Sed iure Romano potest partem interrogare aduocatus, vt ff. de interrog. actio. si fine, in princ. l. Item aduocatus offerat articulos iudici pro clientulo, si vult. sic supra de processu in litem. in princip. Clientulus autem respondeat cum consilio aduocati. Aduocatus tamen non potest eum de facto instruere, vt supra de off. aduo. l. 1. sed canon dicit quòd potest respondere aduocatus pro indiscretis, non pro alijs. extra de iud. pastoralis. & ibi de hoc plenè.

c *Ad sacramenti.* Scilicet, de veritate dicenda, ut de proba. cum de indebito. §. in omnibus.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

P*Artes in iudicio.* Et hoc arbitrio iudicis committitur, vt quoties viderit expedire interrogari de facto, & interrogati possunt habere consilium aduocatorum suorum in respondendo, nam & ipse aduocatus potest interrogari. ff. de adulterijs. l. si postulauerit. §. quæstionem. Non tamen aduocati de facto debent partes instruere, sed ipsæ partes debent hoc inspicere, C. de eden. l. 1. & no. C. de iureiurando propter calumniam. l. 2. in princip. ¶ Tenetur etiam pars respondere aduocato aduersarij, no. ff. de interrogat. act. l. si fine, in princ. Item & iudex coget iurare respondendum. Sed si iurat falsum, & iurauit scienter periurando, nunquid punitur? dic, vt diximus supra de extraor & præpa. l. edictorum, circa fi. & in tit. de consuetu. recti seu. §. sacramentum.

P*Artes in iudicio.* Ibi, respondentem. Quod si dubitat de eo quod interrogatur, an detur sibi dilatio ad deliberandum, not. Spec. in tit. de posi. §. 5, vers. quid si talis sit responsio. & §. 6. quid si is qui interrogatur? Sed si præsens interrogatus iussus à iudice non respondet, imò respondere recusat absque rationabili causa, seu contumaciter se absentat, habetur pro confesso, vt extra, de confess. cap. si potest. Secus si citatus, vt veniret respondere positionibus venire non vult & contumax fuit, quia tunc non habetur pro confesso, sed procedetur contra eum tanquam contumacem, vt in d. cap. in fi. & ibi no. in prima & quinta glo. per Ioan. Andr. vel faciet iudex eo casu illum iterato citari, comminando quòd nisi veniet, habebit positiones pro confessatis. & tunc si non veniet in termino, pronunciat eum pro confesso haberi, vt no. Spec. in tit. de posi. §. 3. ver. sed videtur quòd aduocatus. circa finem.

In glo. in verbo, iudicem. No. ex ista glo. quòd licet clientulus debeat respondere de consilio aduocati, tamen aduocatus non potest eum de facto instruere. Item no. quòd aduocatus potest respondere pro ignorantibus. quod facit pro mulieribus, quando conueniuntur: hoc est cap. pastoralis, extra de iudic. Petrus de Monteforte.

In

In glo. in verbo, index. ibi, ne respondeat. Intellige veritatem, immo enim toto iuramento videt, seu cognoscit eum aptum ad deierandum, & sic intellige glossam istam, ne contradicat textui. Barthol. de Capua.

Hanc

Hanc constitutionem etiam intellige, si partes sint maiores 14. annorum, nam paruuli qui sunt sine ætate rationabili, ante 14 annum non possunt compelli iurare. 22. quæst. 5. cap. paruuli. Barthol. de Capua.

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

IVra concordantia tam ad literam, quàm ad materiam huius constitutionis, vide in rubr. huius tituli, Hic tantum repetam videndum Marant. in sua praxi in 6. par. 7. membro, & Carpan. in spetie ad rubr. de interrogat. dicto stat. Mediol. cap.

cap. 73. vbi summatim multa elegantissimè collegit, Idcirque breuiter pertranseo, cum hæc materia sit nimis triuialis, & notissima omnibus causidicis, & procuratoribus.

Vide

Vide ad materiam huius Pragm. quæ dicta sunt in rubr. & in constit. præcedenti. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VI.
De ordin. Iudic.

SI reus exceptiones litis ingressum impedientes apponere noluerit, vel apposuerit, & ad merita reseruatæ fuerint, vel aliter reiectæ, immediatè procedatur ad responsionem petitioni ipsius actoris, & iuramentum de calumnia, & alias responsiones, T si tenet & possidet quando T reali agitur, vel alijs interrogationibus iustè factis, veluti si hæres est, & similibus, quod si reus facere recusauerit, procedatur, ac si legitimè respondisset & iurasset, & quantum ad interrogationes prædictas habeatur T pro confitente, vel negante, prout deterius erit ipsi contumaci.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T SI *tenet, & possidet.* † Potest ergo interrogari reus, vt de-
1 claret si tenet, & possidet rem, de qua est quæstio, in quo est

est aduertendum statut. Mediolan. cap 73. cautum esse non posse opponi aliquam exceptionem antequam clarè respon-
deat reus si tenet, & possidet, † non tamen poterit interroga- 2
ri super tit. rei per eum possessæ ex regul. tex. in l. cogi possess. C. de petition. hæredit. Paul. de Cast. cons. 34. nu. 4. vers. sequitur, Marant. in 6. parte principali in 9. membro, & Carpan. ad statut. Mediolan. cap. 73. nu. 3. post Afflict. ad constit. Regni ab officialibus nostris, qui addit alias tres limitationes, de quo di-
cemus ad dictam Constitutionem † quid autem si simpliciter 3
interrogetur si possidet certam rem, an teneatur respondere se tenere pro parte, vel possit totam interrogationem negare, disputat Couarru. variarum resolut. lib. 1. cap. secundo, nu. 5.
T *Reali.* † Hoc ideo est, quia cum actio realis sequatur rem, 4
tenetur ad oculum ipsam demonstrare, Carpan. loco proximè
citato cap. 75. nu. 5. † Quid autem si neget se possidere, & po- 5
stea conuincatur, dic quod amittit possessionem tex. est in l. fin. ff. de rei vendicat. tradit Anton. Gabriel. lib. commun. opinion. tit. de acquiren. possess. conclusion. 5. Carpan. loco citato num. 45. & latissimè Marc. Ant. Cuccus in tract. de mentiente circa possess. tom. tract.
T *Pro confitente, vel negante.* Ex hoc tex. habemus † ne- 6
gantem respondere haberi pro confesso ad quod vide, quæ tradit Carpan. ad statut. Mediol. cap. 73. nu. 37.

DE

DE PROHIBITA SEQVESTRATIONE.
Rubr. XXIII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

COncordat cum hoc titulo titulus C. de prohibit. sequestrat. pecuniæ, & Apud Hispan. de hac materia sequestri tit. 9. par. 3. & tit. 10. lib. 3. legum ordin. sic & tit. 12. lib 4. nouæ recollect. concordat etiam ex statu. Mediol. c. 3. & ad materiã Didac.

Didac. Perez ad l. 1. dicto tit. 10. lib. 3. ordinat. & Azeued. ad l. 1. & 2. nouæ recollect. & Carpan. ad statut. Mediol. qui perbellè hanc materiam sequestri persequitur.

IOAN-

IOANNA II. Rit. 127.

ITem curia ipsa non consueuit ad alicuius instantiam facere aliquem pignorari, nisi sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam exequendo, vel nisi fisco in aliquo teneatur.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

P*Ignorari.* Colligitur ex hoc ritu sequestrum esse prohibitum, nisi vel sententiam exequendo, vel in beneficium
Fisci, & alijs casibus, de quibus Carau. hic, † nam regulariter 2
sequestratio est prohibita iuxta l. 1. C. de prohibit. sequestrat.
pecun. hæc tamen sequestratio † permittitur quatuor casibus 3
enumeratis per Guidon. Pap. decis. 446 & alijs de quibus per Carpan. ad stat. Mediol. cap. 155. nu. 4. vbi multa eleganter per eum.

I. DE

DE TERMINO. Rubr. XXIIII.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Concordat cum hoc titulo alius consimilis titulus in C. sub rubr. de dilation. & sub eadem rubrica in lib. 2. Decretal. & habetur de eadem re in Decreto 3. q. 3. & Apud Hispan. in l. 33. tit. 16. par. 3. & in l. 1. vers. *por ende ordenamos* tit. 4. lib. 3. ordinat. & in tit. 6. præsertim in l. 1. lib. 4. tit. 9. nouæ recollect. & ibi latè Azeuedo. De hoc etiam apud Gallos tit. de dilation. vbi Rebuff. Apud Mediolan. in statut. c. 21. & 22. vbi latissimè Carpan. & aliqua annotauit ibi Catellian. Cotta. Apud Ianuenses c. 23. in statu. latissimè per Specula. tit. de dilat. Lanfranc. eodem tit. inter tract. in tom. 3. tract. par. 2. fol. 101. Marant. in 6. par. in 3. actu iuditij, Afyn. in praxi §. 15 per totum Ioannes Milleus in eius praxi Franciæ rub. 14 art. 47 glo. 1. Iodocus in eius praxi tit. de dilation. c. 114. 115. & sequent. Consal. de pace in eius praxi in 8. tempore, & Petr. Gregor. Tholosan. in Siotagm. iuris par. 3. lib. 48. cap. 8. nu. 9.

a *Lite legitimè.* Hæc constit. corrigit ius commune: vult enim vt tam actor intentionem suam, quàm reus suam exceptionem proponat infra biduum post litem contest. postea non audiuntur, & probabunt infra terminum qui erit in arbitrio iudicis, vt in fi. huius constit. & argum. ff. de iu. delib. l. 1. ¶ Et sic per hanc consti. corrigit. C. sent. re. non posse l. peremptorias. ¶ Si vero quis agat vel conueniatur per procuratorem, debet infra prædictum tempus offerre illas, quas nouerit, aliàs reseruet procuratori cõscientiæ principalis, ita tamen quod infra terminum datum ad probandum in alijs postea superueniêtes proponat: & ideo aliud in procuratore, quia iustam habet causam ignorantiæ in facto alieno, vt ff. pro suo. l. fina.

* ADDITIO. *Vide ad materiam huius constitut. Capic. decisio. 81. & 82. & 90. & dicit Luc. de Penna in l. si tempora, nu. 1. C. de fide instrum. & iure hastæ fisc. lib. 10. quòd si procurator post biduum producat articulos, asserens in eis posita peruenisse ad suam notitiam ex conscientia principalis, nec exprimit quòd ad eum de nouo peruenerunt, non debet audiri.*

Lite contestata, & iuramento calumniæ præstito eodem die, vel sequenti proponantur iura partium, quæ infra terminum statutum à iudice probentur, aliàs non admittantur, nisi minor. aut mulier sit, aut alia causa superueniens allegetur. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

Lite a legitimè * contestata T sacramentum 1 de calumnia volumus ab vtraque parte præstari iuxta diuales veterum principum sanctiones: quo irremissibiliter subsecuto principalis actoris aut accusatoris persona, simul omnia, quæ ad probationem, seu adminiculum suæ probationis faciunt, per se, vel per ad-

Et quid si procurator est absens constituendo sibi, & plus dicit quòd debet talis procurator iureiurando asserere illa talia de nouo superuenisse De B.

1 ADDITIO. Sacramentum de calumnia. *Adde an hoc sacramentum possit præstari antequam sit in causa conclusum? vide glo. fi. in c. ex literis. de iureiur. De Elo. in c. 1. de iurã. calu. lib. 6 Bar in l. 1. & 2. §. sed quia verentur. C de iuram. calum. Et an hoc sacramentum de calumnia detur in materia feudali vide per Iac. Aluar. in c. 1. in §. quibus etiam casibus, in 1. col. vers. & ista talis regula fallit. de controuer. inuest. feudi. in vsib. feud.* Superant.

* AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

1

Lite legitimè contestata. Secus si non legitimè, vt apud incompetentem iudicem, vt C. ne de statu defunct. l. si pater.

Irremissibiliter. An tacitè possit remitti visus iudicij? tenet quòd sic. multo plus protelari vsque ad finem sententiæ, quia si potest in totum, potest in parte, argum. ff. de pact. iurisgentium. §. ideo.

ADDITIO. *Adde l. qua de tota. ff. de rei vend. cap. cognouimus. 22. quæst. 2. cle. ne Rom. in 1. respon. de elect. & glo. in c. maioribus. de præb.*

Hæc constitutio vult præstari sacramentum calumniæ secundum sanctiones Principum, secundum quas remittitur tacitè. C. de iureiur. propter calum. l. 2. §. sed quia verentur. Et sic anoectit duorum vestigijs inhærentes, vt supra de condem. expen. & fruct. Si simpliciter dixisset, tunc lex deberet aliquid operari. ff. de lega. 1. l. si quando. ¶ Nunquid habeat hoc locum in causa appellationis, vbi quandoque datur libellus, lis contestatur, & iuratur de calumnia? dictum est supra. l. 1. vt actor, app. repræsenta. debet instare. infra de app. l. 1. §. illud. ¶ An is habeat necesse infra duos dies offerre in scriptis omnia, quib. vult vti? Dic quòd non, quia nec in principali post publicationem probatorum tenetur offerre infra biduum articulos reprobatorios. Idem in alijs articulis principalis causæ. nam est odiosa constitutio hæc coarctans exceptiones peremptorias, & sic contra rationem iuris communis. Hæc non producuntur ad simile. ff. de legibus. quod verò. Vnde videmus in vsu, quòd Iudex præfigit terminum ad præmissa, & ad ponendum quicquid sibi de facto competit, quia cum non sit dies limitatus, est

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

In hac constitutione agitur de termino, qui de iure communi vocatur dilatio, infra quam partes debent probare, quæ sibi incumbunt ad fundandum eius iura, de qua materia latissimè scribentes in rubr. huius tituli allegati. Cum hac constitutione concordat l. 1. tit. 6. lib 4. nouæ recollect.

T *Sacramentum de calumnia.* De hoc iuramento calumniæ dictum est supra titulo de iuramento calumniæ, vbi, quæ ad hanc

aduocatum suum * offerat, ant T eodem die vel sequenti ad plus a proponat in scriptis. b Vlterius autem de communi iure T nullatenus audietur. Nisi T personæ minoris, aut mulieris priuilegiũ, T vel causa alia superueniens allegetur. Reus similiter principaliter conuentus, * aut accusa-

* ADDITIO. *Sed an sit danda copia istorum articulorum, & examinationum partibus, vide per Innoc. in cap. per tuas, extra de testibus.* De Bottis.

a *Proponat*. Huiusmodi propositiones ea parte actoris vocantur intentiones, ea parte conuenti, defensiones, siuè exceptiones, vt patet C. de exceptio. si quidem. in princ. & l. defensiones. & ff. de probat l. in exceptionibus. in princ. Actor enim ad reum impugnandum intendit suo gladio actionis. Et ecótra reus ad actorem excludendum se clipeo exceptionis defendit, vt patet Instit. de excep. in princ. vbi de hoc, & in sum. Azo. & ff. de excep. l. 2. & infra hoc subijcit, defensiones omnes sibi de facto, &c. Et ita in plerisque locis imperij nuncupantur. Alibi tam ea parte rei quàm actoris appellantur capitula, & hoc nomen benè assumitur & probatur per iura, vt C. de temp. appell. l. per hanc. & de reb. cred. l. generaliter. §. si autem is. & §. nullo tamen ex hoc. & ff. de re mili. l. 1. Alibi vocantur in iure assertationes, vt C. de appella. in offerendis. in fi. in præal leg. l. per hanc, & ad id. ff. de probat. ei incumbit. ¶Sed in regno dicimus articulos ex vtraque parte, & hoc nomen similiter ex lege descendit, vt patet. ff. de leg. & se. con. non possunt. & de præscript. verb. naturaliter. §. 1. in fi. §. vbi dicit, explicitus est iste articulus, &c. ff. de hæredib. instituendis. hoc articulo & de conditio. & demonstrat. l. 3. in fi vbi dicit, quod hic articulus, tunc, &c. sed quocunque vtamur nomine, non est vis in controuersia nominis pertinacibus derelicta, vt C. de constituta pecunia. l. 1. ad fi. vt tamen contra loci consuetudinem non loquamur. Et huiusmodi articuli probari debent ab offerente eos, altero de duobus modis, qui regulariter & communiter introducuntur à iure. Vel per viuam vocem testium, vt in Auth. de test. per totum. testium (dico) duorum vel triũ, vt C. lib. 11. de naufragijs. l. quoties. ibi, quid est enim quod non abundè, &c. ff. de testib. l. vbi numerus. iuxta illud, In ore duorum vel trium stat omne verbum. Licet in quibusdam specialibus casibus plures requirantur, vt no. in præallega. l. vbi. & no. de testi. testium. Vel per vocem mortuam publici instrumenti, vt ff. eo & in Auth. de fide instrumentorum per totum. & vterque modus in prædictis parem obtinet potestatem, vt C. de fide instrum. in exercendis. licet videatur contra in Authen. de instru. cau. l. fin. §. si verò aliquid tale. coll. 6 vbi dicitur, quòd vigorior & validior sit viua vox, quàm mortua. Sed certè ibi non est sola viua vox ex vna parte, & ibi benè glossatur, & dicit quando testes vincant instrumentum directò, & quando per obliquum. & qualiter instrumentum non recipit contra se probationem aliquam. & in quibus casibus probatur per mortuam vocem tantum, nec locum probatio viuæ vocis habeat, vt in glossa ordinaria ibi signata, quæ incipit, quòd prius debent facere, &c. & in legibus ibi alleg. & notantur etiam hi casus. C. de pact. l. pactum quod bonæ fidei. & adde de episcopis & clericis. l. si qua per calumniam. ¶Item est alius casus in ista constitutio. scilicet, in processu iudicij. dicit enim hic, quòd tam actor, quàm reus proponat in scriptis. & sic in iudicijs requiruntur scripturæ. Debent enim vniuersa acta iudicij scribi per iudicem, tabellionem, vel in defectu tabellionis per duos viros idoneos & fideles, quorum vnus scribat, & alter subscribat, quæ in subscriptione sua recognoscat omnia, sic vera esse, & omnibus se interfuisse, sicut socius suus scripsit, & hoc probatur. ff. de testibus, l. curent. & extra de probat. cap. quoniam contra falsam, vbi plenissimè de hoc in apparatu Innoc. & Ber. vt sic facilius per scripturam negotia explicentur, & rerum probatio salua fiat, vt in præalleg. l. curent. & ff. de pignoribus contrahitur. Item est & tertius modus præter prædictos duos, qui loco probationis succedit, scilicet, per interrogationes & confessiones, quas litigatores faciunt inter se. Vel ad postulationem partis aduersæ. Vel secundum quòd mouet æquitas iudicantem. de quibus dicitur infra de interrogationibus in iure faciendis. l. partes. Et istarum certè quædam sunt quæ fiunt ante litem contestatam ad litem videlicet ordinandam, de quibus loquitur. ff. de interrogato. actio. l. 1 & per totum, & dic, vt ibi. Aliæ fiunt post litem contéstatam, videlicet, ad litem decidendam, de quibus loquitur. ff. & C. de confessis. per totum. & hic tertius modus introductus est in exoneratione probationum, vt ff. de interrogatorijs actio. l. 2. & 3. & in Authen. de his qui ingrediuntur ad appellatio. § fin.

b *Vlterius*. Et sic per hanc legem corrigitur. C. sententiam rescindi non posse. peremptorias. vbi permittitur vsque ad sententiam.

* ADDITIO. *Quid si omissa positione infra biduum, an possim ponere in causis appellationis, vide And. in constitut. iurisperitorum. in fi.* De Bottis.

a *Defensio-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

est in arbitrio iudicis. ff. de iure deliber. l. 1. ¶Sed si in causa appellationis agatur per procuratorem potest reseruare sibi conscientiam principalis, quia hic est fauor, in superiori est odium. ff. de liberis & posthumis. l. cum quidam. & sic seruatur in quotidiano vsu iudiciorum, † qui potest allegari pro iure. C. de fideiussoribus. l. fin. in fine, sicut mos iudicij. C. de iure fisci l. fin. Illas verò peremptorias, quas ignorauit sibi competere protestetur, proponet post biduum, sicut iure communi post aperturam, vt dictum est in simili supra eod. l. 1. & patet in litera, nisi noua causa, &c.

† ADDITIO. *Vide de stylo Sacri Palatij, Dec. in consil. 699. 1. col. consil. 79. in fi.* De Bottis.

¶ Et habet locum quod infra terminum probet, tam per testes, quàm per instrumenta, secundum glo. quia cum detur terminus ad probandum generaliter: etiam instrumenta post terminum non possunt offerri saltem vt producantur infra terminum, vt signentur per actorum notarium, sicut videmus fieri, pro qua præsentatione est. ff. de milita. testamen. l. ex militari. de bonorum posses. ex milita. testamen. l. 1. in fi. ¶Alijs videtur, & sic habet se consuetudo, quæ varia est in diuersis iudicijs, quòd secus sit in instrumentis, quæ secundum omnia iura post aperturam producuntur, siuè sit in causa conclusum. C de probatio. auth. qui semel. extra de fide instrument. cap. cum Ioannes eremita. quia generaliter loquendo ad oblata probanda non est verisimile, quòd voluerit corrigere omnia iura prædicta. C. de inofficio. testamen. l. si quando. cum non mutetur de instrumento, non prohibetur stare. C. de testam. l. sancimus. vt speciale quod de instrumento dicitur, deroget gene-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

hanc materiam pertinent videnda erunt.

1 T *Eodem die, vel sequenti.* Hodie † tamen vtimur, vt facta litis contestatione detur terminus ad probandum infra quem producuntur articuli, & si pars habet testes extra ciuitatem sit nominatio testium, vel intra, vel extra Regnum, & secundum loci distantiam datur terminus iuxta Regiam Pragm 7. de ordin. iudit. & Rit. 140 qui sub hoc titulo est positus, qui incipit nisi essent testes, & practica tradita est per dominum Præsidam de Franchis decis. 57. & sic non seruatur, quòd in hoc vers. dicitur.

cusatus a defensiones omnes sibi de iure competentes in iudicio proponere studeat b simul, & semel, aut in scriptis per se, vel per aduocatum * suum in prædicto spatio Curiæ dare procuret. T Eudemque terminum ad oblata probanda recipiant ambę partes. Quòd si per procuratores, aut defensores in his, in quibus interuenire possunt, causæ agatur ea iura procurator alleget, aut defensor illas defensiones opponat, quę principali parti competere non ignorat. Cæterùm si ignorantiam fortè prætēdat iura sua principalis partis conscientiæ poterit reseruare. Vt T tamen c infra prædictum terminum, quem ambæ partes ad probandum acceperint procurator * tamen ea, quæ primò op- po-

a *Defensiones omnes.* Lex supra tit. de exceptio. l. exceptiones. dat remedium circa dilatorias, hæc circa peremptorias. quod totum fit gratia dirimendarum litium, vt ibi dixi. Andræ.

b *Simul.* Id est coniunctim, vt ff. de re milit. l. quærebatur. §. 1. Et semel. istud semel accipe scilicet antequam labatur prædictum spatium: scilicet, biduum, vt not. plenè supra de exceptioni. exceptiones. & sic accipitur simul ff. ad Tertullianum. l. 1. §. si nemo.

* ADDITIO. *Not. quòd aduocatus potest præsentare articulos & exceptiones pro parte clientuli sui in curia de hoc not. Archid. in c. si iudex. in §. glo. ubi plenè, ext. de senten. excom.* De Bot.

c *Infra prædictum.* Hic strictè accipiendum est in testibus, non in instrumentis, quæ potest vtraque pars, & post terminum & post publicationem attestationum exhibere, vsque ad sententiam diffinitiuam, ante tamen quàm sit in causa conclusum, vt extra de fide instrum. cap. cum dilectus. 1. respon & C. de proba. auth. qui semel. Aliàs inuenio hoc cancellatum. Sed

Sed cum detur terminus ad probandum generaliter, vt hic patet. & sic seruatur de facto, & instrumenta non possunt post terminum proferri, vt argum. lib. 10. de iure fisc. iustas Et sic seruat magna Curia. & no. C de probatio. auth. qui semel. Item etiam post publicationem testes alij produci possunt ad reprobationem, vt no. præal leg. auth. qui semel. & legitur extra de testi c. præsentiam. vbi plenè de hoc. & c. licet, vbi plenè de hoc.

* ADDITIO. *No. quòd procurator tenetur infra biduum post litem contestatam ponere, & articulare omnia iura, quæ scit principali competere: illa verò quæ ignorat, cum peruenerint ad eius notitiam infra terminum datur ad probandum, ponere, & probare tenetur. Pone quòd procurator post biduum aliqua ponit asserens ea peruenisse ad sui notitiam ex conscientia principalis, nec addit quòd de nouo peruenerunt: dic quòd tunc non auditur, quia hæc constitutio requirit duo, scilicet quòd peruenia, & quòd de nouo perueniat. ita pulchrè declarat Luc. de Penna in l si tempora, col. 2. cum seq. de fide instrum. lib. 10. quem vide.* De Bottis.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

generali dicto istius legis. ff. de leg. 3. vxorem. §. felicissimo. de verb. oblig. l. doli. ¶Multi seruant primum dictum, quia constitutiones istæ factæ sunt ad lites abbreuiandas, vt patet in fine huius constitutionis. ¶Quid ergo si habet reus instrumentum, quo continetur, quòd soluit, præsentat, & facit illud signari manu notarij, quod sufficit. ff. de iure fisci. l. si in fraudem. §. valet. non tamen facit positionem seu articulum, quomodo soluit? Dic quòd facis videtur offerre illud, quod in instrumento continetur, si infra biduum obtulit instrumentum, argum. ff. de pericu. & commo. rei vend. l. quod si neque. Et ipso facto hoc ostenditur, licet non verbis. ff. de repudi. l. fin. de legi. l. de quibus. in fi. & argum. ff. de pact. l. 2. vbi reddendo instrumentum remittitur debitum, quod posset per instrumentum probari.

De communi iure. Sed de speciali sic, vt si dicat se fuisse absentem causa reipublicæ, vel alia iusta causa. ff. ex quibus causis maio. l. 2. in fine. ¶Quid si actor posuit articulos infra biduum, & non dixit, offert, & vult probare, an præiudicet sibi, quia litera dicit hic, quòd ea quæ vult probare debet offerre? dic quòd non præiudicat, nam dicendo solum (ponit hoc) manifestat voluntatem suam, quòd ideò ponit, vt probet. Ad quid enim poneret, nisi probare: maximè affirmatiuam. C. de probatio. l. actor. Negatiua consueuit poni, vt probetur per confessionem partis aduersæ. ff. de dona. quidam in iure. C. de erro. aduocat. l. 2. verba ergo sua ostendunt suam voluntatem, sic ff. de liber. exhib l. 1. & dictum est in simili. sup. l. proxi. ¶Facto quandoque sinè verbis ostenditur hoc. C. de re iudica. l. absolutionem. cum concor. Nisi

Nisi minoris. Quid si minor sit procurator alterius, & non det articulum infra biduum? dic quòd non restituitur principalis propterea. & imputet sibi, qui talem procuratorem eligit. ff. de procuratoribus. l minorem. de minor. l. cum manda. ¶Item quid si fiet litis contestatio, sicut in vsu videmus, saluis rationibus & exceptionibus suis, an hoc operabitur, vt det articulum post biduum? dic quòd non, quia & si expressè dixisset, protestor quòd possim dare articulum post biduum; non valeret protestatio, reseruat ius, non auget. ff. nau. caupo. stabu. l. 1. in prin. de acquir. hæred. l. pro hærede. & sic expressè non posset, sic dicendo, multo minus si tacitè, dicendo verba quæ id sonent. C. soluto matrim. l. 2.

Eundemque terminum. Iure Romano ad probandum dantur plures dilationes, cum causæ cognitione, probato iusto impedimento, quare in prima non produxit testes, & cum sacramento: vel secundum opin. quæ approbatur in glo. datur vna dilatio, & sic sunt plures productiones cum causæ cognitione, no. in Auth. de testib. §. quoniam verò. & §. si quando. & dicta auth. qui semel. & ff. de fer. l si. ¶Tamen etiam iure Romano potest iudex certum terminum præfigere, & limitare testes producendos, vltra quos non producantur postea not. C. qui accus. non poss. l. si ea. & patet extra de proba. cap. licet. Sed hæc constit. semper limitat, sicut iudex posset etiam limitare, vt semel detur terminus ad probandum, & post eum non plus producat, vt infra in ver. vt tamen. sed infra terminum producet testes, quos, quot, & quoties volet. ¶Sicut videmus in vsu, nisi per beneficium † restitutionis postea audiatur. sufficit

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

a T *Nullatenus audiatur.* Hic habemus elapso † termino non esse amplius prorogandum, sed ex tex. in cap. in causis de testibus fundat Consal. de Pac. in sua praxi tom. 1. par. 1. 8. tempore num. 23. tres dilationes dari posse, quod tamen limitat nu. 28. non habere locum post didicita testificata, circa quod vide plura per ipsum tradita loco citato, & per Azeued. ad l. 1. num. 14. In isto tamen Regno per constitutionem istam, & ritus sequentes nō datur noua dilatio, sed vnica, nisi esset persona priuilegiata, vt tradit Capic. decis. 81. in fine, vbi dicit in causa criminali fuisse admissum reum ad plenius se defendendum ex æquitate Sac. Cons. & idem decis. 90. qua etiam hodie vtimur vsque ad sententiam, de quo etiam Ruin. consi. 188. nu. 1. vol. 1. & Doct. in l. si quando C. de testibus.

T *Nisi persona minoris.* Datur enim in integrum restitutio, quæ vocatur in Regno primum, & secundum beneficium, quod priuilegium competit etiam post didicita testificata, licet in hoc vers. intelligatur de termino statuto ad præsentandum scripturas, vel articulos, quòd † (vt diximus) nō seruatur. T Vel

posuit probet, quàm ea, quæ per dominum postea ad ipsius scientiam peruenerunt. Terminum autem ad probandum in omnibus supradictis, & alijs, alijs, quæ iudiciorum natura requirit, quantum sine causæ periculo, & rerum dispendio fieri potest, per iudices, qui cognitionibus præsident, in causis omnibus T breuiari iubemus.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ficit autem quòd iurent infra terminum, quia postea recipientur, etiam die feriato, per ea quæ dicit glo. C. de fer. l. 1. cum omni tempore possint testes examinari: nam ex quo iurat die non feriato, videtur tunc recipi, vt d.l. ex militari. & du bon. poss. ex test. mil. l. 1. in fi.

† ADDITIO. *Ego multa scripsi in cons. Alex. 42. penul. colum. vol. 3.* De Bottis.

Sed infra quantum tempus post lapsum terminum, infra quem iurauerunt, iudex recipiet? non est tempus in hac l. diffinitum: & sic videtur quòd semper. C. de diuer. rescrip. l. falso. dum tamen non post biennium: argum. C. de temp. in integr. resti. l. petendæ. nec prope finem triennij: arg. ff. de euic. si rem. §. quolibet. Sed ad semestre tempus prope. C. de iudi. l. properandum. §. 1. Dic quòd iudex posset statuere tempus ad hoc, & terminum, vt no. in d.l. si ea. Sed si non statuat, videtur inesse modicum tempus, infra quod recipiat, quod magis intellectu, &c. ff. ex quib. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. de sol. l. quod dicimus. & l. ratum. ad leg. Falcid. l. 1. §. item si ita. Sed verius est, quòd quandocunque, re integra, veniant: arg. ff. de opt. leg. l. si pecuniæ. C. de transact. l. nec intentio. nam & post lapsum terminum ad hoc datum audiretur per paucos dies, si ius actoris non esset deterius. Hoc vltimum multis non placet, quando ad hoc habuit terminum. ff. de re mili. l. 3. §. si ad diem, contra quos est quod dixit glo. in tit. 2. in pecuniarijs. ¶Rem integram dicimus vsque ad aperturam processus, vt in Auth. de testib. §. quoniam verò & §. seq. vbi post recepta & aperta testificata non licet vlterius producere, nisi ex causa. ¶Quid ergo, sicut fuit de facto, iudex non statuit terminum, infra quem testes iurati deponerent, post lapsum terminum ad probandum datum stetit, qui debebat producere per plures dies, requisitus fortè vel non à iudice, si statuisset terminum, planum esset, si non statuit, sed mandauit testes & eorum dicta haberi pro publicatis, renitente illo qui debebat producere, & nil legitimum allegante, qualiter iudex deberet plus expectare, post publicationem sic factam, antequàm haberet copiam, & sic antequàm testificata didicerit, vult producere illos testes iuratos, qui modo venerunt, vtrum possit? videtur quòd sic, maximè si per se, aut aduocatum suum iuret, quòd testificata non didicerit, vt in præalleg. auth.

ADDITIO: *Adde, quod non creditur testi non iurato secundum Bald. in cap. testibus. de test. & Abb. in cap. tuis quæstionibus. de testibus. Et quid si testis primo deposuit testimonium, & postea iurauit, nunquid sufficiat? vide per Cyn. in l. iurisiurandi. C. de testibus, & ibi Bald. & Salyc. Ioan. And. & Ant. de But. in d. cap. de testibus. & ibi Abb. Bald. in cap. fraternitatis. in 3. no. de testib. Archid. in cap. omnes. 22. q. 2. Et in quibus casibus credatur testi non iurato? Dic primo, vbi agitur de informatione super fama vel super notorio, secundum Ant. de But. in cap. cum in tua, ad fi. de sponsa. Secundò, vbi agitur de informatione famæ prouehendi ad dignitatem, vel repellendi, secundum Abb. in c. 2. in pen. col. de postu. Præla. Tertiò in sacerdote super pœnitentia, de quo per Archid. in cap. in capite. 50. dist. & per Archi. & Dominicum in cap. ipsi Apostoli. 2. q. 7. Quartò, quando statutum vellet, quòd dictum testis non iurati probaret secundum Ludo. Rom. cons. 110. incip. viso puncto. Quintò, creditur ad probandam consuetudinem introductam à populo secundum Ant. de But. in cap. fin. vers. venio ad secundum principalem, de consuet. Et an credatur religioso non iurato? vide per Doct. in cap. nuper. de testibus. Et an testimonium religiosi sine iuramento inducat præsumptionem? vide per Barto. in l. solam. circa princ. C. de testib. Ias. eum sequitur in repet. l. admonendi. ff. de iureiur.* Superant.

Dic quòd debuit esse sollicitus ad producendum, & frequenter instare, vt iudex eos reciperet. argum. de app. appellationum tempora, & sollicitus infra diem producere, qui interpellauit. C. de iure emphy. l. 2. §. si. de contrahen. stip. l. magnam. qui quidem dies, & si non expressim, inerat tacitè, scilicet, modicum, vt supra dictum est, & sic perinde est ac si expressim inesset, vt sit in mora, nisi infra illum diem instet. no. glo. ff. sol. matrim. l. si in causa. ¶Prædictum iuramentum prodest, probato iusto impedimento, quare non produxit. Aut negligenti non subuenitur. ff. ex quib. cau. ma. l. non enim. quæ in fraud. cred. l. pupillus ¶Vbi verò iudex tenetur recipere, & non recipit, quantuncunque procedit in causa etiam ad publicationem, nihilominus postea recipiet. extra de testi. c. significauerunt. sed ibi appellauerat. ¶Iure Romano ab hoc grauamine non posset appellari, quia veniret emendandum in causa appellationis, nec ab hac diffinitiua dependet quod est necesse, vt à grauamine appelletur. C. de iureiur. l. generaliter. §. sin autem. vnde quod iussit vetuitve prætor, &c. ff. de re iud. quod iussit. non immutaret, vt ibi in glo. ¶Iure Canonico ipse idem reuocat grauamen. ¶Quid ergo erit? dic quòd habebit auxilium repositum sibi in causa appellationis, vt d. §. sin autem. Quid si non posset appellari, vt in momentanea possessione?

ADDITIO. *Adde qua dicatur possessio momentanea. vide glo. 20 vbi Cyn. in l. 1. C. si de mom. poss. app. & glo. in cap. ad sedem. de restit. spol.*

Non videtur quòd pro tanto sententia sit nulla, vel processus, quia contra ius litigatoris, ergo agendum contra iudicem ad interesse, & eo non existente soluendo, fiat restitutio in integrum. argum. C. de iudic. l. properandum. §. sin autem. in glo. & §. si.

Quid per procuratorem. In facto alieno toleratur ignorantia. ff. pro soc. l. fin. & sic excogitatur fraus, quia quilibet litigat hodie per procuratorem, vt post biduum det articulos, ponendo infra biduum quomodo iustam habet causam ignorantiæ. ¶Sed nunquid isti fraudi possit obuiari? dicunt quidam quòd sic in vno casu, quando scilicet est principalis præsens, cum procurator suus dabat articulos infra biduum, potest eum tunc consultare procurator, & cessat ratio quæ hic ponitur de reseruando conscientiæ principalis, & sic cessabit edictum. ff. de repu. quod ait. §. 2. de fer. l. 1. §. hoc interdictum. ¶Contrarium pronunciatum fuit, quia constitutio generaliter loquitur, ergo generaliter intelligitur. ff. de alea l. 1. Non enim est fraus vti adminiculis legis, quæ seruari publicè interest. C. de sent. præfec. præt. l. 1.

Poteris reseruare. Protestando, quòd si qua de nouo, &c. prout

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

5 T *Vel causa alia superueniens.* Habemus ergo ex iusta † causa esse reintegrandum ad terminum, quod Sac. Cons. admittit in iusto, ac notorio impedimento, vt docet Afflict. decis. 29. & idem decis. 50. sicuti etiam si ex facto alterius litigatoris impediretur quin posset facere suas probationes, & interim terminus non curris iux. tex. in l. si cum ipse. ff. de excusat. tutor. Bar. & alij in l. fin. C. de ferijs, & Bal. in authent. cler. quoque C. de sacrosf. eccles. & Boer. decis. 140.

T *Eundem terminum.* † Habemus ex hoc terminum datum actori esse communem etiam reo, & infra eundem, vtrumque, quæ sibi incumbunt probare debere etiam si alter esset priuilegiatus, & alter non, vt dicemus in constitutione obscuritatem. 6

T *Vt tamen infra prædictum terminum.* Ex hoc vers. colligimus † testes examinandos debere produci infra terminum, 7 & cum hoc concordat Rit Mag. Cur. Vic. Incip. In primis de-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

prout hodie est in vsu, quia si non protestatur, quod ignoret, videtur dicere se scire. & ideò præiudicaret sibi, sinè protestatione. Nam scire † videtur & tanquam sciens non audietur, quasi sit verisimile principalem plenè informasse procuratorem suum. ¶Protestatio ergo reseruat ius in futurum. ff. de religio. & sup. sune. l. at si quis. §. sed interdum, de aequit. hæred. pro hære. Vnde quod dicit, poterit reseruare, id est, debebit, sic. ff. de dam. infec. l. qui bona. § deinque.

† ADDITIO. *Intelligo, dummodo principalis fuerit in loco iudicij: secus si constituit procuratorem absentem, Luc. in d. l. si tempora, nu. 3. vers. item quia præsumptio.* De Bottis.

Lite legitimè. In principio. Quid si articuli non sunt oblati incontinenti, an valeat processus? dic quòd sic, vt not. Archid. extra de testibus, cap. pretium, lib. 6. & dic, vt ibi. In tex. ibi, minoris aut mulieris. De isto tex. fuit semel altercatum inter socios, an scilicet, ipso iure, vel per restitutionem succurratur ipsi mulieri? & dic quòd beneficio restitutionis, vt voluit gl. in constit. obscuritatem, in glo. 3.

In glo. mag. circa fi. ibi, viros idoneos. Concordat Innocen. in cap. post cessionem. & Specul. in tit. de lit. contest. §. illud. ver debet.

In glo. in ver. prædictum. Sed nunquid positiones post ipsum terminum fieri possint? vide Specul. in tit. de dilatio. §. videndum restat, versi. item quid si dat. & in tit. de positi. §. 3. & dicas quod non per partem, sed per iudicem, suo officio, non per partē, sed per cap. cum Ioannes, extra de fide instrum. & 30. q. vlt. cap. iudicantem. licet quidam contra, vt in d. ver. nn. per l. iudices. C. de iudi. & ff. de accusa. l. si eadem. Petrus de Monteforte.

Lite legitimè contestata. in ver. ad plus. No. quòd articuli dantur infra biduum, & si non dantur, possunt testes testari super libello, seu tenore ipsius, vt no. Archid. de test. c. pretium. §. testes, in glo. quæ incipit, articulos. & sic seruat magna Curia. Nicol. Ruffus.

In ver. nisi pri. Hæc constitutio expressè innuit, quòd in criminalibus beneficium restitutionis in integrum concedatur, quod est notabile. Barthol. de Capua.

In glo. strictè. ibi, post terminum contrarium. Notatur in constit. probationum, & in constitut. prædecessorum. in fine. Barthol. de Capua.

Quæro, si obtuli exceptiones infra biduum, quæ tunc temporis competebant, si postea reprobas testes, an alios possim offerre? & videtur quòd non, quia debui infra biduum opponere, quas si non opposuisti, postea opponere non debeo, nam exceptio dilatoria ante lit. contest. opponitur, & si non opponitur, postea opponi non potest, vt ff. de procura. l. Pompo. §. rati. cum si. Contra quod est verum quòd possit opponi: nam si procurator lite contesta. interuenerit, etiam lite contestata, potero opponere excusationem. vt C. de consor. eiusdem litis. l. 2. facit. l. fin. C. si à non competenti iudice. facit l. contra maiores. C. de inofficioso testamento. & sic fuit de facto iudicatum in Regia Curia. Barthol. de Capua.

Sed quid si contestatus sum litem, & cum deberem offerre in iure infra biduum, secundum constitutiō. Regni, &c. exceptiones meas non feci, obtulit tamen quidam amicus meus me ignorante, & post hoc lapsum est biduum, nunquid potero ratum habere, vt perinde sit acsi ego obtulissem? dicas quòd non. argum. ff. ad Trebell. l. Scæuola §. fin. & l. seq. vbi dicitur, quòd retrofacta trahuntur ad præsens, argumentum ad Mace. l. si. in fi. quæ dicit ratihabitionem retrotrahi. Io. Bacca

In tex. in ver. proponat. Quæro nunquid hoc habeat locum vbi ex officio proceditur? dicitur quòd non, cum constitutio ista sit stricti iuris, argum. l. constitucionibus. ff. ad municipa. Item quia loquitur in iudicio ordinario, quòd patet, quia dicit, lite legitimè contestata, quæ fit in iudicio ordinario. l. rem non nouam. C. de iudi. & supra, de dilat. l. dilationes, & quia dicit, actoris vel accusatoris, conuentus, & accusatus, quæ verba causam ordinariam respiciunt. extra, de accusa. cap. forus. cum si. Item est contra ius: quia alias peremptoriæ vsque ad sententiam possunt opponi, vt in l. exceptiones. cum si. & sic restringenda. cap. odia. de reg. iur. in 6. Nicol.

In tex. cæterum. No. quòd procurator potest reseruare vel offerre iura in termino sibi dato ad probandum, hoc verum absente principali, secus si esset præsens. argum. l. 1. C. de errore aduocatorum, quia primo casu potest habere ignorantiæ causam, secundo non, secundum Andream de Cap. qui dicit ita obtinuisse in Curia Vicariæ huius Regni. Vnde prædictus Andr. de Capua dedit tale consilium, quòd incontinenti, quòd aliquis constituit aliquem procuratorem, absentet se à loco iudicij alioquin si principalis esset præsens, procurator non posset illud beneficium implorare. Barthol. de Capua.

In glo. hic strictè. ibi, & sic seruatur in magna Curia Vicariæ, No. quòd de ritu magnæ Curiæ est, quòd post terminum peremptorium, etiam ante conclusionem causæ instrumenta nō producuntur. Contrarium est in cap. cum dilectus, de fide instrumentorum. & contrarium nn. in constit. Regni, probationum defectum. in glo. prædecessorum, in fine. Barth. de Cap.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

8 tur, & Pragm. incip. responsionibus, quæ est 9. de ordin. iudic. Hoc tamen non † est ita strictè intelligendum, vt etiam termino elapso examinari non possint testes citati in termino, vt tradit post Matiens. Azeued. ad l. 1. tit. 6. lib. 4. nouæ recollect. Ioan. de Amic. consi. 108. & Anibal Troisi: ad Pragm. 9. de ordin. iudic. & Caranit. ad Rit. 69. & 98. & ita practicamus quotidie in Sac. Cons. nam etiam elapso termino vsque ad publicationem possunt testes recipi per examinatores Sac. Cons.

9 Imò etiam post † publicationem possunt recipi quando ex aliqua causa fuerint impediti. Ioannes de Amic. cons. 108. & habetur in Rit. 69. præstito tamen iuramento producenti, quod nō malitiosè producūtur, tradit Troisiu. ad Prag. q̄nq; solēt sub tit. de testibus, quod limitat ipse ad Pragm. 32. de testibus, quæ incipit post conclusionem causæ, non procedere, quando esset præsentata scriptura pro qua, & aduersus quam possunt examinari testes, prout latius diximus in tit. de exhibition. scriptur. ad Rit. 239.

Circa quod animaduerte quod si probationes † fuerint productæ post terminum ipso non prorogato, vel aliter à iudice ex causa admissæ non faciunt fidē, vt tradit Io. de Amic. cons. 28. 10

T *Breuiari iubemus*. Ex hoc vers. habemus arbitrarium † esse Iudici terminum abreuiare, vel prorogare, vt habetur in 11
Rit. 245. & 69. qui hanc sequitur constitutionem, sed principalem ipsius intentionem debere esse circa abreuiationem iudicij, cum id æquitati conueniat, & rigori, vt habetur in c. iurgantium de sent. & re iudic. & tradit Azeued. ad l. 1. nume. 11. vers. *pueden abreuiar*, nu. 16.

a *Contingit*. Puniuntur tam actor, quā reus, qui termino accepto non venerunt ad iudicium: & est pœna

Data termino à iudice si partes, vel illum prorogent, vel non veniant ad iuditium puniuntur, vt hic, hoc dicit Tapia.

IMP.

IMPER. FEDER.

Contingit [a] interdum actorem simul & reum ciuilibus

na in decima parte litis: & hoc intelligo post litis contest. sicut apparet per determinationem sequentis consti.

a Ad

bus caussis recepto ab eis peremptorio termino, vel per Curiam ipsis dato: a ad iudicium non venire: quo fit, vt eorum dispendium iudicij b processum impediat, & honori & authoritati iudicjali illudat. Igitur manifestius diffinimus vtrunque, scilicet, actorem & reum in c in decima parte d motæ litis pro æqualibus portionibus esse mulctandos, si expresso consensu, sine licentia Curię terminum prorogauerint: e Vel non deniendo tantummodo desides arguantur.

a *Ad iudicium.* Lis enim erat cōtestata, aliter enim non esset iudicium, hoc argu. facit ff. de iudic. iudicium soluitur. quod etiam ex eo probatur, quod hic loquitur de impedimēto processus. Item, ante litem contestatam, reus non posset puniri, quia eo postulante cōpelleretur actor prosequi propositam actionem, & ita si non postulat ipse, non compellitur actor, vt C. quomodo & quando iudex. in authen. qui semel. Item quia lite non contestata vterque desistet impunè, vt infra proxi sponte.

b *Processum.* Lite contestata in causa ciuili, si actor & reus ad certum terminum prorogent, vel non compareant in termino sibi dato, puniuntur in decima parte litis: si autem transigant habet locum constitutio sequens. Andr.

c *Decime.* Credo, quod huiusmodi mulctę, siue pœnæ decimæ partis litis causam dederit, quædā actio vetus, de qua fit mentio Institut. de pœna teme. litigant. §. hæc omnia. & etiā ius Auth. quòd illa renouauit actionem veterem, vt in Authē. de li. §. ad excludendas.

d *Mota.* Comparuerant iam coram iudice, aliàs liceret, vt supra de offic. Iusti l. priusquam. Vel verius, illa loquitur in criminalibus, hæc in ciuilibus, in quibus serua constitutionem sequentem. Andr

e *Vel non veniendo.* Infra de desist. ab acc. sæpè contingit. §. constitutio. & ista sufficiant pro declaratione literæ, quæ quoniam de se clara est, vlterius insistere opus non est. ideo studiosè lector his contentus sis. Mar.

c *Deci-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

CONTINGIT. Hic derogat iuri communi, quo in causa ciuili partes paciscuntur, sicut volunt: nam post litem contestatam etiam in ciuili non licet; immo puniuntur in decima parte litis, si in statuto termino nō compareant in iudicio prosecuturi litem. Ante verò litem contestatam, licet desistere, & pacisci indistinctè. Sed si reus compareat; & actor non, cogitur actor, reo postulante, prosequi causam, vt in authen. qui semel. Et tota constitutio loquitur in causa ciuili.

CONTINGIT INTERDUM. Quæro id, quod de facto sæpè contingit. Aliquis infert mihi violentiam turbatiuam, ago contra ipsum vti possidetis, vt cesset à turbatione, ille est contumax, & venire non vult, & nihilominus turbat, qualiter actori consulitur, & qualiter procedatur per iudicem? Responde: iura canonica excommunicarent ipsum, ex quo est talis, quòd in possessionem causa rei seruandæ mitti non potest, vt extra, vt lite non contest. cap. quoniam frequenter. Iure ciuili iudex posset mulctam indicere per edictum, si quis ius dicenti non obtemperauit. vel actor suum taxaret interesse, & sic fiat missio ad instar cuiuslibet personalis actionis, vt in Authen de exhiben. reis. Vel melius, iudex ex officio suo prohibeat ne turbet, quandiu de iure suo probet: & interim faciet possessorem suum pacificè possidere, & gaudere, argumen. ff. de no. oper. nunt. l. si prius. ff. de vsufruct. l. æquissimum. ff. de opt. leg. l. mancipiorum ff. de ingen. manu. l. diffamari. qui accus. non poss. l. si ea. C. Ruff.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISta constitutio † non seruatur, sed quæ ad terminum spectant diximus supra proxima constitutione. †

Testes non examinati in termino amplius non admittantur, nisi fuerit mulier, pupillus, vel alias priuilegiatus. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 152.

ITem si aliqui litigant * in dicta curia ciuiliter, si infra terminum ad probandum datum non fecerunt examinari testes per ipsam curiam, deinde terminus ad examinari faciendum datus fuerit, si testes ipsi infra eundem terminum ad examinari faciendum datum non fuerint examinati, de cætero non audiantur, nisi fuerit mulier, vel pupillus, vel vidua, & ecclesia, vel fiscus, qui per beneficium restitutionis in integrum ad pinguius, probandum de nouo admittantur.

* ADDITIO. Item si aliqui litigant. *Ad ritum hunc vide And. in constit. lite legitimè, per glos. & Andr. in constitutio. in pecuniarijs.* De Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus concordat cum constitutione præcedenti, & ibi vide, quæ diximus, limitatur tamen per Ritus sequentes.

Termi-

Terminus arbitrio iudicis secundum causam, & locorum distantiam est dandus, & testes infra illum examinandi, nisi aliter iusta causa suadeat, nec ab illo appellari potest. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 69.

IN primis detur terminus ad ponendum, & probandum in qualibet causa, tam ciuili, quàm criminali competens iuxta materiam causæ & locorum distātiam, & quòd in dicto termino ad probandum duo testes prædicti iurati examinari debeant infra ipsum terminum, aliàs de cætero non audiantur, nisi iusta & rationabilis causa mouerit iudices ad concedendum, vt testes iurati examinentur vltra dictum terminum, & cum datur terminus ad probandum, fiat commissio examinationis testium. Et idem ritus seruetur in causis commissis, & de cætero committendis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIde ad istos Ritus, quæ scripsit Caram. & quæ nos diximus in prima huius tit. constitutione.

Dato

Dato termino ad probandum debet peti terminus, ad examinari faciendum in vltima die ipsius, h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 78.

ITem quòd cum datur terminus ad probandum, & ponendum in vltimo die ipsius termini, vel sequentis ad plus, petatur terminus ad examinari faciendum pro parte actrice, vel conuenta, si testes iurati, non examinati tunc essent: aliàs de cætero dictus terminus ad examinari faciendum peti non potest, nec conceditur, quod obtinet locum tam in caussis principalibus, quàm in appellationibus, qui terminus ad examinari faciendum in supradicto termino & tempore peti potest, & conceditur in bancha, & extra bancham, die feriata, vel non feriata, de conscientia tamen duorum iudicum, &c.

ISte Ritus † nō seruatur, sed quod dicitur in sequenti Pragm. vide ad materiam termini supra in prima constitutione huius tit. Tapia.

Terminus latior debet concedi pro examinandis testibus extra Regnum facto deposito, test bus nominatis, & iuramento præstito, probatione autem non facta puniuntur procurator, & principalis, pœna hic contenta, h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 140.

ITem nisi essent testes extra Regnum degentes quo casu prorogatio ipsa fiat secundum distantiam locorum vbi testes degunt deposita pecunia necessaria per producentem pro examinatione ipsorum, ipsisque testibus specifice nominatis, ac præstito iuramento per producentem prædictum, quòd non fiat id animo differendi & calumniandi. Et iudices ipsi prædictarum curiarum, & cuiuslibet earum eo casu possint dictam instantiam prorogare attenta distantia loci prædicti. Verum si pars vel eius procurator afferat habere testes absentes extra Regnum existentes, & per hoc peteret dilationem, & prorogationem non faciendo infra tempus sibi datum, & per hoc prorogatum testes ipsos examinari, talis petens, siuè fuerit procurator, siuè principalis, puniatur per dictas Curias, seu alteram ipsarum tanquam calumniator, nec non ipso facto T incidat in pœnam Florenorū auri 50. dictis curijs applicandam, Et à transgressoribus prædictis inuiolabiliter exigendam & condemnetur nihilominus parti aduersæ ad solutionem expensarum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus est † in viridi obseruantia in Sac. Conf. & in Mag.
1 Cur. Vic. & ideò † quando fit nominatio testium extra Regnum degentium non admittitur nisi facto deposito pro accessu commissarij, qui debet illos examinari, vel testium, & facta nominatione testium per nomina, & cognomina, ac locorū in quibus debent examinari, vt habetur in dicta Pragm. 7. de ordi. iudit. tradit dominus Præsidens de Franch. decis. 57.
2 Quod autem † hic dicitur de iuramento præstando non seruatur, & cum hoc Ritu, quoad terminum vltramarinum concordat lex. apud Hispan. l. 1 tit. 6. lib. 4. nouæ recollect. *vbi depositando las espensas*, vbi Azeued. num. 19. qui in l. 3. eiusdem tit. dicit etiam in secunda instantia esse concedendum.

T *Dila-*

T *Incidat in pœnam florenorum.* † Iste Ritus seruatur quoad imponendam pœnam, non tamen quoad quantitatem pœnæ hic traditam, sub hac tamen distinctione † aut enim agimus de nominatione infra Regnum, & tunc pœna non probantis est ducatorum 12. iuxta Pragm. 7. de ordine iudit. aut verò agimus de dilatione extra Regnum, & hoc casu per Prag. 3 31. de offic. Sac. Cons. quam nos situauimus sub tit. de pœnis opponentium calumniosè dilationes erat ducatorum sex, quæ postea fuit ducatorum duodecim; vt in dicta Pragm. & in Pragm. 3. de dilation. fuit aucta pœna, vt ibi quæ hunc sequitur Ritum, quod iure communi fieri posse tradit Ancharan in cap. constitutus secunda oppositione de fideiussoribus, quem sequutur ibi Imol colum. fi. vers. alia cautela, quod approbant, & magni faciunt, Alex. colum. fin. vers. & quid si suspicatur, & Ias. colum. pen. num. 27. in l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, quos refert Azeuedo ad d. l. 1. tit. 4. nouæ recollect. num. 19.

Dilatio vltra marinam iudicis arbitrio dari debet, eaque non vtentes puniuntur, vt in hac Pragm. h.d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De dilation.

ALlam similiter occasionem differendi amputantes, decernimus, vt quinis dilationem vltra marinam, vel aliam extra Regnum petierit, siuè principalis, siuè procurator, & à Commissario causæ obtinuerit iuxta eius arbitrium per locorum distantiam, ipsa dilatione obtenta, qui si dilatione prædicta vsus non fuerit, nec probationes aliquas fecerit in nominatis locis, vel ipsorum aliquo, amissione pecuniarum depositarum mulctetur, pro medietate alteri colligatori applicanda, vna cum expensis viatici si aduena fuerit colligator & pro alia medietate commodis Regij Sacri Consilij, seu alterius Tribunalis, vbi causa fuerit ventilata, & agitata, nec per ipsorum aliquem possit remitti, Nolumus tamen per præsentium dispositionem, derogari alijs Pragmaticis, seu Ritibus, super huiusmodi dilationibus vltra mare, & extra Regnum editis, sed in cæteris omnibus firmæ in suo robore permaneant. Quapropter volentes nostras ordinationes nomine Catholicæ Maiestatis editas, debitæ executioni demandari, tenore præsentium de certa nostra scientia, consultò, & deliberatione matura Regij nobis assistentis Consilij, Dicimus, committimus, & mandamus Illustri Magno huius Regni Camerario, Iustitiario, Protonotario, eorumque Locatenentibus, Præsidentibus Regiæ Cameræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, ceterisque alijs omnibus, & singulis officialibus, maioribus, & minoribus, quocumque titulo, authoritate, & potestate fungentibus, præsentibus, & successiuè futuris, ad quos, seu quem præsentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præsentatæ, quatenus præsentes ordinationes, vt supra factas, & omnia in eis contenta, teneant firmiter, & obseruent, tenerique & obseruari faciant, atque mandent, per quos decet, iuxta sui seriem, & tenorem. & vt effectus, & tenor præsentium omnibus innotescat, volumus, & ita iubemus, prædictis omnibus officialibus, vt eas voce præconia per loca solita, quomodolibet in iurisdictione publicari faciant, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam Regiam earam habent, pœnamque ducatorum mille cupiunt non incur-

incurrere. In cuius rei testimonium præsentes literas exinde fieri fecimus, Regio huius Regni negotiorum communi sigillo munitas. Datum in Castro nouo Neap. 10. Decembris 1509.

Don Raimondo di Cardona Luogotenente Generale.
V. Montaltus Regens. V. Decolle Regens.
Dominus Locumtenens generalis mandauit mihi Petro Lazaro de Vega.

Et vide in Pragmatica. Quia vbi maius. §. & insuper de citationibus.

Constitutio Regni lite legitimè contestata circa versic. offerat eodem die vel sequenti per istum Ritum corrigitur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 129.

ITem seruat ipsa curia, quòd in causis in quibus ipsa curia committit literas, quòd ipsi commissarij dent vnum, vel eundem terminum ad ponendum, & probandum, puta 15. dierum, vel alium maiorem, vel minorem, & non astringuntur partes offerre infra biduum generalia, & specialia iuxta constitutionem Regni, & aliam obseruantiã curiæ.

ISte Ritus non seruatur hodie, vt tradit Carauit. & nos diximus supra ad d. constit. lite legitimè contestata. Tapia.

Terminus ad probandum quot dies debeat continere arbitrio iudicis iuxta regulam hic traditam committitur, pœna statuta petenti maiorem dilationem si non probauerit. h.d. Tapia.

PRAGMATICA VII.

De ordine iudic.

POst prædictas responsiones realiter, vel per contumaciam, vt supra, sinè aliquo Iudicis ministerio terminus ad probandum T ipso iure partibus intelligatur statutus modo infrascripto, videlicet.

Quod partes ipsæ responsione manifestare debeant, vel saltem vna ex partibus manifestare debet, in quibus locis testes examinare intendunt, & si infra viginti miliaria, quindecim dies continui statuti intelligantur, ab inde supra multiplicetur numerus per terminum quinque dierum pro qualibet dieta, attribuendo cuilibet dietæ passuum viginti millia. Ita tamen quod excedere non possit terminum trium mensium, etiam si in remotioribus Regni partibus probationes fieri deberent, nisi Iudici de causa cognoscẽti, ex iusta causa eius animum mouente, maiorem dilationem statuendam videretur, quo casu pro eius arbitrio illam augere possit, dum tamen intra Regnum terminum trium mensium, vt supra, excedat, quod si partes ipsæ, vel saltem vna ex eis ipsa responsione manifestauerint loca in quibus examinare intendunt, terminus ipso iure viginti dierum ad probandum
5 statutus intelligatur, Nec possunt dicti termini sine iusta causa, vel sine expressa ambarum partium voluntate prorogari, ad pœnam duarum vnciarum à Iudice auferendam, qui talem prorogationem fecerit, quod si fortè ad obtinendam calumniosè maiorem dilationem aliqua partium loca distantiora nominauerit, in quibus testes examinare non fecerit, simili pænæ duarum vnciarum subiaceat sine vllo processu ab eis auferendæ, decernimus nominationem dictorum locorum fieri posse, etiam in responsionibus faciendis per partes ipsas positionibus siuè Capitulis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISta Pragm. est in viridi obseruantia, & compræhendit omnes ferè Ritus præcedentes, & quo ad dandũ terminũ arbitrio iudicis vide supra Rit. 69. & 145. † quod tamen hic dicitur de termino viginti dierum etiam seruatur si aliud iudici non videbitur, & quod hic dicitur de pœna imponenda, quando nõ probatur, ꝙ ponitur dilatione petita in locis remotis de hoc diximus supra ad rit. 140. & dicemus in tit. de pœna opponentium calumniosè dilationes. 8

T *Ipso iure*. Ex hoc vers habemus non esse opus iudicis † ministerio, cum à lege terminos detur declarat Napod. in consuetudine sed si mulier in vers eo ipso ad quod facit l. 1. C. de extract. pignor. de quo videndus Franc. Cremens. sing. 7. & Matthesil. singul. 102. a

Concordat tex. in authen. offeratur, C. de litis contestatione, hodie tamen (vt diximus) est arbitrarium iudici.

Restitutio in integrum aduersus dies feriatas, qua competit minoribus, & alijs priuilegiatis, non datur pro diebus festiuis in honorem Dei, sed pro alijs videlicet messium. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 184.

ITem seruatur in petitionibus beneficij restitutionis in illo, videlicet, beneficio in quo datur terminus ad probandum, sicut petitio restitutionis dierum præteritorum feriatorum infra ferias non in honorem Dei: sed de alijs ferijs, quæ concurrent alicui in aliqua causa, cui aliquis terminus datus erat, ita quòd infra illum terminum sibi datum, puta ad probandum, fuerunt dies feriati, puta 20. propter ferias messium: nam restituuntur illi data petitione, in qua nullus terminus datur: quia notorium est iudici, vt iudici ferias induxisse, & terminum illi dedisse per acta Curiæ; dies enim feriarum in honorem Dei non restituuntur per ipsam curiam, quod nota.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus duplicatur cum Rit. 92. qui tamen positus est sub tit. de Ferijs, vt in vtroque loco de eo notitia habeatur, & licet non viderim seruari, quia casus non accidit, fortassè seruari deberet, ad hæc tamen euitanda porrigitur memoriale Illustrissimo Proregi, qui dispensat vt procedatur ferijs non obstantibus.

Fisco rarò solet dari terminus ad examinandum. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 90.

ITem seruat ipsa Curia, rarò dari terminum ad examinari faciendum fisco, sed alijs datur, 6
quando Curiæ videtur, & talis terminus quandoque scribitur in actis, quandoque non, secundum quòd partes insistunt, & prout Curiæ videtur. Sed pro maiori parte semper scribitur. & quamuis 7

uis vnus habeat, vel petat terminum ad examinari faciendum, semper datur ipse terminus ambabus partibus,&c.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIde, quæ dixit hic Carauit, † & hodie seruamus non ad instantiam fisci semper recipimus testes vsque ad sententiam, & in termino dato ad faciendum defensiones fiscus potest suos examinare testes.

Non vtentes dilationibus, & beneficijs petitis vnius vnciæ pœ-
1 *na mulctentur.b.d.*

PRAGMATICA I.

De dilationibus.

SI quis petierit dilationem vltra marinam, vel repulsam, siuè beneficium, eisque vsus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit, vnius vnciæ pœna mulctetur, qui tales dilationes petierit: Procurator verò, qui sine speciali mandato illam petierit, vel petendam eius principali persuaserit, duplicatam pœnam soluere teneatur. Nec per præsentem dispositionem derogatum esse volumus Pragmaticæ per nos alias super dilationem vltra marinam, vel extra Regnum editæ, quæ per omnia in suo robore remaneant.

Aucto.

Auctore laudato præsente non est concedendus terminus ad consulendum ipsum Reo, sed ipso absente debet concedi. b. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

Eodem tit.

DVbitationem circa dilationem petitam in realibus ad citandum authorem in iudicijs sæpius ventilatam remouentes: statuimus & huiusmodi petitionis vigore iudicium, nullatenus retardetur, si author in loco vbi iudicium agitur præsens fuerit, eum tunc in dilatione ad respondendum libello reus ab authore informari possit, sin autem author absens fuerit, dilationem iustè petendam, & concedendam, & interim eum reo supersedendum decernimus, vt reus ipse defensionibus ignarus, ab authore de ipsis plenè informari possit, & eius causam instruere, qui author citatos ad subministrandum litis expensas, ad quas obligatus appareret, & singula seruandum, ad quæ se in instrumento inter reum, & authorem, vel aliter obligasse apparuerit, ad petitionem ipsius rei cogatur, sine figura iudicij. sententiamque latam contra reum defensum, contra authorem suum citatum, qui vt defensorem ipsius rei se præbeat, executioni mandari volumus, sine alio nouo processu, pro his, quæ in instrumento defensionis obligatus fuerit.

DE POSITIONIBVS, ET ARTICVLIS. Rubr. xxv.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAnc materiam positionum, & articulorum habemus tractatã à Canonistis in c. vnico de litis cõtest. & c. dudũ de electione, & cap. ad hæc de testibus, in quibus iuribus fit spetialis mentio de huiusmodi positionibus, quas à iure ciuili cognitas fuisse ex l. Ofidius, §. ex diuerso, ff. de lega. 3. dicit Specul. in tit. de positionibus. §. 1 vers. traxit autem originem, licet à iure ciuili cognitum non fuisse hoc nomen positionis tradat additionator ad Speculat. loco citato vers. positio; & ideò titulum concordantem de iure ciuili non inuenio. nisi diceremus de eo posse loqui tit. de interrogat. action. & tit. de confess. & ideò transeamus ad alia iura concordantia Apud Hispan. facit l. 1. §. *contestado el pleyto* tit. 4. lib. 2 ordinat vbi Didac. Perez in ver. positiones, tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. Apud Mediolan. idem tit. depositionibus cap. 83. in statut. ipsorum. Apud Ferrarienses in statutis similis titul depositiõn. & earum responsionum, qui est 47. lib. 2. Apud Ianuenses idem tit. qui est lib. 2. cap. 14. quam rem diffusius, quàm cæteri pertractauit Speculat. tit. depositiõn & in tit. de teste in §. nunc videndum, De eadem re Odoffred Iacob. de Areo. Vbertus de Bobio, & Franeis. Curtiu. in tract. deposition. in 4. tom. tract. Hanc eadem prosequuti sunt practici omnes Ioannes Milleus in praxi Franciæ Rubr. 14. Maran. in 6. par. actu 4. Iodoc. Domhouderius in sua praxi tit. deposition. cap. 152. Consal. de Vac in sua praxi in §. tempore num. 61. & sequent. Muscatell. in sua praxi Sac. Conf. part. 5. glos. impertinentes, & Azeued. ad l. 2. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. & Horat. Carpan accuratissimus glosator statutorum Mediolan. ad cap. 83. & 84. quibus in locis, quæ ad hanc pertinent materiam videnda erunt, ne videar alienas arbores transplantare, breuiter tamen dicam ex Maran. loco
1 citato, quod positio † in genere dicitur breuis narratio factum continens ad elicendam veritatem, & in specie dicitur, quod sit pars † intentionis continens id super quo quis petit ab ad- 2
uersario responderi, † Articulus verò est pars intentionis con- 3
tinens id quod quis probare intendit per confessionem, vel per scripturam, † depositio autem principalis est responsio, 4
quam tenetur facere alter ex litigantibus positionibus productis per alterã partem de qua Muscatel. in sua praxi Sac. Conf. glo. legaliores.

Item, & secundo scire confert † articulos alios esse perti- 5
nentes, & habiles & alios impertinentes, qui autem dicantur impertinentes habetur ex Hieronymo de Monte in tract. finium regundorum cap. 46. nume. 8 & illi sunt qui non faciunt ad causam, vel quando probatur idem, vel de dicto contrarium in causa appellationis, & ideò practica Sac. Conf. est, vt fiat decretum generale, quod vocatur de impertinentibus per quod intelliguntur reiecti omnes articuli impertinentes, solet tamen peti per partem, vt fiat declaratio in spetie articulorum impertinentium, idque à iudice concedi solet, prout practicare fecit peritissimus ille Præsidens de Franch. qui mihi commisit visionem articulorum impertinentium, & fuerunt reiecti, qui mihi visi fuerunt impertinentes.

† Quibus tamen positionibus non fit respondendum, & 6
multa ad hanc materiam selecta, & memoriæ digna cumulauit Horat. Carpan. dicto cap. 83. & 84.

Articuli, & exceptiones tàm in causa ciuili, quàm in criminali debent infra certum terminum præsentari post litis contestationem. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 89.

ITem a seruat ipsa Curia, quòd in ciuilibus & in crimi-

a ADDITIO. *Sed circa hanc materiam exponendo infra biduum vide*

vide in hac eadem carta ex alio latere maximè in vltima obseruantia, vbi omnino vide, vbi habes quod in termino dato super capitulis, & quando fit actus repulsæ & quando datur terminus ad probandum in causa appellationis, & quando datur terminus ad probandum in petitione restitutionis in integrum, debet omnino in istis quatuor casibus specificari, quod ponant per totum diem sequentem: sed in libello ciuili & criminali dictum est, quòd specificatur, quia subintelligitur. Item in causis, quæ committuntur de voluntate partium per ipsam Curiam alicui literato super summa quatuor unciarum, si est de voluntate, & his quæ ad summam quatuor vaciarum est partibus contradicentibus iuxta aliam obseruantiam eiusdem Curiæ: tunc coram commissario tali non ponitur de necessitate infra biduum iuxta aliam obseruantiam. Et nota quòd in actu qui fit per notarium actorum, seu aliquem ex subactariis, quando datur terminus ad probandum, non fit mentio quòd debeant ponere infra prædictum biduum, quia intelligitur etiam si non dicatur.

minalibus partes principales debent speciales articulos, positiones, & exceptiones ponere vsque, & per totam sequentem diem, qui sequitur post data capitula, seu post libellum accusatorium, vel ciuilē. In ciuilibus tamen si sit procurator sufficit, si infra biduum prędictum dat exceptiones generales, vel si est procurator actoris articulos generales, secus in criminali.

IOAN.

IOANNA II. Rit. 91.

ITem seruat ipsa Curia declarare in termino, qui datur ad probandum multoties, quod per totum sequentē diem ponat quicquid competit &c. vt in repulsa & in beneficio restitutionis in integrum non restitutæ, dierum feriatorum, etiam in termino qui datur in criminalibus super capitulis, non super actione ordinaria, non declaratur, sed intelligitur, licet in prædictis posset intelligi[a].

a ADDITIO. *Sed sic seruat hæc Curia. vbique tamen sufficit vbi interuenit procurator, quòd infra prædictum biduū offeratur generalia, vbi procurator interuenit qui habet iustam ignorantiam, puta, quia contestata est lis per procuratorem actoris, vel rei vel statim post contestationem litis per dominum fuit ibidem procurator cōstitutus penes acta (vt fit aliquoties) qui procurator potest interuenire etiā in criminalibus & ingerentibus pœnam infra relegationem, vt no. per Doct. in l. penul. § qui ad crimen. ff. de publ. iudic. excepto tamen crimine iniuriarum, in quo non interuenit procurator, vt C. de iniur. l. fin. & hoc seruatur per Magnam Curiam Vicariæ. Not. quòd hoc biduum est commune, & adeò continuum, quòd etiam paschalem vel Dominicum comprehendit, vt si volo die sequenti ponere exceptiones vel articulos, vel depositiones, debeo eas dare, & offerre magistro actorum, vel vni ex subactariis, & in oblatis die oblata apud acta, &c. non autem dicet in iudicio, cum illo die fuerit dies feriatus.*

IOAN.

IOANNA II. Rit. 81.

ITem seruat ipsa Curia ante publicationē dare terminum de exceptionibus, & articulis: & hoc postquàm oblati sunt articuli & exceptiones, & non antè: sed post publicationem datur de omnibus etiam de instrumentis, cum die & consule.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISti Ritus habuerunt exordium à Constit. Regni lite legitimē contestata à principio vsque ad vers. reus, sed (vt ibi diximus) in tit. præcedenti, & Carauit. dicit. in isto, & sequen. Rit.
1 non seruatur hodie in Regno, † quia non datur particularis terminus ad præsentandum articulos, sed infra terminum datum ad probandum præsentantur, idque tam in causa ciuili quam in causa criminali, ideòque super horum Rit. declaratione non insistam. quid autem si post lapsum terminum emergant nouæ positiones, an sint admictendæ Arno. sing 6. dicit, quòd sic quod cogita.

Principalis siuè procurator cum spetiali mandato debet deponere super articulis, præsentatis infra terminum datum aliàs puniuntur, vt hic. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 70.

ITem quòd infra ipsum terminum ad probandum datum fieri debeant responsiones tam super articulis, quàm super exceptionibus oblatis in causa principali, & in causa beneficiorum, in causis ipsis petitorum per principales, seu procuratores eorum T habentes speciale mandatum ad prædicta, & responsiones ipsæ assignatæ in dicto tempore scribantur in actis in fine vniuscuiusque articulorum, seu exceptionū per subactarios actorum, & si infra dictum terminum ad probandum datum non fierent dictæ responsiones in actis oblatis, per quem steterit dictarum partium principalium incidat in pœnam Tarenorum 15. dictæ curiæ applicandam, qua pœna soluta datur alius terminus ad dictas responsiones faciendas iuxta provisionem iudicum, in quo termino dando si non fuerint factæ dictæ responsiones, & in actis dictæ Curiæ assignatæ vt suprà, habebuntur articuli ipsi, seu T exceptiones pro confessatis, nisi de consensu partium infra dictum primum terminum vel secundum fuerit dictis responsionibus expresse renuntiatum, Curia ipsa pro tribunali sedente.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus seruatur quo ad recipiendam depositionem principalis, non tamen id quod dicitur de termino, quia † in 1
qualibet parte iuditij examinatur principalis, nec etiam seruatur, quod dicitur de pœna quindecim tarenorum, sed quod subditur, vt habeatur pro confesso, quod etiam habetur in Rit. 120. quod hic, & ibi seruari dicit Carauit Cum hoc Ritu concordat l. 1. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. vbi videndus Areuedo, qui optimè illam glossauit, & similiter cap. 83. stat. Med. 106. vbi diximus videndus Carpan.

Quid autem † si principalis est absens, cuius expensis debeat 2
examinari dic quòd licet deberet expensis absentis, tamen hodie non examinatur nisi expensis petentis, & ita practicari testatur Ann. singul. 405. & quod semel interrogatur possit iterum examinari Iudicis ordin. dicit Ann. sing. 407.

T *Habentes spetiale mandatum.* Ex hoc tex. notatur † procura- 3
tores habentes spetiale mandatum teneri ad deponendum super articulis, An autem dicatur † habere spetiale mandatum, 4
qui habet cum libera, dic quòd sic, vt per Ancharā. Iun. quæst. 3. num. 19. lib. 2. sed an, & quando † præiudicet procuratoris 5
responsio vide eundem Carpan. loco citato post Vrsillum ad Afflict. decis. 148. Azeued. ad l. 2. num. 10. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. vbi multa alia, & quòd † procurator actoris etiam 6
quod non sit procurator ad illam litem possit cogi dixit Afflic. decis. 92.

T *Seu exceptiones pro confessatis.* Pœna † igitur non respon- 7
dentis est, vt habeatur pro confesso, idem habetur in d. l. 1. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. in ver. *Seu hauitado por confesso*, vbi Azeued. sed vt habeatur pro confesso requiruntur † qua- 8
tuor,

tunr, Primò quod positio sit intata ex parte eam petentis. Secundò, quòd sit lecta, & parti intimata. Tertiò, quòd sit monitus, seù iussus respondere. Quartò, quod non babet probabilem causam recusandi, ita dicit constitutio partes in iudicio, & ita fuit practicatum, vt testatur Anna sing. 406. Quid autem si responderet obscurè, an babeatur pro confesso iuxta hunc Ritum 120. & Fragm. 8. de ordin. iudit. dic quod sic, vt tradit Ioan. de Arnona singul. 2.

* ADDITIO. Item quòd quandocunque partes. *Limita vt per Soc. in repet. l. 1. ff. de vulg. & pup. & Meron in rep. l. si actor. num. 68 ff. de procur. Adde And. in const. partes in iudicio. & per Matth de Afflict. decis. 294.* De Bottis.

IOANNA II. Rit. 79.

Principalis tenetur respondere sinè consilio aduocatorum, eiusque depositio in scriptis redigatur sub secreto tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus. h.d. Tapia.

ITem quòd quandocunque partes* principales a actorum, & conuentorum citantur & requiruntur, tanquam legaliores & scientes exinde melius veritatem, respondeant super articulis, exceptionibus, & T quibuscunque alijs positionibus tangentibus proprium factum responsiones ipsæ fiant statim per ipsas principa-

a *Item quòd quandocunque partes principales, &c.* Adde hic pulchram quæstioné, Titius bannitus citatur vt veniat tanquã principalis, ad respondendũ super positionibus mittit procuratoré ad deponendũ, an habeatur pro confesso? vel admittatur responsio procuratoris? hãc quæstionem ponit Matthæus in constitutione, partes in iudicio, in 1. notab. in 4. quæstione, & determinat quòd non debet haberi pro confesso: sed procedit ur contra eum tanquam contra contumacem. vide eum omnino. ¶Adde vnam limitationem ad hunc Ritum, vt non habeat locum in emptore conuento. nam non tenetur respondere positionibus aduersarij super dominio rei emptæ, Bart. not. in l. at qui natura. §. cùm me absunte. versic. & propter hoc. ff. de neg. gest. refert, & sequitur Matth. in loco præalleg. in 2. notab. ¶Adde tamen quòd quando principales personæ debent per se respondere positionibus propter distãtiam loci, fit remissio ad partes, vbi sunt principales personæ litigantes: non autem compelluntur personaliter comparere, ad respondendum positionibus coram iudice, iste est tex. in cap. præsentium. & ita ibi formaliter notat illum tex. Gem. in 11. not. de test. in 6. Tene menti, quia faciet tibi honorem. ¶Adde pro hoc ritu pulchram doct. Bald. in l. cum falsum. ff. de acqui. hæred. vbi inquit, quod non debet dari terminus accusato de delicto in facto proprio ad delibetate respõdẽdũ an sit sic vel non quia in facto proprio debet esse certus: secus si ex facto alieno conuenit, vt quia villa conuenitur de robaria commissa in suo districtu, quia cum conueniatur ex delicto alieno, verisimiliter potest ignorare: ideo debet habere terminum. quam doctrinam refert, & summè commendat Aret. in tract. malef. in ver. comparent dicti inquisiti, & confitentur totum, &c. in 9. colum. vers. & benè aduertas tu iudex, &c. Et no. etiam Bal. dicta l. cum falsus, quòd in facto suo quis errare non potest. subdit etiam quòd illa lex inducitur, quod quotiescunque quis interrogatur de facto suo, debet respondere simpliciter, non sub conditione, vel protestatione, quod dicit tenendum menti. Et in quantũ hic dicitur statim, tu limita nisi factum esset multum antiquum, vel recens, sed implicitum, & valde intricatum. Quia tunc non cogitur respondere statim & incontinenti; sed debet ei dari terminus ad deliberandum, vt possit respondere. ita no. limitat Bartol. in l. 2 §. quod obseruari. in 9. colum. ver. sed pro eius declaratione quæro, &c. C. de contrahen. & committen. stipulatio. dicens quòd sic no. Cyn in dicto §. quod obseruari. tene menti. Vtrum autem iste ritus habeat locum in procuratore, qui interrogatur, vt respondeat positionibus, & ipse dicit se non instructum, an debeat babere dilationem ad Dominum consulendum? Cyn hoc ponit in authen. qua in prouincia. C. de vbi crimi. agi opor. Innocen. in c. cum dilectus. de procuratoribus, dicit quòd si solus procurator interrogatur, vel etiam citatur Dominus generaliter, non expresso super quo, & mittit procuratorem, & tunc tribuitur ei dilatio, quia non potuit diuinare. Sed si fuit citatus Dominus ad certum quid, & ipse misit procuratorem, & tunc non datur, nam debuit destinare eum instructum, & si nõ destinat, reputatur contumax, 9 est not. & ita practicatur. ita formaliter inquit Ange. in l. non solum, in princ in 2. col. versic. hic autem incidenter, &c. ff. de procuratoribus tene menti. Et quòd de iure communi detur parti terminus ad deliberandum, si dicit se dubitare, & petit terminum ad deliberandum tenet etiã Bald. in rubr. in 2. colum. ff. de iureiur. allegat. l. iusiurandum, & ad pecunias, §. fin. eodem tit Postea subdit, sed in teste non occurrit modò lex, quæ hoc dicat, tamẽ idem credo, quia eadem est ratio æquitatis. ita Bald. tene menti hoc dictum de teste, quia pauci sciunt, & faciet tibi honorem in facto. Adde Luc. in lege, in sacris, la grande. in 12. colum. C. de proxi. sacro. scrin. libro duodecimo. vbi inquit, quòd si principalis de aliquo interrogatur. discretus iudex rationabiliter inuenerit ipsum dubitare, poterit admittere ipsius responsionem, (dubito) vel dilationem tribuere competentem, in qua melius instruatur. Et dum iste Ritus vult, quòd quando principalis respondit positionibus, non potest vti consilio aduocati, tu limita hoc non procedere quando esset iste principalis nimium indiscretus & grossus: nam tunc de iudicis licentia potest per alium respondere, & sequi consilium aduocati. ita no. limit. Luc. in loco proximè alleg. tex. no. in cap. pastoralis. de iudicijs

Adde hic vnum pulchrum dictum Hostien. in cap. dilecti. vbi arg. cap. pastoralis, supra alleg. inquit, quod propter simplicitatem partis principalis, si timetur ne in responsionibus ad positiones capiatur, quia est homo grossus. debet permitti aduocatum respondere pro eo, quod dictum sequitur, & summè commendat Panor. in dicto cap. pastoralis, circa finem, subdens esse benè notandum, & ibi etiam sequitur Felyn. in pen. colum. vers. amplia primo, &c. & summè extollit Imo. in dicto cap. dilecti, & sequitur etiam Barth. Bolog. in repetitione authen. habita. in 14. char. in 3. colum. C. ne fil. pro pat. subdens tamen istud esse intelligendum, dummodo aduocatus veritati innitatur in responsione. Plus subdit Innoc. in d. cap. pastoralis, quòd non est malum si indiscreta persona etiam compellatur per alium, & sic per aduocatum factum exponere, & respondere positionibus. Quod dictum refert & sequitur Franc. ibi in fi. de quo tamen dicto dubitat Felin. ibi in penul colum. ver. dubito tamen &c. Vbi latè per eum. Amplia illud quod supra dictum fuit in persona indiscreta, vt habeat locum etiam & extendatur ad omnes personas miserabiles. Ita no. inquit Felin. in loco præalleg. ver. amplia. 2. &c. Alleg. Bald. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb eo. tene menti. Et dum supra posui limitationem in persona nimis indiscreta, adde Specul. idem dicentem in titulo de posi. §. 1. ante fin. Et adde etiam ad hunc ritum pulchrum tex. in consti. aduocatos. ibi, ipsas de facto,

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ET *quibuscunque alijs positionibus*. Ex hac dictione vniuersali posset colligi principalia teneri ad deponendum super quibuslibet positionibus, sed hoc non est simpliciter verum, multi enim sunt casus in quibus non tenetur respondere, quos præter Caran. hic enumerat Horat. Carpan. ad superius allegatum cap. 83. ad ver. quibuslibet positionibus nu. 3 a. & sequen.

T *Sine consilio procuratorum*. Ex hoc habemus non esse ad

Acto, &c. & ibi omnino vide Matth in 4.no.ponen.plura pulchra dicta & postea ponit limitationem hic positam, quando principalis est indiscretus, & simplex. & vnam aliam limitationem, nam aduocatus potest facere clientulum suum respondere libello per procuratorem instructum cum speciali mandato, ad sic respondendum: nam tunc iudex nó potest dicere, quòd vult, quod respondeat principalis, & alleg. cotas, & subdit quod si iudex volt omnino quod principalis respondeat positionibus, quia melius scit veritatem, tùc aduocati consulunt, quod ipse ore proprio petat terminum ad respondendum positionibus, & tunc iudex debet terminum dare, & tunc aduocatus consulit quomodo respondebit clientulus, & allegat cotas. vide omnino, & tene menti prædicta. Quis autem dicatur principalis. habes tex. no. in l. principaliter, la seconda, C. de liber. causa. illum tex. alleg. Bald. in rubr. in vlt. colum. de cont. inuest. versic. quis autem dicatur, &c. Et in quantum hic Ritus vult, quod principalis respondeat sine consilio aduocati, tu adde & dic, quòd imò aduocatus est arcendus à conspectu respondentis, ne ipsum in respondendo instruat, saltem nutu. ita no. inquit Specul. in titulo de posi. § 3. ante fi. refert, & sequitur Luc. in loco præalleg. in sequen. column. tene menti, quia est no. verbum. & dixit glo. no. in cap. 1. in glo. magna, de confess. in 6. quòd ad positiones debet respondere pars, non autem aduocatus: imò solent cauti iudices tunc respondentis aduocatos expellere. ita illa gl. Adde sic Aud. in reperto. suo, in ver. Aduocatus in 3. vers. & ex ista glo. potes notare, &c. vbi primò allegauerat glo. in consti. præsenti. sub rubr. de excep. ma. non oppo. postea inquit formaliter, & ex ista glo. potes notare, quòd quando quis citatur, vt testificetur vt principalis, & legalior pars eorum examinetur, potest petere, vt detur sibi copia iurium aduersarij, super quibus debet interrogari, vt consulat aduocatum, de quo cogita. ita Andr. dictum Host. in d. c. dilecti, supra relatum, refert, & sequitur ibi Imo. & alij, & Alexan. post Bar. in d. l. si postulauerit. § quæstioni. ff. de adulter. Pro intellectu huius ritus quæro an de iure communi super facto proprio detur dilatio ad respondendum? dic quòd sic, si est de longinquo, vel si est factum implicitum, quod dependet ex calculo, secundum Iac. Butr. in l. emptor § Lucius. ff. de pact. ita Bal. in cap dubium. il 2. in 10. colum. vers. sed nunquid super facto, &c. de elect. Et in quantum iste ritus vult, quòd debet responderi positionibus, & articulis per principales personas, etiam in criminalibus causis, limita vt non procedat in muliere contingata accusata, quæ potest respondere capitulis per procuratorem sufficienter instructum, nec potest cogi per iudicem vt respondeat personaliter. ita no. inquit Matth. in constit. generalia iura. in 6. no. per tex. ibi. tene menti, quia faciet tibi honorem in facto.* & aduerte quia dictus procurator debet habere specialu mandatum, quia hoc importat illud verbum, sufficienter instructum.

pales personas sine T consilio procuratorum & aduocatorũ in secreto, & sub silentio T coram iudicibus dictæ Curiæ, vel eis, aut ei, quibus seu cui causa est commissa, & responsiones ipsarum partium per eosdem iudices, seu commissarios in scriptis redigi mandetur. Quod habeat locum tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, tam principalibus quàm appellationibus, absque tamen periculo pœnæ varietatis periurij.* &c.

structum. ita inquit Matth. ibi, quem vide. Vtrum autem parti sit danda copia positionum, & terminus ad consultè respondendum, ponit, & latè examinat Matth. referens opiniones in consti. partes in iudicio, in 1. no vers. sed pone quòd iudex, &c. vbi semper videas melius quàm alibi, & ibi etiam quid in Regno, & ille tex. in dicta constitutione, vult quòd principalis possit respondere positionibus per se, vel per aliũ, cum consilio aduocati.

In verbo *periurij, &c.* Hunc ritum etiam allugat, & sequitur Par. in tract. synd. in ver. tortura. in 8. colum. & de eo qui respondit positionibus cum iuramento, & vtrum possit de periurio accusari? hanc quæst. ponit, & examinat pro & cõtra Bald. in repet. l. s. in pen. col. ver. sed nunquid de eo, &c. ff. de iureiur. tandem concludit quòd non, quod dicit esse verius per plura iura & fundamenta. vide eum omnino, & pauci sciunt hanc cotam. Vtrum peccet reus interrogatus à iudice super crimine, mentiendo, cum si confiteatur mortem incurrat? dicit Archid. quòd sic, & hoc si iusta est interrogatio: si autem est iniusta, fugiat quantum potest, ne respondeat, appellando, vel aliàs: quòd si hoc non potest, non mentiatur, vt hoc ipse latius no. secundum beatum Thomam 2.2.q.2. in cap. ipsarum. refert, & sequitur Luc. in l. nec ipsi. in 2. colum. versic. an peccet, &c. C. de incol. lib. 10. An autem, & quando de iure communi principalis periurus puniatur, vide semper melius quàm per aliquem, magistralem doctrinam Corradi in §. item si quis iurauerit. in 12. col. Instit. de actio. Vtrum autem reus principalis varius torqueatur? vide latè Parid. in tract. synd. in ver. tortura, in 6. colum. circa fi. Adde quòd respondens inquisitioni cum iuramento contra veritatem, non punitur de periurio, ita no. inquit Alex. in apostil. ad Bar. in l. 1. in fi. ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. subdens ita fuisse consultum per quosdam peritos Doctores, tene menti. Vtrum autem hoc cap. sit iustum, Matth. in consti. Regni in rubr. dixit se dixisse in cap. 1. §. fina. de consue. recti feud.

In ver. *Ad compositionem, &c.* Compositio non potest fieri nisi probato delicto. Adde Parid. in tract. synd. in ver. compositio. in 2. col. M.

* ADDITIO. Periurij. *Vide And. in constitut. si damna. te vide Barto. in contrarium, in l. de minore, §. tormenta, ff. de qq. & Parid. de Puteo in tract. sind. ic. in verbo, tortura. & in cap vi-so, extra de indic. Sed tu aduerte, quia iste ritus non videtur determinare de tortura, sed dicit non alligari pœna variationis, & periurij, quia non punietur vt periurus & vt varius: quoniam iusiurandi contempta relegio. l. 1. C. de reb. cred. Sed non determinat an varius, & periurus non torqueatur & possit torqueri. vide Bald. in l. presbiteri, C. de epise. & cler. maximè quia iuncta variatione, & quia non prosunt singula multa iuuant. Afflict. in cap. 1. §. fin. de consuetud. recti feudi & in rubr. constitut. eos qui scienter.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

† adhibendum procuratorem nec aduocatum, quando interrogatur principaliter, quòd limitatur per Carau. hic pluribus modis, & vltra eum limitat Azued. ad l. 2. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. nume. 9. vbi an sit concedendus terminus ad deliberandum quid velit respondere, qui hoc admittit, † quando factum esset antiquum, vel intricatum post Vital. in tract. clausularum clausula non errore ductus nu. 42. Idem, quod diximus de rustico dicunt Felyn. in cap. licet causam nume. 30. de probation. Afflict. in constitut. aduocatos num. 8. & in consti. partes in iudicio nu. 8. Marant. in Specul. par. 6. actu 4. nu. 16.

3 Vlterius limitatur, † si principalis mandatum speciale fecerit in personam sui procuratoris ad deponendum super positionibus. Afflict. in constitutione partes nume. 4.

Vlterius limitatur † in causa appellationis, si in prima instantia fuerit examinatus Cap c. decis. 15. 4

Vlterius limitatur † in principali existente in regione remota puta transmarina, & in parte longinqua, tunc enim procurator habens generale mandatum interrogabitur Thesaur. decis. 17. 5

T *Et sub silentio.* Idem habemus in dicta l. 2. tit. 3. lib. 4. nouæ recollect. in ver. *secreta, & appretadamente* vbi Azued. quando autem † debeat fieri huiusmodi depositio, dic quod debet fieri per verbum credo, vel non credo, vt habetur in Pragm. 8. de ordin. iudit. vbi addemus concordantes. 6

Vlte-

M Brixi-

Principalis, qui non venit responsurus super articulis præsentatis habetur pro confesso. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 120.

* ADDITIO. Item seruat ipsa curia, quòd si quis, &c. *Vide omnino quæ posuit Francus in cap. si post, col. 2. & 3. in fi. de confess. in 6. vide Compeg. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iura. calum. Bal. in l. 1. col. 2. in fi. & seq. C. quomodo & quando iud.* De Bottis.

ITem seruat ipsa curia, quòd si quis * citatur de mandato dictæ curiæ vt tanquam principalis & legalior veniat responsurus super tenore articulorum, seu exceptionum, aut positionum, & non venit, tunc curia habet eum pro confesso. & ita determinatum fuit in causa Antonij de Celano. Est verum quòd in vltima ipsarum citationum debet inseri totus tenor articulorum, seu exceptionum, & adiecto decreto nunquam appellatur.

Vide, quæ dicta sunt in Rit. 70. Tapia.

Principalis depositio potest fieri vsque ad conclusionem in causa etiam per procuratorem arbitrio curiæ. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 93.

ITem seruat ipsa Curia, quòd responsiones partium, quæ fiunt super articulis, exceptionibus, & positionibus possunt fieri vsq; ad conclusionem exclusiuè, siuè infra terminum præcessit citatio; quòd veniat ad respondendum, siuè non: & siuè sint reprobatoriæ exceptiones siuè non, & quandoque etiam procuratores respondent quando essent informati à principalibus per instrumentum exinde confectum ad sic respondendum, hoc tamen, scilicet, respondere per procuratorem est in arbitrio curiæ, &c.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

VIde, quæ dicta sunt supra ad Rit. 70. & in Rit. 79. circa procuratorem, verum respectu temporis, dic, quod potest recipi in quacunque parte iuditij, quando tamen non constet, quòd calumniosè petatur, vt tradit Dominus Præsidens de Franch. decis. 130.

Principalis, qui debet deponere in causa si est persona egregia potest petere, vt eius expensis mittatur scriba ad recipiendum eius depositionem. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 153.

ITem si Episcopus, vel superior, vel alius Prælatus, & quæuis alia egregia persona litigat in ipsa curia, & citetur de mandato ipsius curiæ, quòd veniat responsurus super positionibus aduersarij sui in causa factis, debet venire prælatus, & respondere, nisi petatur pro parte ipsius & ad eius expensas mittatur aliquis de Curia ad interrogandum ipsum super dictis positionibus quo casu ipsa curia mittit ad eum vnum de curia cum positionibus in scriptis redactis, & sigillo ipsius Curiæ sigillatis, & nisi respondeat, conclusio in causa ipsa differtur, donec respondeat super positionibus ipsis.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IS e Ritus est in obseruantia, & idem, quod hic dicitur notat Fleyn. in cap. 1. nume. 8. de libell. oblation. Boer. decis. 303. num. 5. & alij adducti per Carpan. ad cap. 83. stat. Mediol. in ver. respondere teneantur num. 170.

Principalis debet deponere per verbum credo, & non credo, & de eius depositione detur copia alteri parti, quod si deponens calumniose negauerit factum arbitrio iudicis puniatur. b. d. Tapia.

PRAGMATICA VIII.

De ordine iudic.

CAROLVS V.

QVinta die dilationum prædictarum, vtraque pars positiones siuè articulos producere teneatur, quæ positiones sint T simplices & nõ captiosæ, factũ, & non ius continentes, quibus infra tres dies sine præsentia Procuratoris, vel Aduocati, debeant partes ipsæ vicissim, & sine temporis interuallo respondere T per verbum, credit, vel non credit, de quibus responsionibus infra duos dies continuos à die responsionis, copia dari debeat, vt cognoscatur in quibus partes ipsæ, vel altera ex eis ab onere probandi fuerint releuatæ, possintque partes ipsæ, vel altera ex eis infra alios tres dies post dictam copiam daram, continuè sequentes peremptoriè alias positiones, vel articulos producere, quibus quarta die sequenti post dictas positiones productas, vt supra, responderi debeat. de quibus secundis responsionibus & positionibus infra duos dies immediatè sequentes similiter copia partibus detur, qui dies ad respondendum, & copiam accipiendum partibus cucurisse non intelligantur, cum non conueniat dilationem ante responsionem positionibus factam currere.

Decernentes partem negantem calumniosè factum proprium matrimonium, filiationem, consanguinitatem, affinitatem, vel notariatum, de quibus verisimiliter notitiam habere posset, si de eis per probationes constiterit, condemnare debere pro qualibet positione negata & probata, ad pœnam arbitrio Iudicis moderandam, personarumque qualitate considerata, quam pœnam in sententia Iudex declarare debeat, pro quibus pœnis partes habere regressum possint contra Procuratores, & Aduocatos eorum, si probauerint eorum consilio talem negationem fecisse, & intelligantur eorum consilio negasse qui præsentes fuerint, contra prohibitionem præsentis constitutionis responsionibus prædictis, & omnis positio cui non fuerit responsum simpliciter per verbum credit, vel non credit, ipso iure pro confessata habeatur. Pœnam verò supradictarum positionum, vt supra, negatarum euitare possint partes, si infra tres dies post negationem eam reuocauerint, & per confessionem se purgauerint.

CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD materiam depositionis principalis diximus multa tàm in Rub. quàm in Ritu præcedenti, & ideò videnda erunt, quæ ibi remissiuè collegimus.

T *simplices* Hoc verbum declarat Ioan. de Arnon. sing. 7.
1 dicens † simplices, id est sinè ambiguitate, debent enim esse tales positiones, & alias circunstantias habere, de quibus per Carpan. ad statut. Mediol. cap. 83. ver. quibuslibet positionibus num. 12. & sequent.

T *Per verbum credit, vel non credit.* Idem stylus obseruatur. Apud Hispan. vt habetur in l. 2. tit. 2. par. 3. vbi Gregor Lopez, & in l. 1. ver. *ò la creo, ò no la creo* tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. vbi Azeued. num. 3.

DE PROBATIONIBVS. Rubr. xxvi.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

COncordant cum hoc titulo consimiles tituli. ff. & C. sic etiā in Decretal. & in Decret. De hac materia habetur in 6. quæst. vltima, Apud Hispanos habetur in l. 32. tit. 16. par. 3. Et in lib. 4. nouæ recollect. tit. 6. Et in lib. 2. legum fori tit. 8. & in lib. 3. ordinat. tit. 11. vbi plura, Didac. Perez. In statut. Mediol. similis Rubr. ad c. 83. De hac materia scripsere Federicus Schenc: Lanfrāch. de Ariad in tomo 4. tract. Iodoc. in sua praxi cap. 157. tit. de probation. Petrus Gregor. Tholosan. in sintagm. iur. par. 3. lib 48. cap. 9. & 10. & tandem Mascard. qui totam fere materiam probationum latissimè pertractauit in vulgato tractatu de probat.

Acta in vna causa non possunt præsentari in alia nisi oblata prius petitione de producendis dictis actis. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 241.

ITem a seruat ipsa curia, quòd quando aliqua acta in aliqua causa ciuili vel criminali, quæ sunt in actis Curiæ ipsius inducerētur ad probationē alicuius alterius causæ vertentis in eadem curia, dicta acta nullam faciunt fidem, nisi sit oblata petitio de producendis actis prædictis, quæ pars producere vult, & ita fuit de facto practicatum.

a ITem seruat ipsa Curia, quòd quando aliqua acta, &c. Tu adde hoc esse verum, etiam de iure communi: nam ille, qui vult se fundare ex actis factis inter se, & aduersarium suum in alia causa, debet esse cautus, quia oportet ei, quòd in hac causa, & hoc processu illa acta reproducat, aliàs illa acta non probant, nec releuant in hoc processo, ita no. dicit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commone. ff. de acquir. possess. colum. 8. versi. sit tamen cautus. allegat l. cum antea. C. de arb tr. Quod dictum refert & sequitur Anton. in cap. cum dilectus. in antepenul. colum. de cau. possessio. & prop. Alexan. cons. 82. incip. in causa vertente inter Petrum, &c. 2. colum. 1. vol. & Alexand. in l. 2. vlt. colum. in fi. C. de edeo. & ibidem Ias. colum. 4. ver. no. tamen casum, &c. & subdit Alexan. in d. l. 2. quòd Barto. loquitur etiam quando vna dictarum causarum esset conuentionis, & alia reconuentionis, & sic etiam in eadem instantia in genere, quamuis in specie propter diuersitatem actuum instantiæ sunt diuersæ, ex diuersitate libellorum. vide eum omnino. tene menti. M.

CIrca huiusmodi actorum præsentationem dic, vt per Carau. hic. Tapia.

Probatio in causa auocationis vasalli, qualiter debeat fieri, vt actor possit obtinere pluribus hic traditur, alias non obtinebit actor, & in dubio pro libertate. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

PRobationum a * defectum in causis, quas super homagijs mouere contigerit, cōpetenti muniminè fulcientes, statuimus. Si quando aliquis fuerit ab aliquo de homagio impetitus, ipse autem hominem nostrum b immediatè se esse contendat: Siquidem per priui-

a PRobationum defectum. Si Baro vendicet aliquem in suum vassallum, probet vasallagium altero de duobus modis vel per priuilegia, vel instrumenta, qualiter fuit constitutum homagium, vel saltem quòd ipse vasallus, vel eius prædecessores præstiterunt sacramentum homagij vendicanti, vel suis prædecessor bus, argu. ad hoc. ff. de vsur. cum de in rem verso. Secus in cōst. Ascriptitij, vbi de vno confesso, vel pacto non sufficit, sed aliud desideratur argumentum, quod dic, vt C. de agric. & cens. lib. 11. cum scimus. Aut ergo Baro plenè probat id, & obtinebit, vasallo non probante, vt hic in fi. Aut non plenè & vassallus obtinebit, ff. de re iud. inter pares.

* ADDITIO. *Ad hanc constitut. vide Capie decis. 128. num. 10. post Parid. in tract. sindic. in tit. de excep. Baron. §. 1. pen. colum. & latè Guil. Bened. in cap. Raynutius. in ver. & vxorem, 5. decis. num. 245. cum pluribus seq.* De Bot.

b *Immediatè.* Ergo negabat se esse hominem petitoris, quod probatur eo ipso, quod infra dicit, petitorem probasse, ergo facta erat litis contestatio p negationē: alıter enim probatio non haberet locum, quod dic vt in sum. de testib. §. producuntur autem testes. licet. n. negauerit reus & probauerit actor: Potest tamen reus exceptionem opponere, vt hic dicit. Et ex hoc fortè dici potest correcta consuetudo Tranensium, quæ non

ANDRAEAS DE ISERNIA.

PRobationum defectum. Si dominus sit in possessione vel quasi vassalli sui, † aut tenet & possidet eum, vel quasi in terra sua, Castro vel villa, aut in ciuitate seu Demanio Regio. Primo casu, non est necessarium Baroni vel domino quicquam pro-

non permittebat negantem confiteri, & excipere, concord. iuri Longobar. qualiter quis se defendere debeat. l. si pro quacunque causa.

a *Instrumenta.* Fortè emptionalia, vel alterius contractus, vt infra de regul.iur. l. si dubitatio, & ita videtur innui hic, & ibi. Quod vassalli possunt emi vel alius contractus de his haberi, cum appellatione emptionis omnes contractus significentur, vt ff. de statu lib. l. statuliberi. circa fin. Nec videtur requirenda alia Regni confirmatio in contractu huius. cum simpliciter hic, & ibi ponatur ista disiuncta, vel alia instrumenta: & sic est contra de iure rerum Regni. l. 1. & infra l. cõstitutionem. & infra de re. cur. l. hac edictali.

b *Prædecessorum suorum.* No. † quod filius vasalli mei meus est vasallus, vt hic. & de agri. & cen. l. diffinimus lib. 11. Imò & si sum in quasi possessione patris tantum, filius non potest sibi præscribere libertatem, quasi videatur seruire per partem, cuius corporis pars esse dicitur, vt C. de agric. & censi. cum satis, in fi.

† ADDITIO. *Contra hanc glo. vide Luc. in l. si ille, in fi. C. de decur. lib. 10 & Capic. d. cis. 118 nu. 13. & 14.* De Bottis.

c *Liberare.* Ergo publicata erant dicta testium, & iam constabat de intentione actoris, nec enim dicitur liberari qui non tenetur, nec necessaria est reo defensio deficiente in probatione actore, vt ff. de verb. obl. decem & C. de exe. l. si quidẽ. Qualiter igitur ad probationem admittitur exceptio post publicationem cum sit contra iura expressum vt in Auth. de test. §. & quoniam. duobus modis? Responde supra posuit duo genera probationum, testium scilicet, & scripturæ: si referas te ad probationem scripturæ planum est: si ad probationem testium, postquam d. dicit testificata, nõ probabit reus exceptionem per testes. sed per scripturam, quod dic vt in summa de probatio. §. probari autem debet causa pendente. & C. de except. l. si quidem. secundum Azon.

d *Legitimæ.* Modus iste probandi, qui continetur in hoc versiculo vsque ad versic. quæ omnia. tractu temporis recessit ab aula. Nam nullus superest, qui posset hoc testificari, nisi per instrumenta hoc ostenderetur sic & alibi tractu temporis lex efficitur inutilis vt cum dicit, habeat locum in negotijs pendentibus, vt C. de iuramen. cal. l. 2. in fi. cum similib.

priuilegia prædecessorum nostrorum, aut nostra, vel alia legitima & authentica a instrumenta, siué per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, qui forté concessioni interfuerint, probare possit, qualiter petitor, aut prædecessores sui hominis petiti dominium, vel b prædecessorum suorum adepti fuissent.

Si nullas exceptiones conuentus opponat, & probet per quas possit se ab eius dominio c liberare, pro actore iudex competens ferre sententiam non moretur. Quòd si probationes d legitimæ e de dominio haberi nõ possint, sufficiat f petitori probare, quòd g homo petitus temporibus Regũ prædecessorum nostrorum prędecessoribus nostris, suis vel sibi fidelitatis & homagij præstiterit sacramentum. Et quod vt vasallus eius ei seruierit in omnibus, & per eum in curia sua de persona conuentus iustitiam fecerit conquerentib. Et quòd prædictorum Regum tempore vsque ad ea tempora, quibus de homagio retulerit quæstionem, terrã ab actore tenuerit, nè aliàs recommẽdatus præsumatur potius, quã vasallus. Quæ omnia in militibus & Baronib. h de vasallagio conuẽtis volumus obseruari. Præ-

e *De domanio.* Aliàs in Demanio, id est, dominio: & sic nota idem esse Demanium quod dominium.

f *Petitori.* Lex hæc ponit, quę debeat probare petitor: lex verò infrà de probatio dicit quod debeat probare possessor.

g *Homo petitus.* Ista sunt de quasi dominio, vel de dominio præsumpto, vt vasallus. Congruè possunt hic notari, quæ notantur. ff. de vsufruc. leg. l. vxori in fine.

h *De vasallagio.* Puta Comes conuenit militem, vel Baronem de vasallagio: & ipse se dicit militem vel Baronem in capite: & ita tota lex loquitur in eo casu, quando vasalli conueniuntur prouocati in vasallagium, non quando prouocant in libertatem: Sed tunc quid erit si vasalli prouocant in libertatem, nunquid seruetur lex ista, vt possit probari vasallagium, nisi secundum modum hic traditum? Videtur quòd tunc seruetur lex ista, tum quia est eadem ratio, tum quia ratio diuersitatis reddi non potest. tum quia procedendum est de similibus ad similia, vt dicunt iura.

ADDITIO. *Adde an sit bonum argumentum in l. ab emptione. ff. de pactis.* Superaotius

Notá tamen, quia quod iuris est in casu expresso, idem in omisso:

ANDRAEAS DE ISERNIA.

probare, nisi possessioni suæ, vel quasi incumberet: & tunc si vasallus, velit in libertatem proclamando se eripere, dicendo Baronem & dominum eum iniustè tenere, quia debet esse de Demanio, probet per communem modum probã. li, & in hoc nihil loquitur hæc constitutio, vt plenè hic glo. prosequitur.

† ADDITIO. *Iacobi. in tract. de hom. & g. col. 6. vers. iuxta prædicta. & in constit. si dubitatio ibi, aut quia possessor. vide quæ dicit Capic. decis. 518. col. 3.* De Bottis.

¶ Secundo casu, quando est in terra, seu Demanio Regis, in quo habitat, duo sunt necessaria pro Barone & domino, tenetur enim probare vt non præsumatur recommendatus, sicut loquitur constitutio, si dubitatio. nam ex quo terra tota, vbi hic vasallus est, Regis est, præsumetur quòd quicquid est in terra Regis, sit Regis ff. de offic. præfec vr. l. 1. §. cum vrbem. Sed si Baro, vel qui dicit se dominum vasalli, non possidet, vel quasi eum, & velit eum vendicare in suum vasallum, adiecta causa, de iure vasallagij. ff. de rei vendi. l. s. tunc habet locum hæc constitutio: quia si potest probare per priuilegia, vel instrumenta, aut testes, quomodo dominium huius vasalli, seu quasi fuit adeptus, hoc solum sufficit per priuilegia, scilicet, Regum dominantium, vel instrumenta emutionalia, quo modo emit. Siquidem hic vasallus non erat de feudo, solum instrumentum sufficit emptionis. Surrenti, Salerni, & in multis locis sunt huiusmodi vasalli, non de feudo, sed Burgeosatici. † Vnde non oportet emptionem talem per Regem confirmari: secus si esset de feudo: tunc tanquam res feudalis non posset alienari sine licentia Regis, infra de alienatio. feudorum, constitutionẽ. talis vasallus est pars feudi: argum. ff de diuersis & temporalibus præscriptionib. l. longè. C. libro 11. de agricolis & censitis. quemadmodum.

† ADDITIO. *Vasallus burgensaticus quis, vide Afflict. in c. 1. col. pen. an mutus.* De Bottis.

Si sic non potest probare, oportet quod probet quatuor. Primum, quòd sibi aut antecessoribus præstitit sacramentum vasal-

---

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD huius Constitutiones materiam circa aduocationem vasalli plura essent dicenda, quæ tamen dicemus in titulo reuocation. Burgens. & Villan. Hic autem sufficiat dicere, quod tradit post Specul. & Iacobin. Ioan. Ant. de Nigr. ad cap.

Prædictis autem omnibus, vel aliquo prædictorum cessantibus conuentus immediatè maiestatis nostræ communi dominio relinquatur. In omnibus tamen prædictis libertatis fauorem, ac interpretationem benignam pro libertate in dubijs faciendam, prout a veteribus legibus est inductũ integrè reseruamus.

omisso: cùm omissus similis est expresso, vt ff. de condic. ob cau. l. si extraneus. & C. de instit sub cond. fac. l. mater. & in l. Gallus. §. quid tamen. ff. de lib. & posth. & in Auth. vt lic. mat. & auiæ § ad hoc autem. in fi. coll. 8. Item videtur expressum infrà de iure re. Reg. l. si dubitatio. E contrà, quòd non seruetur lex ista in vasallo prociamante se in libertatem, sed recurratur ad communem & consuetum modũ probandi: ecce in alio casu loquitur lex ista, in alio quæstio proposita. Et ideò non sequitur, vt quod in vno casu canetur, in alio intelligatur: quia segregatorum segregara debet esse ratio, vt C. de don. inter vir. & vxo. l. si maritus & ff. ad munici. l. Papinianus exuli. ff. de calum. l. fi. Quòd sit alius casus, patet: nam constitutio loquitur, cum vasallus prouocatur in vasallagium: ergo erat in quasi possessione libertatis Quæstio proposita loquitur quando vasallus prouocat se in libertatem: ergo videtur, quòd in quasi possessione vasallagii sit, vt argum. ff. de lib. cau. l. liberis. in fi. Item in casu huius l. vasallus sustinet partes defensoris. In quæst. proposita sustinet partes petitoris, vt in præall. l. de lib. cau. Vnde tam fauor libertatis, cum prætores faueant libertatibus. vt ff. de alie. iu. l. 3. quàm fauor conuenti, cùm fauorabiliores sunt rei, quàm actores, huic constitutioni causam debere, quando dicitur: Nam & alicui prouocanti incumbit onus probandi, non prouocato, vt præal leg. l. liberis. & ff. de probat. circa fi. cùm ergo casus omissus sit dissimilis expresso, sic aliud ius in eo statuitur, vt ff. de lib. & posthum. l. commodissimè. & solu. matr. si cùm dotem. in princ. Item lex ista loquitur tantum in vno casu, & in eo casu posuit certum modum probandi: ergo in eo tantum obtinebit, quia si aliud voluisset legislator, aliud dixisset. C. de cad. tollen. l. 1. §. cùm ita. Item si lex ista in vno casu tantùm permisit hunc certum & limitatum modum probandi, in cæteris prohibuit. Et econtrà, si in casu prohibuit communem modum probandi, in cæteris permisit, vt dicunt iura oo. propterea lex ista aliquid detrahit iuri communi, & corrigit ius commune, ergo seruabitur in eo casu tantũ, in quo corrigitur, in cæteris seruabitur ius commune: quia quod non immutatur, non prohibetur stare. Quid plura? lex ista est inuenta contra obseruantiam iuris communis, nam angustat facilitatem probationum, quod esse non debet, vt C. de hæretic. l. quoniam. Et alligat probare volentem ad certam speciem probationis, quod esse non debet, secundum ius commune. vt ff. de test. l. 3. §. quæ autem. ergo non est producenda ad consequentiam, vt ff. de legib. & senatusc. l. quod contra. Continet enim ius speciale. Et illud est speciale, cuius contrarium obtinet ius commune, vt ff. ad municipal. l. 1. in fi. ¶Sed dico audacter, & sic de facto obtinui, quòd in quæstione præmissa nō seruetur lex ista: Sed recurrendum est ad communem modum probandi, tum quia nō est eadem ratio vt suprà dixi: tum etiam, quia si esset eadem ratio, esset maior in omisso, quàm in expresso: ex quo casus expressus est contra ius commune, non extenditur ad omissum, vt optimè colligitur, & probatur, C. de prædijs Cur. l. fi. Nec obstat infrà de iure re. reg. l. si dubitatio. quia illud statuitur in fauorem fisci. imò est ibi alius casus. Nam ibi à iure fiscus præsumitur dominus hominum, de quibus erat quæstio. cùm ipsi constituti essent & manerent in ciuitatibus, & castris Demanij sui, vt dicitur ibi. vnde rationabiliter fiscus eos intelligitur habere: sicut & ipsam ciuitatem in qua sunt, vt argum. ff de rei vendic. l. à tutore. & de vi & vi arma. l. 1. §. illud vtique. ibi, planè, si quæ res, &c. & §. si fundus. argum. ff. depositi vel contra. l. 1. §. si ita. Quicquid enim infra fines ciuitatis continetur, censetur eo iure, quo ipsa ciuitas. Et ita fundata est de communi iure intentio fisci prima facie, vt ibi not.

a *Veteribus legibus*. Nota hoc de fauore libertatis, vt ff. de manumis. l. lege Iulia. cum concor. ibi no. in gl. ordin. ff. ad leg. Fal. pœnales. in fine. Item no. in medio huius legis ibi, fidelitatis & homagij præstiterit sacramentum. quod sacramentum assecurationis, quod præstatur Comitibus & Baronibus, vocatur fidelitatis, vt hic: nam fidelitas dicitur iusiurandum, quod à vasallis præstatur domino, vt decima collatio. de vsi. feud. in titulo, an præce. debet inuestit. l. verum. in fi. & dicam plenè infrà de assecurat. do. à va. l. domini. Feudum verò à fidelitate vel fide dicitur, vt in decima collatione de vsi. feud. in titulo, per quos fiat inuestitura. in fine princip. l. nulla inuestitura. Et nota, quod aliqui sunt vasalli, qui iurant, aliqui non, vt patet in fine dictæ. l. nulla inuestitura. Inter quos, quo ad quid est differentia, vt in præallegata decima collatione, in titulo, de controuersia feudi apud pares terminanda. l. si inter dominum. & quo ad quid non, vt præallegata decima collatione, hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. ex facto quæsitum scio.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

vasallagij & homagij: & sic idem est sacramentum vasallagij & homagij: & frequenter vnum pro altero ponitur. Et homagium hominum dicitur ligium, dicit Host. extra de censibus cap. si diligenti. de regul. iur. cap. fin. de iureiur. cap. nimis. & cap. veritatem.

ADDITIO. *Adde glo. in verbo, homo, qui ligius. in clemen. pastoralis. de re iudic. Docto. in cap. vocolentes. de statu regularium. Specular. in tit de feud. in §. 2. per Iacobin. de Sancto Georgio in tractatu de homagijs. Et vnde traxerit originem. vide per Card. Alex. in procemio feudorum. in 2. vol. versi. secundo quia. Et an habeat speciem seruitutis, vide per Felyn. in cap. meminimus. de accusat. in 4. colum. versi. nota tertio. ibi. homagium.*

In quibus autem differant, diximus in tit. de noua forma fidelitatis. Secundum, quòd tanquam vasallus eius sibi seruierit in omnibus Tertium, quòd in sua Curia fuit conuentus ad faciendam iustitiam conquerentibus. Quartum, quod tenuerit tertiam ab eo. Multum fauit vasallis: & strinxit Barones & dominos: & sic corrigitur secunda quæstio Martini de Fano dicentis, si quis mãsit vt meus homo triginta annis, quòd meus homo erit. C. de fundis rei priuatæ & salt. diuinæ domus. l. est qui. & notant Moderni de agricolis & censi. l. litibus. ¶Quid si vasallus conuentus confiteatur se vasallum Baronis, & domini agentis? dicunt quidam, quòd non angustabit hæc constitutio probationem per confessionem, sicut dictum est suprà in l. in causa depositi, quia de ea nil dicit, sed tantùm de probatione per priuilegia, vel instrumenta, & testes. Nam Martinus de Fano in prima quæstione dicit, quòd potest per pactum fieri, quòd quid sit meus homo. Vnde dic, quòd si confitetur in iudicio, habetur pro iudicato. ff. de confessis. l. 1. Si extra iudicium, aut cum causa, aut sine causa: si sine causa, non præiudicat contra se. ff. qui & à quibus. si priuatus, si cum causa, præiudicat contra se. ff. de probatio. cum de indebito. §. fin, de interrogator. actio. de ætate. §. 1. Causa de iure Romano erit, vt quia promisit, vel simile, vt in prima quæstione Martini. ¶Per istam tamen constitutionem videtur, quòd causam debeat dicere, sicut hæc constitutio narrat, vt dicat, quia emit eum Burgensa-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 e. grauamina quod est 23. nu. 10. quod † ad hoc vt probetur aliquem esse vasallũ meũ, non sufficit probare seruitia, sed requiritur, vt probet ea præstitisse vti vasallum ratione homagii vel feudi, alias nō esset cōcludens probatio, cætera vide p Afflict.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

gensaticum vasallum, vel Princeps donauit, vel alia quatuor præmissa: quia probare per confessionem tantùm, est ac si per testes. ff. de inofficioso testamento, l. qui de inofficioso testamento. l. Titia. ff. soluto matrimonio. sed si probaret per testes, deberet prædicto modo probare. Sed si sit vasallus alterius, non præiudicat domino alij. Qui enim confitetur, videtur alienare. ff. si quid in fraudem patroni. l. 1. § quod si in lité, & tunc per exceptionem summouetur hic Baro ab alio domino, vt non habeat vasallum. ff. ad senatusconsultum Velleian. l. Seia mancipia. ¶Sed si in iudicio confessus esset propter authoritatem iudicij, ne sit elusorium. ff. de iudicijs. si prætor. §. Marcellus. statur confessioni, Sed illi alij domino datur reuocatoria. d. §. quod si in litem. ¶Item si confiteretur se certa debere seruitia, qui rem de allodio potest confiteri esse de feudo, cùm sit contra se: notatur in glo. C. de ingen. & manumiss. l. penult.

ADDITIO. *Adde in quo differat allodium à feudo? vide cap. 2. si de feudo fuerit controuer. in vsibus feudorum. & de allodio est glo. in l. hac si quis. in §. sed interdum. ff. de relig. & in l. penult. de ingenuis & manumissis. & ibi Bald.*

Alij dicunt verius prædicti rationibus, quòd cùm sit liber, & homo regij Demanij, non possit confiteri, vt fisco præiudicet, quia nec alteri domino præiudicat, vt d. §. quod si in litem. in l. in causa depositi. est odium, hic fauor libertatis, vt in fine constitutionis huius dicitur. Item nota, quòd homagium pro vasallagio ponitur. Et in quo differat sacramentum homagij à sacramento vasallagij, notatur in glo. in fi. infrà de sacramentis præstandis dominis à vasal. & nos diximus in titulo de noua forma fidel. Sed seruitia quæ cum ea debere confessus est, debebit: potest enim quis pluribus debere, argum. ff de leg. 1. l. si seruus plurium. in princip. dum alteri domino non fiat per hoc præiudicium, vt dictum est.

a IN *causa depositi.* Non potest probari depositum per duellum, vt olim. Si quis vult cautè deponere obseruet solemnitatem huius constitutionis. Alia solennitas traditur tam magna, vt hic in Authen. de fide instrumentorum. §. si quis vult. collat. 6.

In causa depositi. No. legem istam. Nam licet Iustinianus doceat caute deponere, vt in Auth. de fi. instrum. § si quis vult caute deponere, hic tamen docet cautius vnde si contra fiat, quod non cautè factum est pro nó facto habetur. ff. de his quæ in testamento delentur. l. 1. circa princ.

b *In qua olim.* Vt in Lógobar. qualiter quis se defendere debeat. l. si quis per se. quæ corrigitur per hanc legem quæ lex imperialis est. Et ex hoc probatur quòd leg. Imperatorum tenentur, alioquin hæc lex superflua erit.

Depositum esse factum penes aliquem probatur per testes infra libram auri, vltra verò per instrumentum trium iudicum subscriptione, vel vnius iudicis, vel duobus testibus subscriptione. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

IN a causa depositi, b in qua olim pugna locum habebat, pugnæ prorsus interdicimus facultatem, sed vt de ea dubietas oriri non possit: Sub tali c cautela volumus depositum ammodo celebrari, videlicet; Vt in deposito, cuius quantitas infra vnam libram auri subsistit, tres 1 testes fide digni, & omni exceptione maiores debeant interesse. d Vltra libram autem auri si consistat depositum, debet fieri e publicum instrumentum f per manus tabellionis, qui intersit ipsi deposito, non g qui iussione

c *Cautela.* Vt in Authen. de instru. cau §. si quis igitur. collatio. 6.

1 ADDITIO. *Adde glo. 1. in verbo, idoneos. Institut. de inutil. stipul. glo. in verbo, maiores. in cap. 1. de consang. & affin. Bart. in l. admonendi. de iureiur.* Superant.

d *Vltra libram.* Quid si depositum sit de libra auri, & non plus, nec minus? Respondeo sic esse dicendum, ac si esset infra libram auri. arg. ff. de ædil. edic. l. s. §. si inter. Econtra ac si esset vltra, vt ff. de in li. iuran. l. penul. & dic plenè, vt no. supra de instru. sol. eo. l. instrumentorum robur. ¶Item ad id, quod dicit de tribus testibus fide dignis, est simile in Auth. vt liceat matri & auiæ. §. hoc autem, coll. 8.

e *Publicum.* Aliàs regulariter contra supra de fide instrum. constitut. vlt.

f *Per manus tabellionis.* Nunquid si fiat depositú in loco, vbi non inuenitur iudex, vel notarius. Minimè credo, quòd ad hunc articulú mens huius constitutionis non extenditur, vt arg. ff. de test. mili. l. vlt. & C. de testi. l. vlt. ¶Item quid si aliquis sit in vna ciuitate, vbi bene inueniuntur iudices & notarij, verum tamen qui vult deponere latitat propter periculum personę, vt puta, quia de crimine perduellionis accusatur, nunquid seruabit solennitatem huius constitutionis? Credo quod non. argum ff. de exerci. l. 1. in fi. 1. respon. & argum. ff. depo. l. 1. §. merito. Barth. de Cap.

g *Iussione iudicis.* Item quid si deposuit quis vltra libram auri in ciuitate, vbi habuit copiam iudicis, & notarij, & non seruauit solennitatem huius constitutio. an subueniatur sibi aliquo auxilio? Videtur quod nullo modo, quasi non deficiat ius,

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IN *causa depositi.* Si sit depositum vltra libram debet fieri instrumentum, & vt iudex notarij & testes interfuerint deposito Pone quòd non interuenit instrumentum: depositarius confitetur in iudicio, vel extra cum causa, an sufficit? videtur quòd non, quia hæc constitutio certam exigit probationem, scilicet, per instrumentum, ergo alias videtur reijcere. ff. de iudi. l. cum prætor. Item circumscriberetur mens huius l. per aliá viam, quod esse non debet. ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his. l. scire. ¶Verius dicitur, quòd sic, quia confessus † in iure pro iudicato habetur. ff. de confessis l. 1. & in hoc nullum est dubium. sic cum ago contra te depositi, tu cófitearis. Idem si probo te confessum fuisse extra iudicium cum causa. ff. de probatio. l. cum de indebito. §. fin. vnde tantum valet probare per confessionem partis, quantum per testes. ff. de inoffic testamen. l. quoniam de inofficioso. ff. soluto matrimonio. l. Titia. Item per confessionem probatur depositum. ff. depositi. l. Publia. § fin. & l. Lucius. Hæc enim constitutio limitauit, & arctauit probationem faciendam per testes, vt infra libram intersint tres: Vltra iudex & notarius & tres testes. Non arctauit probationem, quæ fit per confessionem, nec extendetur prohibitio, nisi in casu suo, cum hæc prohibitio sit odiosa, & angustans probationes. ff. de testibus l. curent. C. de iureiurando. l. generaliter, & sic restringenda. ff. de liberis & posthumis. l cum quidam, & quæ contra iuris rationem, &c. ff. de legib. quod contra.

† ADDITIO. *Vide omnino Neapodanum in consuetud. Neap. incipien. instrumentum, in titulo de instrumen. confect. vnde tantum valet probatio testis, quantum confessio. l. in exercendis, de fideiuss. sed an de iure communi depositum possit probari per testes, de casum tuncta glo. quòd sic in l. 1. C. de edendo, iuncto textu,*

sione iudicis instrumentum fecisse se dicat, & trium iudicum cum in depositione præsentium subscriptione signatum, vel

sus, sed probatio, vt ff. de testa.tut.duo. cum enim exigitur à iure probatio per scripturam, per testes illa probatio fieri non potest, vt C. si min.se ma.dixerit.l.vlt. & Authen. de trien. & se. §. quòd sæpè. & C. de fide instrumen.l.contractus, & in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. qui verò dudum. & sibi imputet, qui pro nouo beneficio vetus elegit grauamen, vt ff. de iure deliberandi. l. vlt §. cum gemini. In hac quæstione dico quòd deponenti succurrendum est, ne sine causa res remaneat penes illum depositarium, & cum aliena iactura locupletur, vt ff. de condictione indebiti. l. nam natura. ¶Sed qua actione? Respon. audacter actione in factum quæ descendit ex æquitate illius l. quia pecunia mea ad te peruenit, & sine causa est penes te, peto eam mihi restitui, vt ff. si cert. pet. si me & Titium. licet enim, vt depositum non possit peti, tamen peti potest, vt res mea, quæ penes te est sine causa. Video enim, quòd transactio de alimentis, non valet sine prætore, vt ff. de transact. cum hi. Et tamen si facta sit transactio sine prætore, illud quod datum est proficit ad alimenta. nec potest dicere alimétarius, transactio fuit facta sine prætore, non imputabo mihi quod datum est causa talis transactionis in alimentis, vt ff. de transact. l. post. §. vlt. ¶Item quia si acceptilatio sit inutilis ratione rei, tamen vim habet pacti nudi, vt ff. de pactis. l. si vnus. §. vlt. ¶Item licet quod agitur inter reos, non valet, vt quia deficit contractus, tamé si ex pecunia men peruenit liberatio ad te, ago contra te, ne lucreris cum mea iactura, vt ff. ad Velle. quã quam, & argum. ff. de distractione pignorum. rescriptum. §. fi. & ff. si cert. pet. si eum seruum, & cum sine causa res sit penes eum condici potest ab eo. ff. de condictione ob turpem causam. l. perpetuo. Non obstat quòd deponens fuit in culpa omittendo solennitatem huius constitutionis, quia cum depositarius qui nunc ex ipso conuenitur, eo ipso quod conuentus depositum non restituit, sit in dolo, vt ff. deposi. l. 1. §. fin. & §. est autem dolus, qui præponderat culpæ, vt ff. ad legem Aquiliã. Item si obstetrie. §. fin. ¶ Si tamen opponas, iam ergo mens constitutionis huius non seruabitur, quæ voluit, quòd depositum non posset aliter probari, quàm per scripturam, & sic circum-

---

ANDRAEAS DE ISERNIA.

tu, in authen. si quis vult causæ deponere. C. eodem. De Bottis.

¶Sed tunc quæritur, an in tali confessione extra iudicium de deposito vltra libram auri sint necessarij quinque testes? Videtur expressum. C. de testib. l. testium, & in auth. rogati, secundum sententiam Ioan. quòd duo tantum sufficiant. Item, quia non requireretur instrumentum de tali confessione, quod contineat quinque testes, sicut debet continere instrumentum depositi, licet æquitas & ratio sit in contrarium, & opinio Azo. ibi posita, quia si exigitur instrumentum cum certo numero testium in depositione, multo magis, vel pari ratione & in confessione, & vbi eadem ratio, &c. ff. ad leg. Aquil. l. illud. de verbor. oblig. à Titio. nisi dicas hanc constitutionem odiosam, & propterea non trahendam ad similia. Quid ergo si agatur directa depositi vltra libram, sufficiat ne probari, quòd conuentus confessus fuit? de iure ciuili videtur quòd sic, d. l. Publia. in fi. sed per constitutionem istam, ex quo agit, quia deposuit, oportet probare per instrumentum, secus si ageret vtili ex eo contractu propter confessionem, tunc sufficeret per confessionem probari, nam de confessione nihil dicitur in hac constitutione, & sic nec directo, nec vtiliter ad eam trahenda est. ff. soluto matrimonio. l. si vero. § de viro. Sed quid si deposui vltra libram, & stipulatus sim reddi mihi ipsam pecuniam, constat, quòd actio depositi fingitur non nata, & agitur certi condictione ex stipulatu, quia statim facta est. ff. de noua. l. cũ enim. An ergo si agam ex stipulatu, sufficit probari per testes? non puto, quia tunc illa actio ex stipulatu debet sequi naturam, quã à principio habet actio depositi, in cuius locum subrogatur, seu succedit actio ex stipulatu. ff. si certum petatur. l. certi condictio. in glo. pro quo est ff. si quis testa. liber es ius. fuerit. l. 1. §. actio. si quis caut. l. si euoi. §. qui iniuriarum. Nam hic dicitur certi condictio ex deposito, vt ff. si certum petatur l. 2. §. ex verbis. & l. si quis certum. Idem videtur quòd sit noua depositi actio ratione præmissa. Item quædam glo. dicit hic, quòd non facto instrumento depositi vltra libram potest succurri deponenti, vt agat contra depositarium actione in factum de bono & æquo descendente ex illa æquitate, quia pecunia mea ad te peruenit, peto mihi restitui. ff. si certum petatur. l. si me & Titium, vt non locupletetur cum aliena iactura. & dicit quod in hoc damnificatur deponens sine instrumento, quia oportebit eum probare de dominio, sed si ageret directa depositi, & probaret per instrumentum, non posset ei opponi, quòd non fuit dominus. Hæc non videtur sufficiens ratio, quia pro tanto circumscribitur hæc constitutio per aliam viam. Item quia spectamus originem, † quare datur actio; certum est enim depositum fuisse potius, vnde causa & origo depositi inspicitur, quàm potestas actionis & iudicij & condictionis de bono & æquo, argumentum. ff. de donatio. l. qui id quod de acquir. posse ff. clam possidere, in princ. Sed facit, quia pluries ad id quod per vnam actionem non potest exigi iura dant aliam.

† ADDITIO. *Vide Lud. Rom in cons. 527. 3. col. & Alex. in cons. 111. 5. vol. Franc. Curtium in cons. 80.* De Bottis.

Nam indebitum solutum ex causa iudicati nó reperitur per condictionem indebiti. C. de condictione indebiti. l. 1. sed per condictionem sine causa. sic. ff. mand. si fideiussor. § in omnibus in glo. quando ex causa lucratiua peruenisset ad eũ, vel dolo suo. ff. de condictione sine causa. l. si fullo. in fi. & cómoda. l. rem mihi. in princ. pro quo est ff. ad senatusc. Velleianum. quamquam, in fi. hoc autem ex lucro habet: & locupletari de alieno iniquum esset. Sic & post biennium non reperitur condictione indebiti. vnde quod confessus quis fuit se debere spe futuræ numerationis, sed sine causa condicet. C. de non numerata pecunia l. cum fidem. ¶Sed videamus quomodo potest hoc esse, nam condictio de bono & æquo est certi condictio generalis, quæ est duplex: vna natiua nascens ex cõtractu vel maleficio, vel quasi, vt l. certi condictio. in princip. Alia datiua, quando nullo contractu, vel quasi, nec maleficio, vel quasi præcedente, cum non habeat, vnde nascatur, datur de bono & æquo à lege, illa ratione, quia res mea, vel mihi debita ad te peruenit. Vel quia iniustè res mea tenetur à te, vt l. si me & Titium. ff. si cert. pet. & l. si eum. de condictione ob turpem causam. l. perpetuo. Et datur à lege, quia iniustè tenes, vt dicit Roffred. in tit. de certi condictione generali, in fi. primæ colum. Si agatur prima, scilicet, natiua, frustra agit, quia debet exprimere qua de causa res peruenit ad eum, vt in glo. l. certi condictio. per §. & actiones. l. an eadem. §. actiones. ff. de exceptione rei iudicatæ. Si exprimit, quia deposuit, loco actionis depositi, dabitur illa certi condictio generalis. Et sic obstat in ea quicquid obstaret, si depositi ageretur. ff. de iureiuran. duobus §. exceptio. & dicto §. qui iniuriarum. & de hoc plenè in glo. l. certi condictio. Sic de legis interpretatione in Auth. de filijs ante dotalia instrumenta natis. in fi. ¶Si ageretur secunda, scilicet, datiua dicit Roffred. quòd datur respectu possessionis, quia possidet, & tunc planum est, sed difficilis erit probatio, quia possidet pecuniam depositam, & licet testes dicant, quia peruenit ad eum causa depositi non obstat: nam non agit, quia depositum recepit, sed quia peruenit ad eum, & sine iusta causa, quod tenet, & ad hoc faciunt iura prædicta de condictione sine causa, quæ datur ad repetendum id, quod ex causa iudicati solutum est, non tamen eo ipso, quòd peruenit. Et quòd semel possedit præsumetur possidere, C. de probatio. l. siue. ff. de acquirenda possessio. l. si quis vi. §. differentia. Vnde oportet, quod dolo desijt possidere, sicut in reali, quæ datur quia possedit. ff. de rei vendicatione. l. si autem. §. 1. vel probet eum in culpa vel mora. eod. tit. l. item si verberatum. §. fin. & l. vtique. Vel probet eum locupletatum ex tali prouentione. ff. si cert. pet. l. si eum. Absurdum videtur, quòd in hac etiam succumbat, si in hoc probando deficiat, nam non dicitur locuples, quia in depositum suscepit pecuniam, nisi conuertat in suos

camſcribetur lex per viam aliam. quod eſſe non debet, vt ff. de curato. & tuto. dat. ab his. l. ſcire, & ff. de ſpon'a. l. oratio. Reſponde non decipitur, imò ſeruatur, & ſatis damnificatur hic deponens. Si enim] feciſſet inſtrumentum huius conſtitutionis, ſecundum ſolennitatem, & ageretur directa via depoſiti ex cōtractu, depoſitarius nullam poſſet deponenti controuerſiam domini referre, vt ff. de iudicijs. l. non à iudice. §. 1. & ff. de pign. actio. l. ſi pignore, §. ſi prædo. at nunc quando deponens petit rem ſuam, quæ ſine cauſa eſt penes illum depoſitarium, oportet eum probare de dominio. ita enim dicet, cum res mea ſit penes te, &c. igitur verbum meum, ſiue tuum, dominium ſignificat, vt ff. de leg. 3. l. ſeruos autem ſuos. & ita ſatis punitur in eo, quòd ſolennitatem huius conſtitutionis, prætor prætermiſit. Ego autem dum conſultus fuiſſem ſuper hac quæſtione dedi conſilium, dum ſic incidiſſet de facto, vt cum depoſitarius amouiſſet rem, & ſic furti tenetur, vt de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. penul. vt ageretur furti contra hunc depoſitarium, & peteretur reſtitutio rerum ex officio, vt argumen. in Auth. de man. princip. §. quod ſi delinquentes coll. 3. & ff. de concuſ. l. 1. & ff. finium regundorum. l. & loci. §. ſi dicantur. & eſt hoc magis tutum propterea, cum cauſa ſit criminalis, & teſtes ſi vacillent, poterunt torqueri. ff. de quæſtionibus ex libero. & principales etiā poterunt torqueri, ſi præſumptiones probarentur contra eos, vel etiam eſſent infames, vt C. de quæſtio. l. milites. & l. 1. quod in cauſa pecuniaria non fieret, vt prædicta l. ex libero. niſi in caſu, vt C. de naufrag. l. quoties. Bartholomæus de Capua.

vel ſi vnus iudex tantum interſit, ſimul cum eo debent intereſſe tres teſtes, 1 qui ſpecialiter vna cum iudice & a ta bellione prædictis ſe in inſtrumento ſubſcribant.

1 ADDITIO. *Adde tex. in cap. relatum. il 1. de teſti. Canoni. in c. nouit, de iudi. & in cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. originaliter Deuteronomij. Matth. 18. & ad Corinth. 14.*

a ADDITIO. Et tabellione. *Adde quod æquiparatur duobus teſtib. Bal. in l. 1. in § fin. ff. de verb. oblig. Bal. Inſtitutio. eo. tit. Albe. in l. cū plures. C. de probationib. Spec. in tit. de teſte, in §. reſtat. verſ. Sed quære. Card. Zabarel. in cap. quoniam cōtra. de probatio. Idem Card. in cap. cum Ioannes. de fide inſtrumentorum.* Superant.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ſuos vſus, & tunc furtum committeret. ſi enim vendidit ſeruum. & precium recepit, dicitur locuples. Item nota iſtam conſtitutionem tunc locum habere, quando depoſitum fuit ſignatum, & in hoc non eſt dubium, aliàs permittat vti à principio, vt ſi vellet vteretur, depoſitum eſt, ſed ſi vtitur tunc eſt factum mutuum, & de mutuo agitur. ff. ſi certum petatur. l. quòd ſi ab initio. Si autem ex poſt facto permittat vti, ſtatim eſt mutuum. eod. tit. certi condictio. §. fin. Si verò non ſignatam pecuniam depoſuit, eo ipſo permittere videtur, quòd poſſit uti. ſed depoſitum eſt, & depoſiti agitur inſpecto initio. ff. depoſ. l. 1. §. idem Pomponius quærit. Itaque ſi vſus eſt, tenetur depoſiti ad tantundem, quia egreditur tunc terminos ſuos. eod. tit. l. Lucius. l. dies ſponſaliorum. §. fin. Item caueat cautus aduocatus quomodo probetur id, quod proponitur: quia ſi præcedit poſitio, & non poſſet probari, perinde eſt in effectu, ac ſi non præcederet: ſicut idem eſt nolle vendere & immenſum precium poſtulare. ff. de leg. 3. l. non dubium. ¶Item quid ſi deponantur vaſa argentea vel panni ſerici, quorum valor ſit vltra libram auri, an habeat locum hæc conſtitutio? Videtur quòd ſic, quia pecuniæ appellatione hæc omnia continentur. ff. de verborum ſignificatione. l pecuniæ. C. conſti. pec. l. a.

ADDITIO. *Adde an comprehendantur omnes res mobiles, in l. litigatores. in §. 1. ff. de arbi. Bart. in l. mouentium ff. de verbor. ſignif. Angel. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. Pau. de Caſt. in l. depoſiti. in §. peculio. in princ. ff. de peculio.*

Et in prædictis rebus conſiſtit depoſitum. ff. depoſi. l. 1. §. ſi quis argentum. & §. ciſtam. ſed non negatur eſſe depoſitum, nec de hoc quæritur, immo vtrum ſit tunc communis probatio? quòd videtur quia litera dicit, cuius quantitas intra libram auri ſubſiſtat, & ſic videtur quòd de auro vel pecunia loquatur. Nam pecunia æſtimat omnes res, ſed res non æſtimant pecuniam. ff. de fideiuſſo. l. ſi ita. de verborum ſignif. l. propriè. in fi. quamuis quantitas dicatur etiam in pondere. vt dicto §. ſi quis argentum. in fine. Sed ibi adiunctum verbum ponderis id facit. Simpliciter verò dicendo, quantitas infra libram auri, referri videtur ad pecuniam, & ſic cum ſit odioſa non producetur ad ſimilia, per ea quæ dicta ſunt ſupra: nam & ſi deponeretur æſtimata, & precium, & valor æſtimationis eſſet vltra libram auri, idem videtur quòd ſi ſit æſtimata, vt precium reddatur, tunc eſt emptio. ff. de iure dot. l. quoties, de præſcrip. verb. l. naturalis. §. 1. Si verò, vt ſeruatur an deteriorata reddatur, vt C. de iure dotium. l. ſi inter depoſitum eſt, & ad res non æſtimationem agetur. Vbicunque autem non petitur pecunia depoſita, vel agitur ex poſt facto conuenit, vt vteretur, communis erit probatio. Quia hæc conſtitutio eſt contra ius commune anguſtans probationes, argumentum contra. ff. de donatio. qui id quod, cum concordan. ſed ibi eſt fauor, vt donator de ſua liberalitate non ſentiat incommodum: hic odium. dicta l. cum quidam.

IN *cauſa depoſiti*. In ver. vltra libram, in princip. Similis glo. & quæſtio eſt in conſti. quæſtio, ſupra de ſacra. Baiul. præſt. Item circa hanc conſtitutionem quæro: ſocius poſuit librum in camera ſocij, ipſo ſciente, & non contradicente, & liber perditur, an teneatur? etiam dic quòd ſic, vt in l. Pomponius §. fin. ff. nau. caupo. ſtabul. & in l. ſi ego. §. dotis. de iure dotium. Dyn. Petrus de Montef.

Quid ſi depoſitarius confitetur depoſitum, ſed dicit ſolennitatem huius conſtitutionis non fuiſſe adhibitam? vide iura adducta in ſimili. 10. colla. qui teſtes ſint neceſſ. ad proba. inueſt. per glo. & Andræam. ¶Sed quid ſi depoſitarius eo caſu, quo non reperitur ſcriptura, agit depoſiti, aſſerens ſe inſtrumentum depoſiti perdidiſſe, vult de amiſſione inſtrumenti, & de depoſito probare per teſtes, an audiatur? & videtur quòd ſic: argumen. C. de teſtibus. l. teſtium. in fine. & quod ibi ſcripſi: & facit quod no. C. de probationibus. l. cum inſtrumentis, & emancipationem. & de iure emphyteutico. l. fin. in princip. & vide quod notatur per Specul. in tit. de inſtrumen. edi. §. poſtquàm. verſic. vbi. & §. reſtat. verſic. illud. Petrus de Monteforte.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IStum modum probandi depoſitum non vidi ſeruari, & cum hodie omnia ferè depoſita fiant penes publicos bāncherios, ideò non inſiſtam.

DE

DE TESTIBVS, ET AD VIDENDVM IVRAMENTA IPSORVM, & repulsa. Rubr. XXVII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Concordant cum hoc tit. consimiles tituli in ff. & C. In 2. lib. decretal. item, & in sesto, & in 2. lib. clement. agitur etiam de hac materia 4. quæst. 2. Apud Hispan ti. 16. par. 3. & in tit. 8. lib. 2. legum fori, & tit. 15. lib 3. ordinat. & tit. 7. & præcipuè l. 7. lib. 4. nouæ recollect. Apud Mediolanen. in statut. statut. cap. 86. 87. 88. 89. 90. & 91. Apud Iannenses lib. 2. statut. cap. 20. Apud Gallos constitit: sub tit. de testibus, vbi Rebuff. Speculat. in tit. de test. Iodoc. In praxi cap. 166. Marant. in suo speculo 6 par. actu 6. & latissimè Farinac. in tract. de testibus. Iulius Clarus in tract. de testibus.

Testes ad futuram rei memoriam examinari possunt si valetudinarij, & senes fuerint, vel discessuri per longam absentiam, præsente tamen parte, vel absente, quæ probatio per annum durat in casibus hic expressis. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

Probationum a* incursibus competenti remedio succurrentes: Permittimus, lite etiam nondum in iudicio contestata, testes valetudinarios & senes, de quorum proxima morte futura timetur, vel eos de quorum peregrinatione, b & longa absentia dubitatur, ab eo, qui sibi per depo-

a *Probationum.* Si quis timens se conueniendum, habeat testes: de quorum recessu, vel valetudine dubitet, potest lite non contestata eos producere, præsente parte aduersa, vel contumaciter absente, & in hoc concor. ius commune, vt in Authen. coll. 7. eo. tit. § & hoc verò. & extra vt li. non contest. cap. quoniam frequenter. Additur tamen aliquid de iure nouo, vt receptio istorum testium valeat tantum infra annum.

* ADDITIO. *Adde quòd in casu huius constitut. non sufficit pars citari in domo, nisi latitaret, vt declarat Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. in glo. 2. nume. 5. & 7. post Afflict. hic. Adde quòd non tantum si timetur de morte testium, vel absentia diuturna, sed etiam si timetur, ne propter longam moram testes fidem varient, quia de facili possunt obliuisci, de quo per Doct. maximè per Soc. in cap. capit. quoniam frequenter. nume. 11. extra vt lite non contesta. An autem si tempore litis reperiantur dicti testes, requiratur repetitio. ibi, num. 12. vers. postremò. & ad materiam huius constitut. vide Capic. in decis. 123. num. 6. & an possunt examinari tempore feriarum, etiam in honorem Dei. Bal in consi. 168. confirmatis contentis. 2. volum. in antiquis, tenet quòd sic. An autem possint examinari super articulis impertinentibus, vide Rotam in decis. 323. in nouis. aliàs in tit. de testibus, decis. 21. & Paris. in cap. fraternitatis. de testibus. nu. 68. Ad eandem quæstio. probationem vide latè consulunt Siluanus in consi. 3. col. 6. cum sequen.* De Bottis

b *Et longa absentia.* Sic ff. ad legem Aquil. l. 3. & l. Aquil. si delictum. & ff. ad Carbon. l. 3. §. duæ causæ. in Authent. de testib. §. penul. extra vt li. non contestata, cap. quoniam frequenter.

Præsen-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Probationum. Ab eo qui sibi, scilicet, actore: † reus enim semper & indistinctè ante litem contestatam producit testes, etiam valetudinarios, & senes, & infirmos, vel futuros absentes, tam ab actore, quàm reo, cum non sit in potestate sua, quando conueniatur, vt notatur in Authen. de testibus. §. pen. in glo. ff. de doli except. l. purè, §. fin. Dum tamen citet eum, quem sperat futurum actorem, vt dicit glo. Sed hæc constitutio generaliter loquitur, vt testes valetudinarij, senes, vel abfuturi recipiantur, tam ab actore, quam à reo: & sic etiam est in Auth. de testi. §. penul. licet glo. in princ. hic innuat de reo. Et isti testes publicantur, extrà vt lite non contest. quoniam frequenter. §. sunt & alij.

† ADDITIO. *Quid in reo, vide per Abb. in c. significauit, & cap. Albericus. extra de testibus.* De Bottis.

¶Item reus facta citatione per actorem posset probare ante litem contestatam, & absolui diffinitiuè: quod non est in actore. C quomodo & quando iud in Authen. qui semel. ff. de probatio. l. circa. Hoc verum est nisi in illis casibus, vbi actor compellitur agere, qui notantur C. vt nemo inuitus agere. l. 1. tunc cessat ratio, quia non est in potestate sua, &c. cum possit cogere vt agat, cessabit & lex. ff. de repud. l quod ait lex. si autem actor ille futurus non esset citatus, non haberet locum quod hic sequitur. Actor verò regulariter lite non contestata non producit testes nisi senes, & illos, qui dicuntur hic in litera, & si timeret ne efficiantur eius inimici, † vel vt possent obliuisci de eo, quod tunc habent in memoria, vel aliter sit verisimile, quòd iuste timeat, ne ipsos testes habeat tempore litis contestatæ. Non tamen procedetur ad sententiam ex eis, nisi agat, & lite contestata producat in probatione huiusmodi testes ante litem contestatam receptos, vt dicto cap. quoniam, & in alijs casibus, qui ibi notantur in glo. sicut in electione & matrimonio, inquisitione, & debito sub conditione: & vbi per reum staret, quominus actor possit litem contestari.

† ADDITIO. *De hac publicatione vide Afflict. hic in rub. & quando sit debent citari omnes, quorum interest, vt dicit Felin. in c. Alber. de testib. relatus per Cels. in addit. ad Bal. in authen. sed si quis C. de testibus.* De Bottis.

¶In hæreditate iacente cessat hæc ratio, quia non posset conue-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Concordat cum hac constitutione l. 21. fori. tit. 8. li. 2. vbi Montal. concordant etiam l. 4. 5. 6. & 7. tit. 16. par. 3. & ex statut. Ianuensium c. 21. lib. 2. in quibus iuribus exprimitur, quibus in casibus possint recipi testes ante litis contestationé, sed † an in condemnatione expensarum veniat condemnandus qui succubuit pro testibus examinatis ad futuram rei memoriam iudicatum dicit sic Rebuff. ad Constitutione Galliæ tit. de expensis, & interesse artic. 182. glos. vnica nu. 18. 1

Datus

positiones eorum cauere desiderat, posse produci, [a] præsente tamen eo, qui aduersarius futurus speratur, si eius præsentia facilis, aliàs de facili [b] possit haberi, vel eo se per contumaciam absentante, [c] omni iure ei, qui præsens non fuerit contra personas & dicta

dicta productorum testium reseruato. Quorum depositionum vigorem intra annum tantum valere disponimus, & [d] non vltra annum extendi, cũ litis contestatio non intercesserit: nec præsens fuerit aduersarius, vel absenti parti denunciari potuit, vt receptioni testium interesset.

a *Præsenti.* Vt io Auth. de testi. 6. ex hoe verò. colla. 6. C. de aduo. diuer. iudi. l. laudabile. C. de testi. l. fi.

b *Possit haberi.* Innuit contrarium esse dicendum, si eius præsentia de facili non possit haberi argumẽtum enim à contrario fortissimũ est, vt ff. de offi. eius cui man. est iurisdi l. 1. § huius rei. ff. de pact. dotalibus inter socerum. §. enim inter patrem.

c *Omni iure f u protestatione* Et quando locum habeat, dic vt oo in Lombar. de testi. l. 2. secundum K. l.

d *Non vltra annum.* Collige tria esse necessaria, vt secundum

dum hanc l. depositio testium sit annalis, cũ litis contest. non intercessit. Et dum aduersarius non fuit præsens. Vel absenti parre denunciari potuit. ¶ Alias enim depositio t. stiũ perennem probationẽ induceret. in his enim casibus in quibus leges nouæ non loquuntur, prisca iura seruantur, vt C. de inoff. test quæ nuper. & quando li. princ. da. l. 2. & in Auth. coll. 3. de filijs ante do. instru. na. quod dic vt in sum. de proba. §. orobari autem debent causa pendente. hoc enim cueare debemus vt rerum probatio salua sit. ff. de testib. l. curent. & io Autb. de testib. § penul. G.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

connenirj: sed eapectatur hæres, donec adear. Vel datur enrator bonis. ff. de cur. bonis dan. l. 2. Item hic in ciuili, quia in criminali non recipiuntur testes ante litem contestatam ab actore, quia non damnator absens, nisi in casu C. de pœnis. l. ne diu, hic habet remedium suum, vt requiratur reus, qui si fit contumax, forbannitur, & damnabitur ad tertiam mobilium, & post annum forindicabitur. At in eaceptioo ibus ante litem contestatam propositis indistinctè recipiuntur testes, vt ibi notatur.

Per contumaciam absentis. Et tunc valeot perpetuò.

Omni iure & qui præsens non fuerit. Scilicet nec contumax. Vnde si fuerit præsens vel contumaa, valeret perpetuò, reseeuato quòd potest dicere contra testes. Si nec præsens, nec contumax. Aut potuit denunciari ei & citari, quia eius præsentia de facili poterat haberi, & tunc nullo modo valent: imputet sibi qui potuit denunciari facere, & citari de facili, & non feeit, sicut innuit litera. Nam & io reo producente dicitur. io Autheo. de testibus § penul. in glo. quia citandus est ad hoc actor, multò fortius quando actor producit, vt citetur reus, qui de facili poterat citari. Si autem de facili non poterat citari, nec po. erat eius haberi præsentia, & sic de facili denuociari non poterat futuro reo. Puta, Gallicus disrobauit Titium Neapoli, & statim recessit in Galliam, non debet tunc retardari receptio testium, de quorum morte, vel absentia diuturna speratur, donec denuncietur & citetur disrobator: quia dum expectaretur, vt citentur testes, posseot mori, vel abesse. argum. ad hoc ff. de iudi l. si longius. §. 2. ibi, ne dum pater eapectatur impunita sint maleficia: valebunt tunc infra annum vtilem, incipientem à die quo potuit eaperiri contra reum: dummodo in ra anoum à die receptionis testium huiusmodi denuociet aduersario receptionem talem factam ante litem contesta. Aliàs videtur tacere in fraudem, vt in processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel al. æ locum habere non possint vt in cap. quoniam frequenter § 1. & licet de hac denunciatione, quòd receptio sit facta, non dicat hæc constitutin, intelligi tamen debet per cap. quoniam frequenter. vnde hoc sumitur: quod est rationabile: nam in eo, vbi deficit lea ciuilis, seruatur ius canonicum rationabile, quoniam omne quod ratione consistit est lex 1. distin. consuetudo. non ergo erit necessaria hæc denunciatio præsenti, & expresse contuma-

tumaci, quia scineruut nõ est opus eertiorari ff. de actio. emp. l. 1. in fi. ficto contumaci sic, quia citatio ad quem noo venit, non habuit suum effectum, fecit enim eecipi testes. oportec quòd denuncietur ei esse receptos propter rationem prædictam, multò fortius quando recepti sunt in absentia eo, quòd eius præsentia de facili haberi non poterat.

P*Robationum.* No. istam consti. & circa materiam eius sic dicas, quòd aut loquimur in actore voleute producere testes senes, & valetudinarios, de quorum obitu timetur de proximo, & etiam absfuturos quorum recessus non est proximus, & hoiusmodi testium dicta non publicantur, sed conseruantur per actorum notarium in actis: & valeant tantum infra annum, & non vltra. Nam ibi actor tenetur infra annum mouere eausam cootea reum eoueniendum: illud probat tex. in cap. quoniam frequenter. §. sunt & alij. extra vt lite non contest & hoc est declaratum clarè per istam consti. & ratio est, quia in potestate ipsius actoris est vt possit agere, & quando possit agere, & peopterea oon valent vltra annum. Si verò loquimur in reo, & tunc quia in potestate sua non est quando conueniatur, indistinctè potest producere quoscunque testes velit: & ipsos examinari facere, & eorum dicta etiam manu tabellioois publicantur, cum decreto iudicis valitura ad perpetuam rei memoriam, & sit exinde instrumentum quod assignatur ipsi reo conueniendo, hoc probat tex. in allegato cap. quoniam frequenter. circa princ. & ibi glo. Innoc. & Hosti. Et semper intellige vt cautè agas, quod in dicta eaaminatione facienda debet vocari aduersarius cuius interest, seu poterit interesse ad videndum ipsorum producendorum testium iuramenta: hoc probat l. in concedendo ff. de aqua plu. arcen. & in l. nam ita dicimus. C. de adoptionibus, & ponit hic Andræas, vbi etiã dicit, quòd si aduersarius de facili citari non possit, puta qui erat alienigena & recessit nihilominus talis executio valebit. Ita Argentinus de Neap. magnus regnicola, in l. hactenus. §. cum agitur ff de aqua plu. arcẽ. in sua solemni lectura, vbi pro regnicolis multa bona dicit. Et vide omnino hic Aodr & in reperto Actor & reus. in ver. testes. Sed qui dicantur senes in casu isto, vide per Specul. in tit. de testibus §. nunc tractemus. circa fio. & in illo §. notabis multos casus, in quibus testes recipiuntur lite non contestata. An autem hi testes possint recipi diebus feriatis, vide per eum in tit. de ferijs. §. sequitur. Pamphilus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Datur etiam alius casus in quo possent testes recipi etiam
1 parte absente ad futuram rei memoriam, veluti in † casu naufragij, tunc enim præpositus nauis potest requirere testes siuè in naui degentes, siuè in terra prope mare, vbi est naufragium passus, eosqoe coram iudice loci examinari facere, & sic ea amioati faciunt fidem circa amissiooem rerum Barto. & Luc. de Penna in l. 2. in fine C. de naufragijs lib. 11. vt tradunt Marant. in suo Speculo 6. parte cap. de citat. num. 23. & additionator ad Afflict. in hac constitutio. quod etiam hodie seruatur.

Testium

a I N *pecuniarijs*. Constitutio ista satis potest dici, quod contineat ius commune, & vult quòd audientia testium possit in ciuilibus quæstionibus non feudalibus delegari, concor. in ciuilibus C. de fide instrumen. iudices. in criminalibus, secus, & in feudalibus: concor. in Auth. no. in præalleg. l. nisi testes non possint venire ad locu iudicij, quia sunt valetudinarij, vel senes. tunc datur auditor, vt recipiat testes, qui ad locum iudicij venire non possunt. Quos hic auditor decreuerit modo posse venire: non poterit contrarium probare, quod est ne lites ex litibus &c. vt C. de fruc. & lit. expen. terminato. Item si per dolum testium, vel partis aduersæ factum est, quòd actor non probauit in termino dato, ac declarato aduersæ parti protogatur terminus, quod est ideò quòd alteri, &c. vt ff. de alienat. iudic. l. t. Item punitur auditor, cuius dolo factum est, quo minus probaret, & testes si eorum dolo factum est, vt præstene indemnitatem parti læsæ, concor. C. de testi. si quando. in fi. & si non sit soluendo, in subsidium datur læsæ parti restitutio contra aduersarium, quod est illa ratione, ne ex alieno dolo lucrum sentiat, vt ff. quod me. cau. in l. si eum excep. & facit. ff. de eo, per quem fa. erit. l. fi.

Testium examinatio in causis ciuilibus committi potest extra curiam, quod fallit in causis fisc. tum tangentibus respectu feudorum, & causarum criminalium, & testium senectute, & valetudine laborantium. hoc dicit Tapia.

* ADDITIONES. *Vide omnino And. de Iser. in tit. si de inuestit. inter dom. & vasal. lit, vel quæst. oria. 2. colum. in fi. vbi multa de audientia testium commissa in causa feudali alteri, quàm iudici. & quid si pars non contradicit, quod valet commissio, & multa alia ad intellectum & limit. istius constit. vide And. hic, & Doct. in h. fin.*

l. fin. ff. de fer. & Felyn. in cap. licet, de probat. & quæ addidi in regia Prag. incip. . . . M. A. Puluer.

¶ *Et an audientia testium super attentatis lite pendente possit committi, vide Rot. in decis. 220. & quid in causa de angaria & perangaria, vide Moderno cap. regni granamina, num. 24. & quid si pars habeat testes suspectos, an possit petere, quod veniant in loco iudicij ad deponendum, vide Capic. decis. 90. An arbitri possint committere audientiam testium, vide Afflict. in constitu. Iustitiarios, in fi. Ad materiam huius constit. Iacob. in l. 3. §. item Diuus. & §. testes, ff. de testibus, vbi multa ponuntur, & inter alia si tenetur parere cui committitur audientia, & si testes sunt extra regnum & alia. De iure communi an possit audientia testium committi, & quando, vide Barb. in cap. constitutus. nume. 5. extra de fideiuss. & nume. 8. ponit an iudex, cui committitur, & teneatur parere committenti, si non est subditus, cuius expensis teneantur venire testes, vide additio. quam habeo ad Capic. decis. 90.*

IMPER. FEDER.

IN pecuniarijs * a litibus omnibus præterquam in quæstionibus Castrorum, b & feu-

Quod si testes sunt extra regnum, vide Aret. consil. 82. in fi. & Afflict. in constitut. inquisitiones generales, nume. 2. Et ibi an Princeps possit committere audientiam testium in criminalibus, Afflict. ibid. vbi multa. Et an in fauorem fisci fiat commissio audientiæ testium, vide Salicet. in l. apud eloquentissimum. C. de fide instrumen. De Bottis.

Feudorum. Scilicet, magnorum, quæ scripta sunt in quaternionibus dohanæ, vt ff. de offic. magistri Iustitiarij l. t. in fi.

a *Permit-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IN *pecuniarijs*. Bene glossata est hæc consti. ¶Sed testes qui producuntur ad repulsam non committuntur. Item iudex tunc eligit, quando partes non concordant. ¶Item si quæstio sit inter Regiam Curiam & alium, non eligit sola Curia, vbi alia pars parata est eligere. ¶Item senes ad testimonium non coguntur, vt ad Curiam vadant. ff. de testib. l. inuiti. sed recipientur in domo eorum. extra de testibus cap. si quis. ¶ Item protestatio, quod non stat per partem, fiet coram iudice litis, vel coram probis viris, quando non posset haberi copia eius. Item ex iusta causa fit prorogatio termini: non tamen vltra metam positam. C. [illegible] dilatio. l. 1. Deinde ponit glo. quæstionem, quam be[illegible]aminat. Verum post lapsum termini peremptorij ad probandu[m] datum, possit iudex recipere testes quos habet producens, altera parte contradicente, quando nõ erat iusta causa impedimenti. aliàs non esset quæstio? Et dic quòd licet de iuris rigore non possit, tamen de bono & æquo non multum post terminum recipere potest testes, si videat producentem non malitiosè gessisse se, quia iudex potest in multis facere gratiam, & in hoc concordat Cardinalis, & Innocen. quod est benè no. pro eo, quod diximus de testibus iuratis intra termiuum, supra tit a. l. litem. ¶Item si stetit per iudicem, vel testes, tenentur ipsi ad interesse parti læsæ. Et quod aliud est in criminali, quàm in ciuili. ¶Item no. quòd hæc constitutio habet locum in ordinarijs. Nam delegati non possent delegare, quia committitur iurisdictio, quando committitur testium examinatio, seu receptio, non ministerium tantum, nisi essent delegati à principe, vel ab illo, qui possent alij delegare. notat Innocent. de re iudic. cum Bertoldus. Sed si committit ille, qui non potest committere, & pars non contradicit, valet, notat ipse extra de testib. cum causam. Hoc plenè examinatum est in titulo, si de inuestitu. inter dom. & vasal. quæstio oriatur. cap. 1. Vbi etiam plenè est dictum, si iudex habeat suspectos testes in causa ciuili, quod non cogitur committere, non sic, si habeat suspectos senes, & valetudinarios. Nec coget iudex dare nomina testium senium & valetudinariorum, vide plenè ibi. ¶Quid si iudex in causis criminalibus & feudalibus commisit alij testium receptionem, an valeat? Videtur quod non contra prohibitionem istius, & multarum legum, quia sufficit legislator, &c. C. de legi. l. non dubium. illud quod contra legem fit, est habendum, ac si factum non esset, in Authen. de non alienan. §. vlt ipse enim debet recipere, vt si vacillet, torqueat, quod alius non posset, quia in quemcunque committatur iurisdictio, merum & mixtum Imperium non transeũt. ff. de offic. procon. l. si quid erit, de offic. eius cui man. est iurisdict. l. 1. & 2. ¶E contra videtur quod sic, quia multa fieri prohibentur, quæ facta valent. ff. de inter. & releg. l. relegatorum §. ad tempus, quando appellandum sit. l. 1. §. biduum.

ADDITIO. *Adde l. non dubium. C. de legib. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. c. quemadmodum. de iureiur. & in c. ad apostolicam. de regular.*

Nam & si non potuit fieri, non debet decipi authoritate iudicis, vt saltem valeat tuitione prætoris, & sic non ipso iure, ff. quod fal. tuto. autho. l. 1. §. fin. & l. interdum, & l. nouissimè. ff. de mino. l. ait prætor §. permittitur. Quod verò dicitur, quia non poterit torquere hic auditor, verum est: sed quando inueniet testem vacillantem, mittet eum torquendum ad iudicem, qui commisit, in Authen. de defen. ciuita. §. audient. maximè si partes consentiant. Nec obstat quod not. C. de iurisdict. omn. iudic. l. 1. quia non committitur merum imperium, vt dictum est, sed redigere tantum in scripturam id, quod testes dicunt, & capere vacillantem. ¶Sed secundum primum intel-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec constitutio ortum habuit à l. iudices iuncta Auth. Apud eloquentissimum C. de fide instrumen. & hodie seruatur respectu causarum criminalium quando agitur de recipiendis testibus ad defensionem inquisitorum, † nam ad instan-

a *Permittimus.* Si iudex viderit expedire, quod dic vt in summe de testibus §. producendi autem sunt testes. secundum Azon.

b *Delegari.* Sic loquntur & l.C.de fide instru.iudices. & authen.apud eloquentissimum. & extra de testibus, cap. si quis testium.

feudorum, quæ specialiter in Curia nostra tractantur, audientiam testium a permittimus b delegari. In criminalibus * autem, & c prædictis ciuilibus causis, testes in Curia nostra præcipimus præsentari. Nisi testes adeò senes, & valitudinarij sint, quòd sine ipsorum periculo Curiæ præsentari non possint, d quo quidem casu ipsorum audientia iudi-

* ADDITIO. *Sed an partes possint concordari, quòd committatur, vidi practicatum, quòd sic. tamen Bal. cons. 382. pro parte cuiusdam ecclesiæ. vol. 3. in nouis, tenet contrarium.*

Sed an instantiam fisci committatur, reperio in registro Caroli II. quod habet D. Ant. Barattucius, fisci aduocatus, car. 98. in cap. 37. & cap 88. frequentes ordines, videlicet, Carolus II. &c. Magistro Iustitiario Regni Siciliæ, vel eius Locumtenenti, & iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ. fidelibus suis, &c. Olim vobis concessimus literas subscriptas post salutem per omnia series. Peruenit ad maiestatis nostræ audientiam, quòd ex defectu probationum ex depositionibus testium imminente plures fisci nostri causæ pereunt non absque nostræ Curiæ detrimento. Volentes igitur in hac parte indemnitati ipsius nostræ Curiæ prouidere, fidelitati vestræ sub obtentu nostræ gratiæ firmiter districtè præcipimus, vt in omnibus causis, quæstionibus, & litibus tangentibus fiscum nostrũ Iustitiario regionis, & vbi bona persona notæ opinionis, & approbatæ famæ de curia nostra, vel aliunde, de qua sit merito confidendum testium audientiam committatis, pro certo tenentes, quòd si aliter feceritis, processus omnes per vos contra præsentem ordinationem nostram fiendos ex nunc decernimus irritos, & inanes. Datum Neapoli, &c. Quia verò contingit interdum in casibus commissionis audientiæ huiusmodi testium iustitiarium ipsum in remotis abesse ac proinde ipsam audientiam retardari, vobis concedimus & mandamus, vt quemadmodum audientiam ipsam prædictis Iustitiariis commissuri, sic eam capitulo ciuitatis aut loci, vbi vos residere contigerit vel vicina inuicem dicti Iustitiarij, necnon & huiusmodi personæ bonæ, notæ opinionis, et approbatæ famæ, vt supra, committere valeatis ipsa prima ordinatione nostra à nullatenus obsistente. Datum Neap. per Barthol. de Capua, etc. anno Domini 1304. die 17. Octobris 3. Indictione, Carolus, etc. Magistro Iustitiario Regni Siciliæ, et iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, vel eius Locumtenenti, fidelibus suis, etc. Olim nostras vobis concessimus literas subscripta post salutem per omnia series. Peruenit ad maiestatis nostræ auditum, etc. vt supra vsque ad finem primæ literæ. Datum, etc. Verùm quia expedire contingit interdum audientiam huiusmodi testium pro celeriori expeditione causarum Capitanio regionis, aut alicuius terræ, seu loci, vni bonæ personæ, notæ opinionis, et approbatæ famæ per vos posse committi, vobis quòd audientiam ipsam possitis committere, siue Iustitiario regionis, et vni bonæ personæ similiter notæ opin. et approbatæ famæ, vel Capit. regionis eiusdem, aut alicuius terræ, seu loci, et vni bonæ personæ similiter, prout et quando vobis videbitur inuicem committere valeatis ipsa prima ordinatione nullate nus obsistente plenariam authoritatem præsentium ex certa nostra scientia committimus, et concedimus potestatem. Datum, vt sup. etc. De Bottis.

c *Prædictis.* Castrorum & feudorum.

d *Quo quidem casu.* Et hæc vera sunt, quia audientia † testium senium, videlicet, & valetudinariorum committitur in prædictis casibus. Sed tamen super articulis tantum & exceptionibus oblatis in principali. ¶Super articulis verò & exceptionibus oblatis ad repulsam testium hincinde productorum, nũquam committitur audientia, etiam in casibus prædictis, & ita seruant iudices Magnæ Curiæ. Item hæc vera sunt, vt succedat officium Curiæ in dandis iudicibus, vbi partes sunt discordes per legem antiquam. ff. qui satisd. cogan. l. de die. in princ. Sed melius. ff. de admin. tut. l. 3. §. fin.

† ADDITIONES. *No. quòd per hanc glo. similiter fuit commissa audientia test. in causa impugnationis instrumentorum productorum per Reuerendiss. Episcopum Ruborum contra Rainaldum de Lazaro per D. Colucium Coppula Auditorem Comitis Ruborum cum voto D. Ant. Ianuarij, in fi. Ianuarij 1518. Magister actorum*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

intellectum, si non velet, & publicentur testes, quid faciet actor, vel reus. qui non possunt vltra producere? dic quod agent contra iudicem, qui commisit, quia per imperitiam fecit litem suam † de quo tenetur, insti. de obl. est quasi male. in princ. Et hoc in causis feudorum, vbi si iudex non est soluendo, fiet restitutio contra aduersarium. ff. de eo, per quem fac. est. l. fin.

† ADDITIO. *Vide quot modis iudex facit litem suam, per Luc. in l. 2. col. 2. C. de muner. lib. 11.* De Bottis.

¶Sed in causis criminalibus hoc interesse non veniret, nam accusator puniretur, ex quo non probauit, ad similitudinem supplicij, quo reus ad pœnam propositi criminis, & sic videtur quòd ex hac iusta causa producantur testes, nõ obstante lapsu termini, argumen. in fi. huius constitutionis. Et non obstat quod didicit testificata, quæ non velent, & sic perinde debent haberi, ac si facta non fuissent: hæc enim paria sunt non fieri, & coram incompetente fieri. C. ne de statu defun. l. 1. extra de iud. et si clerici. Vnde dabitur restitutio, quasi steterit per iudicem qui commisit ff. de mino. l. 1. ¶Magna Curia consueuit sic facere. præsentatis testibus † in curia coram iudicibus, & iuratis per eos, committunt receptionem & examinationem alicui de Curia: quod valet, quia dicit litera in Curia præsentari, & per eum videatur recepti, apud quem iurant. ff. de bon. ex testa. misit. l. 1. in fi & d. §. vlt. Ritus iudicij seruari debet. C. de iureiur. l. fin. ff. de leg. l. minimè. sicut etiam seruabunt aliæ Curiæ inferiores. Inst. de setid. in fi.

† ADDITIO. *Vide an testis debeat in Curia præsentari. Capic. in deci. 90.* De Bottis.

¶Sed an receptio iuramenti testium committetur? videtur quòd non præ dicta ratione, quia videntur recipi apud eum, penes quem iurauerunt. Nam est substantiale. C. de testi. l. iureiurando. quod committi non potest. ff. de transactio. cum hi. §. si prætor. ¶Vnde verius dicitur contra, quod sic seruat vsus: Quia litere dicit, in Curia præsentari, pro quo est argum. C. de iureiur. l. generaliter. §. iisdem præsentibus. quòd iurent, substantiale est: sed quòd apud eundem iurent, non: nec interest aduersarij coram quo iurent, vnde tanquam leue non curatur ff. de vent. inspi. l. 1. in fi. Et qui per alium recipit &c. non potest conqueri de eo, quod non interest sua. ff. de procur. l. non cogendum, in fi. maximè si pars non contradixit, quia & in totum potest remitti de eius consensu, vt in l. iurisiurandi. in glo. ¶Consentit autem, quando non opponit. arg. C. de excep. l. fin ¶Idem enim esset, si non contradiceret, quia in inuitum redduntur iudicia. ff. de verbor. oblig. inter stipulantem. §. 1. ¶Quid si erant in carcere illi, contra quos testes producuntur, quia ita qualitas criminis exigebat? Et iudex commit-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

instantiam fisci committitur receptio testium officialibus loci, vel mittitur scriba fiscalis ad capiendam informationem, respectu tamen testium, qui sunt † senes, valetudinarij, mulieres, Clerici, Religiosi, vel simili impedimento impediti data

aſtorum notarius Iacobus Anellus Florentinus in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Adde quod Sacrum Conſilium conſueuit quòd quando ille cui conceditur terminus ad impugnandum vult examinare vnum, vel duos teſtes, aut plures exiſtentes in diuerſis prouincijs ita quòd eſſet neceſſe mittere plures examinatores, & vnus non poſſet omnes examinare, quia diuerſis vijs veniunt, tunc conſueuit committere audit stiam teſtium, non obſtãteſt in glo. per l. mediterraneæ, de anno. et tribu. et ita fuit practicatum in causa Motulæ, Magiſter actorum Annibal Famanus. M.A.P.

iudicibus electis a a partibus, vel datis à Curia committatur qui eos tantum teſtes recipient, quos ad curiam viderint venire non poſſe. Contra quos auditores, ſcilicet, per ele- electionem partium, vel à Curia approbatos probationes b in contrarium nullatenus admittantur, videlicet, ſi pars receptos teſtes ſanos, & iuuenes fore contendat.

¶ *Quid ſi plus expenderetur quàm ſit valor cauſæ, vide Bar. in l. mediterraneæ. C. de anno. et tribut. lib. 10. et Felyn. in c. nonnulli. in prin. extra de reſcript. et Aret. conſ. 82. in fi.* De Bottis.

a *A partibus.* Cuius erit electio partium, vt eligant, an iudicis. Credo quod tunc iudex eligat quando partes nolunt eligere, argumen. ff. de leg. 1. huiuſmodi. in fi. & ff. de adminis. tuto. l. 3, ad fio. quaſi illa dictio, ſiuè, notet ordinem, vt ff. de leg. 1. cum pater §. penult. Et ſic apparet quod vbi eſt quæſtio inter Regem & alium, non debet Curia eligere ſola iudices, vbi alia pars parata eſt eligere, & quia lites debent ſinè ſuſpitione procedere, & quia obſeruandum, &c. vt ff. de iudicijs obſeruandum. Et quod ſit electio iudicis vbi ſunt partes diſcordes, probatur expreſsè. C. de iudi. l. fi. §. electione. & ff. de iureiur. l. iuſiurandum.

b *In contrarium.* C. de iudi. l. fin.

Si

a *A por-*

a *Cau-*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

mittit audientiam teſtium ſenium, & infirmorum; An poſſit dicere captiuus, mittatis me, quia volo perſonaliter intereſſe iuramentis teſtium? Dic quòd ſi iudex † dubitabat de fuga eius, arctabit eum, vt faciat procuratorem ad hoc; quod ſi non faciet, recipientur in contumaciam eius: Nam non debet inſtrui ad fugam. ff de exhib. reis. l. fin. & qui propter odium ſunt in carcere, arctantur ad hoc. ff de minoribus. l. Papinianus exuli. ex quib. cau. maior. ſed & ſi ſic. Et propter fauorem arctatur quandoque. C. de procur. l. penul. regulariter non compellitur. ff. de iniurijs. ſed ſi vnus. §. idem. & aliàs ſine partis præſentia iuratur, quando mulier eſſet honeſta, in Authen. vt liti. iu. in prin.

† ADDITIO. *Vide Bar. in l. penul. §. ad crimen, col. 4. ver. Secundò quæro de publ. iudic.* De Bottis.

¶ Sed quid ſi iudex † vellet mittere, quia non timeret de fuga, cum expenſis rei pro cuſtodia in via mittet: argum. dict. §. iſdem præſentibus.

† ADDITIO. *Hanc opin. tenet Bar. in l. ad perſonas. ff. de iureiur. licet aliqui trne.snt contrarium, vt latè per Pomat. in addit. ad Bar. in d. l. ad perſonas.* De Bottis

Per defectum teſtium. Illæ cauſæ ſuperuenerunt poſt receptionem termini, & ideò ſit prorogatio. Nam per cauſas, quæ erant quando terminus fuit datus, non fieret prorogatio, vt ſi dicat ſe habere teſtes abſentes vltra mare, vel ſimile, quia etiam erant vltra mare, quando datus eſt terminus. Quem recipiendo renuntiare videtur illis, quæ tunc competebant. ff. de vacat. muner. l. prætor. §. ſi poſt cauſam, de dam. infecto. l. qui bona. §. de illo. Niſi de nouo perueniſſent † ad eum, & iurarent, extra de exceptio. cap. paſtoralis.

† ADDITIO. *Vide omnino Iasonem in repet. l. admonendi, 8. colum. ff. de iureiuran.* De Bottis.

Item ſi teſtes erant tunc infirmi, quia debuit petere committi audientiam eorum. Sed ſi teſtis ſanus citatus, & veniens ad curiam infirmetur, & terminus labatur, nec negligentia poteſt de hoc producenti imputari, fieret prorogatio ex hac iuſta cauſa: nam non negligenti tempus non currit, de anna. exceptio. l. 1. in fi. C. de inoffic. teſtam. contra maiores. Quod dic vt ff. ſi quis cautionib. l. 2. ibi, morbus iubet iudicij diem eſſe diffuſum. Loquitur etiam de teſte: quia eadem eſt ratio, ſicut in principali, & eius procuratore. C. qui pet. tutores. l. cum à matribus. de appellationibus præſes. & argum. ff. de accuſationib. l. libellorum. io fi. ad Turpillia. l. ait prætor. §. 1. Sed ratione ætatis non fieret. ff de minoribus l. auxilium. argum. contra. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine. l. 1. §. quibus.

In

In tertia parte mobilium. Quid ſi pars, pro qua teſtes ſunt citati, velit eos per coactionem condemnari, nunquid per curiam fiet condemnatio ad tertiam, vel ad pœnam impoſitam? pone quòd die, quo debuerunt teſtes venire, pars non inſiſtit, vel non fuit præſens, an procurator propterea poſſit accuſare? Videtur quòd ſic, nam cùm non venit ad diem, incidit in pœnam, quam pars in curiæ præiudicium etiam expreſsè remittere non poſſet: argum. ff de pactis. l. fin. & de bon. poſſeſſ. contra tabul. l. ſi poſt mortem. §. fin. Dic quòd fiſco nunquam acquiritur, niſi pars inſtet, & contumaciam accuſet. Nã multa non imponitur danda fiſco, niſi actoris interſit. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. l. 2. & in glo. Vnde ſi principalis pars non veniſſet ad diem, & ſic eſſet circumductum edictũ. ff. de iudi. l. & poſt edictum. nunquam fiſco aliquid acquireretur: quia hæc pœna debetur fiſco conſecutiuè, non principaliter, & ſic ſi principaliter non procedit, nec id quod ex eo ſequitur. ff. de regul. iur. l. cum principalis. Vnde videmus quòd condemnatio tertiæ partis mobilium in contumacem non ſit, niſi quando actor comparet ad diem. Quando condemnatio ſit principali, tunc ſit fiſcu de tertia. Nam non ſunt duæ petitiones, vt vna fiat ſine alia, immo vna, ſcilicet eius, qui agit. Et quia ſequitur condemnatio fiſco propter contumaciam, & principali non procedente non procedat alia. ff. de eo quod certo loco. l. centum. C. depoſi. l. 4. Idem ſi remittat actor, nam fruſtra de pœna, &c. ff. ſi quis cautionibus. l. 2. in princip. ¶ Antequàm acquiratur fiſco, poteſt principalis remittere. ff. de oper. noui nuntia. l. 1. §. vnde quæritur. Ipſe tamen punietur, ſicut dicitur ſupra de calum. poſt citationem. Quid autem ſi venit pars in termino, & nihil dicat, in curia tamen eſt præſens? Reſpondeo, non ſufficit venire ad iudicem, ſed debet proteſtari. ff. de excuſat. tutor. l. ſcire. §. ſufficit. Vnde oportet, quòd dicat, ego veni propter talem cauſam, & inſiſto. Sed ſi pars venit, & accuſat in termino, & procurator fiſci non accuſat, an ſufficit? Reſpondeo, niſi principaliter peteretur hæc pœna per curiam, oportet quòd procurator eius accuſet contumaciam, ſicus priuatus: quia fiſcus eodem iuris ordine vtitur. C. de dilationibus l. penult. & de conductor. & procur. ſiuè exact. præd. fiſca. & domus Auguſtæ. l. 1. at hoc non principaliter, ſed conſecutiuè dictum eſt. Cum ergo non ſint duæ principales petitiones, ſcilicet actoris, ad cauſam, & fiſci ad pœnam: Sed vna, ſcilicet actoris ad cauſam, in qua ſi aduerſarius eſt contumax, conſequitur fiſcus pœnam, ſufficit principalem adeſſe & inſtare, per d. l. centum. & l. 4. & ſic cum principalia non comparet, non ſufficeret procuratorem fiſci inſtare, vt ſu-

pra

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

datur fiſci patrono notitia, nominum, cognominum, & impedimenti committitur ipſorum audientia etiam ad defenſionem

nem inquiſitorum, immò etiam † in cauſis ciuilibus non ſolet committi audientia teſtium in caſibus enumeratis per Carau. 3

N ad

Si testes producendi, vel recusauerint deponere, vel coacti non fuerint ab examinatore infra terminum datum pe ti debet prorogatio ipsius. h.d. Tapia.

§. Sanè si in termino ad probandum dato pars, quæ probare debuerat, in probatione deficiat per defectum testium, qui sibi venire promiserant, vel ipsius iudicis, aut a coactoris alleget nequitiam: atque propterea terminum exigat prorogari. Non aliter ad hoc ipsum audiri decernimus, quàm † si b infra prædictum terminum c hoc alleget, quòd infra

a *Coactoris.* Qui testes cogere debet. Sed an senex cogetur ferre testimonium? videtur quòd non, vt ff. de testi. inniti. de iu.immu.l maiores,& de exeu.mu.l.2.& hoc secundum.l.

ADDITIO. *Adde Host.& Ant.de But. in c. 1. de testi.cogen. Doct.in c.dilectorum,eo.tit.* Superant.

Sed secundum Canones die eos compelli, vt extra de falsis. c. 1.de iudi.cap. nouit.& arg.ad hoc.ff de vaca. mu.l.2.§.corporis.

b *Infra prædictum.* Benè dicit infra prædictum, &c. vt ff. de appella.re.l. sicut in fi. & de noui oper.nunt. de pupilln. §. si quis ipsi prætoris, & C. de non nume.pecu.si intra, & l.in contractibus.§.:.it.& de condi. ex lege. l. vlt. & C. de his qui per me.iu.non appella.l.2.in fi & de anna.except, vt perfectius,& ff.de excusat.tuto.scire oportet §.sufficit, in versic. scire autem, & versi.oportet autem. ¶ Vnde cum per iudicem steterit, nullum sibi exinde præiudicium circa lapsum termi-num generetur, vt in Authen. vt spon,largi.§.illud. & argum, ff.de dam.infec.l.si finita. §.eleganter. ex quibus causis maiores.sed & si per prætorem.§.ait prætor. ¶Imò cum per ipsam partem non steterit quominus probet infra terminum, perinde habetur ac si probauerit infra terminum ante dictum, vt ff.de reg. iur, in omnib. causis. & de sta.lib. si peculium.§.cum seruus. sibi enim nil obijci potest, vt ff.de condi.& demonst. l.Tá tio fundū. & l.si ileius status. quia fecit quod potuit & non cessauit, vt arg.ff.de excus. tut. si cum ipse institueret. de minorib.intra.& C. de inoffic.testam. contra maiores, & C. de anna.excep.l.s.in fi.& in Authen de appella. circa princip.

c *Hoc alleget.* In Curia coram iudice: Videlicet qui commisit audientiam testium,vel minus coram probis viris,si non posset tam cito ire ad iudicem constitutum fortè in loco remoto, vt argum.ff.de noui oper.nunc.de pupillo. §. si quis ipsi. & de Decu l.honorem,in fi.& de adulter.denunciasse in princip.& C.de iudi.l.cum specialis,& ff.de nau. fœno.l.Labeo.

a *Patri*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

pra dicitur: pro quo est ff.de penu.lega. l.2. & ita cum principalis adest,sufficit quantum ad accessorium, & pœnam, quæ consecutiuè debetur.ff de penu legata. l.2. nam quod fit in principali,fit in consecutiuo.ff de pactis dotalibus.l.inter.§ cū inter.C.de iure dot.l.etiam.Nam & redhibito seruo principaliter vendito,redhibetur accessorius, etiam si non sit vitiosus. ff de ædil.edicto. l. proinde § fin. ¶ Contrahitur ergo contumacia quantum ad fiscum de pœna propter principalis instantiam. ¶Sed an statim post terminum fiet condemnatio fisco,& an post dies ex interuallo, puta, die Lunæ in termino pars institit, & est in causa processum, procurator fisci non petijt pœnam tunc, sed die Iouis, aut quia ignorauit contumaciam tunc contractam,aut si sciuit,fuit negligens? Videtur distinguendum, vtrum ex interuallo, an statim non diuertendo ad alios actus,per l.1.ff.quod vi aut clam. l fin. in fine,de incen.ruina naufr l.si quis ex naufragio. §. 1. sicut in veniente & recedente.qui habetur contumax.C.de decurio.l. si quis decurio Vel dic quod illud magistraliter dictum est de eo, qui venit & illicentiatus recedit,qui non est ita fortiter contumax,sicut qui non venit.Nam qui venit,adimpleuit mandatum iudicis: sed facit contra mandatum legis dicentis,quod non recedat sine licentia,d.l.si quis decurio. At qui non venit,spernit mandatum iudicis,& sic durius agitur cum ministro legis, quàm cum lege: & hoc no.ff.de arbi.l.Celsus. Propterea cum eo,qui contra legem fecit, quia mitius agi debet cum eo adhibetur temperamentum, vt si recessit sine licentia, statim possit contumax reputari, non ex interuallo.

ADDITIO. *Adde c.certum. 11 q.3. & in c.2. de iudi.*

At in eo, qui non venit, cum semel fuerit contumax, semper durat contumacia, nisi purgetur: sufficit enim semel moram fieri,vt perpetuò debeatur.ff.de legat.& fideicom 2.l.Titia. §. vsuras. de vsuris. l. cum patri. Et quanto plus per plures dies expectatur,tanto plus euidentior fit contumacia sua: quia semel inter initia facta perseuerat. ff. quod vi aut clam. l. 3.§. illud. Vnde si procurator fisci sciuit hunc contumacem,& non petijt statim eum condemnari, non potest dicere contumax, fuisti negligens, quia non potest imputari culpa vnde lucrum sensit.ff.de iure dotium. cum in fundo. §. quod si mulier. Et quia contumax fuit in dolo, quòd non venit: sed procurator fuit in culpa,quia non statim petijt,dolus præponderat culpæ. ff.ad legem Aquiliam l item si obstetrix. § fin. si fuit procurator ignorans non debet esse deterioris conditionis,quàm sciēs. ff.de noxalib.l.non solum. Nec est mirum, si accusatio contumaciæ per principalem operatur sibi & fisco: nam id quod est facti,sicut solutio ff.de curatore furiosi.l.consilio.§.fin. potest parere diuersos effectus non contrarios.ff.de solutionib.l.innumeratio. ib.§.fi.secus si essent contrarij,eod.ti.l.qui hominē.§. vlt.sed & cōtrarios posset parere diuersis respectib.ff.de inoff. testamen.l Papinianus.§ sed nec impuberis.sic & hic per ministerium alterius, & ex facto contumacis committitur pœna fisco contra eum,argumen ff. quod vi aut clam.l.3.in fine primi responsi. ¶Sed an habeat locum hæc constitutio, & similes imponentes pœnam non venientibus ad iudicium in termino, supra de calum.l.sæpè contingit. cum inferioribus legibus in eo, qui venit,& illicentiatus recedit? Videtur quòd sic, d.l.si quis decurio. & l. scire oportet. & quia videtur eadem ratio,ergo idem ius ff ad legem Aquiliam. illud. de verborum obligation.l.à Titio.non enim liceat testibus ante terminum recedere. C. de testibus.l.si quando. Contra videtur,quia pœnas imponuntur non venienti sient dicit hæc litera: videlicet, venire detrectent.de recedente non loquitur,& sic omisit: Nam si idem voluisset in eo, dixisset. C. de cadu.tollen.l.1.§.1.nec extendetur,cum sit odiosa ff.de libe.& posthum.l cum quidā. ¶De non veniente tantum intelligitur. ff. de verborum oblig. si minor. ¶In recedente,de quo non loquitur nec directè nec vtiliter ad eum constitutio extendetur. ff. soluto matrimon. si verò. §. de viro. ¶Primum verius per l. si quis Decurio. & sic videmus seruari. Quia ante litem contestatam forbanniantur hi,qui veniunt, † & illicentiati recedunt, cum hac tamen distinctione, si citatus fuit ad aliquod certum capitulum, vt ad publicandos testes, eo facto, ad quod citatus est, si recedat, non putamus eum contumacem, sicut elapso tempore, quod datur ad permanendum, si sine licentia recessisset, d.l.si quando. nam eo facto non interest aduersarij plus morari, & sic pœna non committitur.ff.si quis in ius vocatus non ierit.l.2.& supra dictum est.

† ADDITIO. *Vide Luc.in l.si apparitor.1.col.C.de Cartula. lib.12.* De Bottis.

Eo

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ad Rit.158.num.5.& sequenti, qui hanc materiam explicat in Rit.85.87.141.142.156.& 158. quibus in locis videri poterit huius rei practica. At in Sac.Conf. † destinatus est certus numerus examinatorum, quibus tàm in Ciuitate, quàm extra com-

fra eundem diem Iudex, vel coactor alius dari poscatur, tunc postquàm a parti alteri ri fuerit per cognoscentes literas intimatum, b ex iusta causa, & necessaria pro-

a *Parti alteri.* Debet enim innotescere parti aduersæ, vt in Authen. de tempo. non so. pe. super dot. §. si autem in iudicio. coll. 7. & causa cognita indulgeri, vt C. de dila. à procedente. & huiusmodi termino prorogato, altera pars similiter vti poterit, vt C. de temp. in integ. rest. l. pet endæ, in fi.

b *Ex iusta causa.* Id est, ex prædicta causa, quę est infra terminum protestata, quod videlicet, non stat per eam: sed per iudicem siue testes, quæ quidem satis est iusta, ne ex culpa alterius damnum sentiat litigator, vt ff. de aliena. iud. mut. causa fa. l. 1. in princip. & C. de acquir. possess. l fin. & de reg. iur. non debet, & ff. de no. oper. nuoc. de pupillo § si plurium res. cum fi. quoniam non debet damno afficere culpa temeritatis alienæ, vt C. vnde vi. meminerint.

Idem enim esset, si aliqua iusta impedimenti causa subesset, facta inde protestatione infra iam datum terminum: si fieri potuit, vel non facta, si non potuerit fieri. nam plus quàm semel debet dilatio tribui pro singulis causis impedimenti, scilicet, & hoc propter litigantium vtilitatem vt C. de fer. & dilat. l. vltima & l. oratione. in princip. & in Authen. de testib. §. si verò decedens. & argum. ff. si quis cautio. l. 2. §. si quis in iudicio. Aliàs sine iusta causa non debet amplius, quàm semel dari dilatio, nec aliqua prorogari, vt C. de dilationib. l. s. in fi. est enim dilationum materia amputanda, vt C. de temp. & reparat. appl. l. 2. in princ. Et ideò dilationes huiusmodi sunt arbitrariæ moderandæ, & breuiandæ, sicut iudici videtur considerata locorum distantia & temporis qualitate: non autem vltra legalem metam, quæ est C. de dilat. siuè pars. & ff. de iudic. nonnunquam. ¶Sed quæro hic, ecce terminus peremptorius † ad probandum datus est lapsus, nec subest iusta causa impedimenti aliqua, quin litigator probare debuit infra ipsum terminum.

† ADDITIO. *Vide Bertran. consil. 269. vol. 1. & Capic. decis. 81. & 90. & quando terminus est peremptorius si allegetur impedimentum, an sufficiat iuramentum per Laur. Silu. consil. 19. col 3. & Guid Papæ decis 64.* De Bottis.

¶Modicum post terminum fortè, videlicet, ante publicationem testium, & antequam testificata didicent: vnus ex litigatoribus non petendo nouam dilationem ad producendum testes. Sed habens testes paratos petat instanter à iudice ipsos recipi super articulis suis. Nunquid iudex potest, vel debet eum audire, & testes ipsos recipere altera parte contradicente; Et videtur quòd non, ne leges fiant ludibrio, vt C. de b o quæ lib. l. fina. §. vbi autem puerilis ætas. & de cur. fur. cu alijs, in fi. & ne Imperium iudicis fiat elusorium & inane. ff. de iudic. si prætor. in princip. & ne quid in loco publ. l. fin. Iudex namque non audiat ammodo hunc dilationis atque iudicij frustratorem, vt ff. de appel. re. eius qui. & de procur. l. vlt. in prin. & ex quib. cau. maio. sed ad eos. Iam enim non esset inter desides & vigilantes differentia, quod esse non debet, vt C. de anna. excepr. vt perfectius. quia ius ciuile vigilantibus scriptum est, vt ff. de his quæ in fraudẽ. l. pupillus in fine, & ff. ex quibus caus. maior. l. non enim. & de edendo. l veluti.

ADDITIO. *Adde l. pupillus. ff. de priuil. credi. glo. in proœ Instit. cap. imputari. de fide instrum. Azo in sum. titu. de bon. auth. iudic. poss.*

Respondeat itaque sibi iudex, te non admitto, quia sera prece tibi desideras subueniri, vt C. de iur. & fac ignor. l. 2. & sic tuam seram interpellationem placuit non admitti, vt C. lib. 11. de naufr. l. si quis. ¶Et suæ facilitati, ac negligentiæ imputet, cum non oporteat sic per singula momẽta aduersarium onerari, vt ff. vt in poss. legar. l. si is à quo. § fin. Sed sufficit semel, aliàs non esset litium finis. Item argumenta sunt valida pro hac parte. ff de pact. tale pactum, §. qui prouocauit & C. de transactionib. si super possessione. Quid plura? per lapsum termini tacitè renuntiare videtur productioni testium, vt arg. C. qui accusare non possunt. si ea. ¶Et sic postquàm renuntiauit, ad id redire non potest, vt C. de iureiuran. l. si quis iusiurandum, & in Authen. de trien. & semisse. §. de successionibus. ita in collationibus, vers. hoc autem dicimus collat. 3. nisi probationibus actor, &c & extra de testib cap. intimauit. cap. de testibus. & c. cùm venisset. quæ iura velle videntur, quòd postquã renuntiatum est testibus, seu probationibus, vlterius testes produci non possunt, sicut nec potest quis redire ad litem, cui renuntiauit, vt C. de pact. l. postquàm. sic non est dandus regressus suas remittentibus actiones, vt ff. de ædil. edicto. qualiter. §. si venditor. sicut non potest quis recurrere ad hæreditatem repudiatam. vt C. de repud. hæred. l. hęres si cum maior. Neq; ad bonorũ possessionem post repudiatam, vt C. de repu bo. pos. l. 1. & l. si. Nec ad exceptionem, cui renuntiatum erat, vt C. de epi. & cle. l. si quis in conscribendo. cùm licitũ sit cuique bet renũtiare iuri suo, vt C. de pact. l. vlt. & ff. de min. si iude & quod

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Eo verò casu non facto, vel si citatus simpliciter ad procedendum, in omnibus litis capitulis videtur citatus, secundum Innocen. extra de officio lega. capit. consuluit. recedens sine licentia erit contumax, cum illo temperamento, vt procedatur statim non ex interuallo, vt dictum est per l. ff. quod vi aut clam. l. fina. in fine. ¶Ponit iudex certam pœnam non venienti vt veniat, an etiam imponet vt restituat? Confessis enim dabit iudex præceptum vt soluant per l. si debitori. ff. de iudi. ponet ne tunc pœnam vt infra terminum, & diem soluat? quia l. si debitori. dicit cum competenti cautela, illa est magis competens, quæ magis timetur, extra vt lite non contesta. capit. quoniam frequenter. in fi. satis potest dici quòd sic, vbi viderit iudex hominem litigiosum, & difficiliter credebat eum parere, & soluere: nam ff. de appell. l. creditor. §. iussus. dicit quòd tenetur ad interesse, si non soluat secundum iudicis præceptum. Ex quo videtur, quòd possit pœnam imponere iudex, eo quòd probare interesse difficile est. ff. de præto. stipu. l. fina. moderatè tamen secundum conditionem soluentis, & quantitatem, quam iubet soluere, vt faciat sicut vir bonus. ff. de neg. gest. l. Pomponius. & ff. de act. & oblig. l. fin. ¶Item quid si veniat ante condemnationem? dic quòd non condemnatur. ff. vt in possess. lega. l. si pecuniæ. de opt. leg. l. manciporum. Item infra quantum tempus non veniens poterit ad hanc pœnam condemnari? Videtur vsque ad 30. annos exemplo omnium personalium, siue dicas officio iudicis, siue condictione ex hac constitutione. C. de constit. pecu. l. s. Verius est, vt infra tempus quo instantia causæ durat, scilicet, triennio in ciuili, biennio in criminali, & etiam minus, si minus erat, dicendum est de triennio, vel biennio. Et est ratio, quia tunc hoc officium non est principale, vt habeat locum. ff. de alimen. & ciba. leg l. seruos. sed deseruit actioni, & accusationi propositæ: non enim principaliter, sed consecutiuè deberetur hæc pœna, vt dictum est, vnde expirante causa, expirabit hoc officiũ. d. l. centum. & deposi. l. 4. pro quo est d. l. cum principaliter. C. de vsuris. l. eos. ¶Posset tamen non absurdum dici, vt hæc pœna possit peti condictione ex hac cõstitutione, etiam instãtia

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

committi solet receptio testium, quamuis aliquando in causis parui momenti, ne partes dispendio fatigatæ causas deserant, solet, solet committi ordinarijs loci, vel quando agitur de capienda informatione summariè super remissione petita, vel de alia re

a prorogatio termini poterit b impetrari.

Commissarius destinatus ad recipiendos testes si negligens, aut dolosus fuerit in causa ciuili, vel criminali punitur idem in teste recusante deponere. h. d. Tapia.

§. Is tamen, cui commissa est audientia, seu coactio testium prædictorum, si in commisso sibi officio dolosus, aut negligens inuentus fuerit, Curiæ nostræ in

& quod est semel repudiatum, numquam conceditur re integra, vt C. de condi. insert. l. vltima. ¶Ex aduerso videtur quòd sic: quoniam purgari in iudicio præcipuè mora potest, etiã si sit dies apposita, vt C. de fideiussorib. sancimus. & ff. si quis cautio. & si post tres. & de arbi. si cùm dies §. fi. & l. Celsus. Nisi interesset parti alterius propter moram scilicet, quòd ius suum de eerius propterea factũ esset, id est, deperijsset, licet fortè sua interest circa expensas, vt in præallegata lege continetur. ¶Item rebus existentibus integris, & in eodem statu manentibus ad iam omissa recurritur, & post terminum etiam quis auditur, vt ff de optio lega. l. mancipiorum. & C. de repud hæred. l. vltima. cum simil. Nec debet sibi nocere, si paulò serius venit, vt C. lib. 1a. de fundis patri. l. 2. & argumentum bonum. ff si quis testamen. liber esse iuss l. 1. §. generaliter. & l. fin. Nempè licitum est in iudicio pænitere, vbi non est parti alteri captiosum, vt ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. Celsus. In casu autem quæstionis nostræ nil interest partit alterius, nisi forsan aliquantulum in expensis, & adhuc sunt omnia integra in statu primo, nec aliqua captio partit alterius erit, cum nõdum sint dicta testium publicata. Nec testificata ad partis notitiam deuenerunt. Hæ tamen expensæ, quas propter moram huius partis altera fecit, sibi iudicis officio præstabuntur, vt C. de iud. l. sancimus. & de bonis autho. iudi. possiden. authent. ei qui iurat. Amplius esto, quod renuntiasse intelligatur, talis renuntiatio non nocebit. Nam in probationibus publica & frequens versare debet vtilitas, ne videlicet veritate occultata, falsitate expressa, quòd facilè plurima hominum calliditas adinuenit, vt animæ periclitentur, vt in Authen. de testi. §. 1. in princ. ff de testib. l. 1. in principio. Legesque probationibus multum fauent, ne coerceantur, sed potius abundantia sit ipsorum, vt C. de hæret. & Manich. quoniam. in fi. & de rebus credit. generaliter. in princip. & in Authen. de testib. § & quoniam scimus dudum. ¶Vnde priuata renuntiatione tolli non potest illud ius publicum probandi, vt ff. de pactis. l. ius publicum. & vt notatur plenè hoc in Authen. vt fine prohi. matres debit. & credit. tute. ge. nit §. quia verò. multa habemus in glo. ordin. quæ incipit, vt si quando obligauit se pro pupillo teneatur, aliàs non, &c. ¶In hac quæstione videtur dicendum, saluo consilio meliori, quòd potest iudex, si sibi videtur talem litigatorem procedere non malitiosè, eum audire, & etiam post terminum suos testes recipere, dummodo non multum post terminum veniat litigator, vt argumen. ff. de verborum oblig. si quis ita permiserit. §. Seia. & ff de culto. & exhib. reorum. l. 1. circa finem. Quod totum ad iudicis cognitionem remittendum est, vt in eo. §. Seia. dicitur. & est argumentum. ff. de iure deliberan. l. 1. in fi. & ff. de testib. quæsitum. & ad hoc expressum est in Authen. de testib § si verò deducens. vbi dicit, non tamen per longum interuallum, &c. quod iudicis erat arbitrio, vt ibi subiungit, expressa etiam renuntiatio, quod plus est, quàm tacita, vt ff. de adulter. l. si maritus. § si negauerit. Non nocet in testibus producendis: sed nocet quarta productio, & didicisse testificata, vt in Authen. de testibus. §. quia verò. vbi de hoc, & notat dominus Azo in summa de testibus §. vbi autem semel produxit testes. ¶Et ad hanc sententiam testium accedit dom. Card. in summa sua super Longobar. de testi. l. si quis eum altero, circa princip. & Domin. Innocen. in apparatu suo, extrà de testibus, cap. cùm venisset. in glo. ordinaria, quæ incipit, nota quòd post renuntiationem testium factã, &c. ¶Et hæc est sententia de bono & æquo, licet iuris rigor contrarium suaderet, vt ff. de verborum obligat. l. si seruum §. sequitur. ¶Et prædicta accipe, nisi hic litigator, qui modo venit, iam testificata didicerit, sicut dixi, seu modo quartam productionem fecerit, cum trinas productiones ante ipsum terminum iam fecisset. quo casu ad istam quartam non debet admitti, nisi primo præstito sacramento, quod testificata non fuerit percunctatus, vt in Authen. de testibus, §. si verò deducent. de testibus. cap. in causis. & cap. vlt. ¶Ne miretur, quòd iudex post terminum peremptorium gratiam facit parti: hoc enim sibi permittitur æquitate suadente, vt extra de offic. & pot. iudic. delega. cap consuluit. & ff. de iudic. nonnunquam. & l. post edictum. in princip. quam iudex semper habere debet præ oculis, vt ff de eo quod cer. loc. quod si Ephesi. in fine. eo maxime quod iudex debet ad veritatem indagandam intendere modis omnibus, quibus potest, vt ff. si quis cau. eum. in princip. & C. de eden. it apud quem. Porrò tanta potestas datur iudici circa iudicia, vt possit etiam in præiudicium partis alterius parcere contumaci, vt . quomodo & quando iudex. l. 1. not. per Bar. in præallegato capit. consuluit. Nam non quicquid iudicis potestati committitur, necessitatem imponit. ff. de iudic. non quicquid. & de offic. præsid. sæpè. Processus namque iudicij iudicialis est authoritatis, & in potestate ac motu iudicis situs est, vt C. de iudic. properandum. § 1. de accusat. qui explicandi. ¶Indubitanter igitur potest iudex, si sibi æquum videbitur testes recipere, etiam post elapsum terminum peremptorium, vt est superius plenè dictum, maximè vbi post terminum mora modica intercessit, & vbi testes sunt præsentes, ita quod non expediat noua dilatio, sicut posui in problemate quæstionis, etiam probatur. ff. loc. si in lege. §. colonus. & de arbit. l. tem si vnus §. si multo. & de iudic. si debitori. quæ iura dicunt non curandum de modica mora, vt ff. vt in possess. l. si is à quo. in princip. & ad l. rebell. ille à quo. §. testamentu & ad exhib. l. 3 §. ibidem. quæ iura loquuntur, quando probationes in promptu paratæ sunt, vt extra de resti. spol c literas. circa fi. ¶Tolerabilius enim & melius est, quòd iudex peccet in dilationib. quàm in sententijs, vt argumen. ff. de var. & extraordinar. iud. l. penult. in fine. & C. de iudic. Authen. iubemus. & argumen. C. de precib. Imperat. offeren. quoties. Quamuis nunc dubio possit imputari litigatori cur non infra terminum testes produxit, vt argumen ff. ad exhiben. l. tigni. §. si quis cum iudicij, &c.

a *Prorogatio.* Non videtur hic nouus terminus dari, sed vetus prorogari, vt argum. ff. de precar. sed si manente. & de arb. si cum diet. 1. resp.

b *Impetrari.* Primo termino nondum transacto, alioquin nondum

---

ANDRAEAS DE ISERNIA.

cia finita, sicut mulcta iudicis, quando non obtemperatur quæ petitur actione in factum descendente ex illo edicto, si quis ius dicen. non obtemp. not. in d. titu l. 1. & not Roffred. in libellis suis. si quis ius. &c. & tunc ista condictio durat vlteriori tempore, quàm causa principalis. Sed nunquid pænalis stipulatio iudicio sisti committatur contra reum, licet actor in iudicio dato termino non comparuit, nec reus venerit ad iudicium? Dic quod sic, vt no. ff. si quis in ius voca. non ie. l. a. in vlt. glos.

Omnem damni æstimationem. Nunquid si omisit quærere de alio

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

re simili, in causis verò criminalibus quæ coram Regijs Consiliarijs agitantur per remedium appellationis non per examinatores Sac. Conc. sed per Scribas fiscales, aut Officiales locorum, quando fieri potest testes recipiuntur, quod verò dximus

in tertia parte mobilium condemnetur, & nihilominus parti læsæ a omnem damni b æstimationem satisfacere te-

nōdum prorogaretur primus terminus, si esset alius terminus, vt ff. de preca. l. sed si manente. ff. de arbitr. si cum dies. in fi. 1. respon. ff. quando dies leg. ced. l. 4. ff. de leg. 2. ab omnibus. §. cum quidam.

a *In omnem damni æstimationem.* Concor. de testi. l. si quando. in fi. fecit enim litē suam, vt ff. de var. & extraor. cog. l. si Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nasc. in princip. ¶Et dic damni, scilicet tam expensarum, quàm etiam litis, si pars læsa damno litis afficitur, vt si non fuit sibi prorogatus terminus: quia fortè infra terminum non fuit protestata. Vel quia iudex noluit prorogare, licet pars fuisset protestata. Nec poterit iste talis coactor propter delictum & culpam suam obijcere parti, quòd infra terminum protestari neglexit, vt in glo. ordi. super simili. ff. ad legem Aquiliam. l. in lege Aquil. si deletum. in glo. quæ incipit, Imò videtur &c. & l. Stichum aut Pamphilum. in glos. quæ incipit, innuit, &c. ¶Et quia culpa partis non attenditur, nec nocet in propria causa sua, vt ff. solu. matr. l. etiam. §. licet. Sicut culpa actoria attenditur & punitur in causa aliena, vt ff. sol. matrim. si constante. §. si maritus. Non ergo culpa partis abolet culpam, quæ præpōderat coactoris, vt ff. ad leg. Aquiliam. item si obstetrix. in fi. ¶Similiter non poterit talis coactor opponere, quando iudex noluit prorogare de iniuria indicantis, vt pars potius conqueratur de iudice, qui ipsam non audiuit, vt ff. de euict. si per imprudentiam. in princ. & ff. de eden. l. argentarius § sed an hoc procedat. Nam hanc iniuriam pars recipit propter factum coactoris ipsius, vt ff. de fideiuss. l. exceptione. & not. in glo. ord. ff. de neg. gest. naui & seruus. §. 1. in gl. quæ incipit, scilicet, mandati, &c. ipse nāq; coactor extitit huius rei, vt in Auth. vt lice. mat. & auiæ. §. si quolibet modo mulier.

b *Aestimationem.* Non dicas totius causæ, vel litis, sed expensarum quas fecit in probatione facienda, vel prorogatione termini impetranda: hic enim, quando impetratur prorogatio termini, causa non amittitur, alioquin prorogatio termini esset nulla. Cum verò intra terminum non impetratur prorogatio, & in termino non probatur, tunc causa ciuilis amittitur, si testes aut coactores soluendo sunt, & in eo casu tenentur ad omnem æstimationem totius causæ, vt in fine huius legis dicitur. Vbi assignatur differentia inter criminales quæstiones, & ciuiles. Criminalis enim quæstio propter lapsum termini non amittitur, & ob hoc æstimari non potest, quando agitur ad capitalem pœnam. Testes aut iudices damnantur ad tertiam mobilium, & in viaticis, & sumptibus litis. G.

A D-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

alio articulo facta publicatione quæret? Videtur quòd non, sed agetur contra examinatorem ad interesse. videtur corrigi, extra de testi. cap. per tuas. sed infra de testi. non producendis, iterum dicit glo. quòd iterum à teste quæreretur, & dictum est supra. l. lite. Et principium huius constitutionis loquitur quando fuit negligens in citando, vel dolosus, quando posuit sanos esse infirmos, hic etiam versiculus tamen &c. dicit dolosus, aut negligens. ¶Legum autem dicentium quæri à teste id, de quo non fuit interrogatus, correctio vitanda est. C. de inoffic. donationib. l. 1. de inoffic. testam. si quando. ff. de pecu. qui generaliter.

ADDITIO. *Adde l. illam C. de coll. l. sancimus. C. de testi. & in cap. cum expectat. de elect. lib. 6.*

In criminalibus. Secus videtur iure Roma. vt si testis non curat venire, non expectat iudex vltra terminum lapsum, testes coercentur per iudicem captis pignoribus, & mulctis impositis. ff. de tabu. exhiben. l. 3. §. exigere. & cogentur etiam personaliter, hoc enim significat verbum coercere, de concus. l. 1. Si autem non inueniuntur testes, iudex procedet quantum liquet de causa: vnde si probatum sit Titium accusatum occidisse hominem, & dicat Titius quòd ad sui defensionem occidit: quod offerret probare per Petrum & Ioannem testes, qui non veniunt, nec volunt testimonium dicere, & non curant pœnas impositas nec prætoris remedia, condemnabitur Titius, quia delictum probatum non debet esse impunitum. ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. in fine. sibi imputet accusatus, si testes † fugerunt, vel nolunt venire, quia ipse debet videre, quomodo probet defensiones suas, non iudex. C. de eden. l. 1. Nec enim constabat iudici, quòd illi testes sciant, quòd ad sui defensionem factum est: dicet accusator, quod accusatus fecit eos fugere, non debet dari via malitijs. C. de indic. vid. tollen. l. 2. ¶Vel si sciret iudex, secundum probata tamen procedere debet, rigor iudiciorum est vt frequenter puniatur, qui non cōmisit si sit probatum: patet in eo, qui confessus est hominem occidisse, qui viuit. Nam punitur si non doceat quod viuit. ff. de interrog. act. qui seruum. ad l. Aquil. inde Neratius. §. si. punietur etiam nihilominus & ipse perpetrator homicidij. d. l. quod seruum, & sic punitur qui deliquit, & qui non deliquit. Nouum ergo induxit hæc constitutio, vt in criminali causa iudex testes cogat venire post terminum semel citando eos, post terminum lapsum, vt si veniant recipiantur, nō obstante lapsu termini, scilicet, primi. Sed si non veniant. iudex non expectabit vlterius testes: quia aliàs non esset finis litium, & procuraret accusatus cautè quod non veniant testes. ¶Quod ergo dicitur hic, non obstante lapsu termini, scilicet primi, ff. de verborum significationibus l. boues. §. hoc sermone de conditio. & demonstratio. hæc conditio. nam infinitas debet vitari, etiam si dixisset, rursus post terminum. ff. de lega. 3. fideicom. §. si quis decem. secus si dixisset, quotiens terminus labetur. ff. de fideiusso. l. si ita. quibus modis vsusfruct. amit. l. sicut. de eden. l. veluti. pro quo est. ff. de bon. autho. iud. poss. l. fin. § fin.

† ADDITIO. *Pondera ergo, quod si carceratus non potest super causa criminali suos producere testes, & fuit elapsus terminus, quòd sibi præiudicat, & non restituitur. quod limita, nisi aliter videretur iudici, puta quia verè videbit eum impeditum defectu procuratoris, vel aduocati, aut aliàs non valuit inducere iura sua, & se defendere. ita quem omnino videas, in l. fin. C. de erogat. milit. anno.* De Bottia.

I*N pecuniarijs.* §. eodem, in fine. Quæro an testis possit compelli ratificare dictum suum? Dic vt in l. certum. in principio, ff. de confessis. Petrus.

In glo. in versic. quo quidem. quæ ordinaria est, dicitur quòd audientia testium senum, vel valitudinariorum in prædictis casibus commissis, & super articulis, & exceptionibus delatis in principalibus, nunquam admittitur, nec repulsa in prædictis casibus: & ita seruat magna curia. quod seruari debet per alias curias, vt hic dicit And. Sed potest dici, quòd senum, & valetudinariorum potest committi, per l. iudicea. & authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrumen. & ibi per Bald. & tex. in hac constitutio. qui expressè vult, quod in omnibus causis ciuilibus possit committi examinatio testium. & posteà subdit in tex. in criminalibus autem, &c. & gl. super ver. prædictis casibus, exponit castrorum, & feudorū, non se refert ad alias ciuiles inhibitio, quòd non admittatur; ergo

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

mus de recipiendis testibus impedita concord. l. 20. tit. 8. lib. 2. leg. fori, vbi Montal. & adducit alia iura concord. quando autem, † petitur testes examinari per Magnificum causæ Cōmissarium, tunc examinantur expensis petentis, ita decisum

 testa-

* ADDITIO. *Ne. quòd iste tex. probat, quòd vbi à lege imponitur vna pœna, & à Iudice in illo casu comminatur alia pœna, quòd exigitur pœna imposita à Iudice. Credo tamen, quòd hoc sit in electione Iudicis per id, quod dicit Andr. in consti. custodes. nam non fit nouatio, vt declarat Bar. in l. 1. ff. vi bonorum rapt. & satis hic colligitur, quia tex. dicit, quòd exigatur maior pœna, quasi quod si esset imposita minor, non esset hoc mandatum, Verum per exactionē vnius non peteris alia exigi. & pondera glo. hic quòd Iudex in negotio sibi commisso potest alterare pœnam legalem.* De Bot.

a *Maior.* No. eum, cui aliquid est commissum posse ad exequendum id indicere pœnam etiam vltra legem. G.

teneatur. Eadem pœna * testibus irroganda, si per cogentem admoniti venire detrectent, nisi certa pœna ab eo, cui hoc commissum fuerit testibus sit indicta, quæ prædicta pœna sit a maior: quo casu pœna imposita exigetur. Hæc in ciuilibus causis vendicant sibi locum: In criminalibus autem, in quibus aliquando, videlicet, cum quis capitaliter accusatur, æstimatio causæ haberi b non potest, pœna tertię partis mobilium omnino Curiæ nostræ soluta, testes aut iudices impetratos parti læsæ in viaticis, & sumptibus litis sacramento suo, cum taxatione iudicis declarandis, volumus esse damnandos. Principali causa nihilominus, c non obstante d lapsu termini, suo ordine peragenda.

b *Non potest.* Si ergo æstimatio causæ haberi potest, quando criminaliter, vt quia ex eo crimine imponitur pecuniaria pœna, vt in l. Iulia. de vi pri. & in defensa imposita. & fin. vt C. ad legem Iuliam de vi priua. l. tutoris, supra de illi. por. ar. l. penul. Causa debet amitti, & agi contra iudices siue testes, sicut dicitur in ciuilibus in fine huius l. eum esset causa, propter alind dicebatur in criminali. ¶Cum verò agitur ad capitalem pœnam, causa non amittitur, & ita est in ciuili, quando termini prorogatio impetratur: quia vtrobque non amittitur causa, & agitur contra iudices, vel testes ad viatica, & sumptus litis, vt hic, & supra eo §. sanè. & ita subtiliter inducitur omni modo ferè similitudo in hac l. inter quæstiones ciuiles, & criminales. Nota propterea, quòd tribus modis imponitur capitalis pœna. Cum quis damnatur ad mortem. Quando amittit libertatem. Item cum amittit ciuitatem: quolibet enim istorum trium capitalis pœna dicitur imponi, vt ff. de publi. iudi. l. 1. ¶Principali. Sic cōstrue, principali causa nihilominus peragetur non obstante lapsu termini.

c *Non obstante lapsu.* Hoc sanè intellige, nisi videlicet, testium publicatio facta esset, quo casu amodo propter falsi timorem testes super eisdem articulis recipi non deberent, vt infra de appellat. l. iuris peritorum.

d *Lapsu.* Nota diligenter, quòd in criminali aliud dicit hic, quàm dixerat superius in ciuili. ibi enim dixit prorogationem fieri posse.

ADDITIO. *Adde an habebit locum per viam inquisitionis? vide*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

ego remanet regula generalis in causis specialibus, criminalibus, feudalibus, & castrorum. Nec obstat constit. nihil cæterum: quia est verum, quod illud quod seruat magna curia, seruari debet per iudices inferiores quo ad litis decisionem, non quo ad litis contesta. nec quo ad litis ordinationem, vt no. Andr. in consti. si quis in posterum, & in hac consti. & sic dictus Ritus, seu obseruantia non obstat. Petrus de Monteforte.

In ver. probationes. In contrarium quæro, factum est instrumentum, scripti sunt testes, modo venit vnus de testibus, & negat sic fuisse negotium, sicut scriptum est in instrumento: quæritur vtrum instrumentum sic sumptum præsumatur suspectum? est casus. ff. quemadmodum testamen. aper. l. 4. in fine.

Item quæro, nonquid si duo testes deposuerunt in actis, publicatis iam dictis testium, duo veniunt, & dicunt non ita deposuisse sicut est in actis. quæritur an credendum sit? hæc quæstio determinatur per ius commune. extrà de testib. cap. pretium. §. fin. vide hoc not.

Item quæro, nunquid testes debeant interrogari secundum tenorem instrumenti in quo se subscripserunt, an debeant signari tantum? & certè l. 1. ff. quemadmodum testam. aper. innuit, quod signari tantum. vt colligitur in Auth. eo. de hær. & fal. §. similiter. cum si. & hoc quia memoria hominis labilis est, & quia difficile est recordari de eo, quod iam diffinitum est. ff. de acquir. poss. l. peregre, immo sufficit, si signum recognoscit, & dicat. illud signum est meum, quod verum est, quod instrumentum continet. Barth. de Capua.

Quæro, qualiter publicatur instrumentum? Respondeo: quia ille qui vult publicum facere venit coram iudice, & dicit: domine, ego habeo tale instrumentum & timeo perdere, volo illud publicari, & tunc tabellio coram testibus accipiet instrumentum, & scribet sic: hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, sic incipientis, Anno Domini, &c. & totū ibi ponat per ordinem instrumētum, & postea in fine dicat & totalis tabellio mā dato iudicis exēplaui. & exemplatum vidi, & legi, vna cum iudice, & duobus notarijs, & testibus infrascriptis: & quia ipsum inuenimus concordare per omnia cum origioali, in quo nullæ erant rasuræ, vel cancellaturæ: idcirco mandato iudicis suum robur huic exemplo accommodantis me subscripsi. Similiter alij duo tabelliones se subscribent, dicentes, viso, & diligenter lecto, & audito hoc vna cum iudice, & notario suprascripto, & infrascripto testibus, quia ipsum comperimus concordare cum originali, in quo non erant rasuræ. idcirco mandato iudicis suum robur accommodantis me subscripsi, & tale exemplum probabit sicut originale. Barth. de Capua.

In tex. delegari. Sed iuxta hoc pone: Iudex ordinarius cōmisit audientiam testium, vbi poterat committere, antequam iudex cui audientiam testium fuerat commissa, cœpisset exequi mandatum, & examinare testes, iudex committens fuit amotus ab officio, & alius ordinatus: post hæc iudex cui commissa fuerat examinatio, examinauit, quæritur an valeat dictum illorum testium sic receptorum? & videtur quòd non, argumen. l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iudic. facit l. edictum. ff. de iudi. Sed dicendum est, quod valeat: nam cum primus iudex remouetur, non videtur cessare iurisdictio delegati ab eo, vt no. Innoc. in cap. licet. de offic. deleg. Item cum hæc constitutio permittat delegari, videtur ipse fuisse delegatus Imperatoris, non iudicis. l. apertissimi. C. de iudic. Io Grillus.

In glo. per defectum. circa fin. No. ex ista glo. quòd vbi sic de facili præsentia iudicis haberi non potest, & causa vrgeat, quod coram eo protestatio fiat: tunc in eius defectum coram probis viris fiat. Marin.

Dicunt aliqui, quòd in causa appellationis ciuili non possit com-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

testatur Ioan. Vincen. Anna sing. 519. in Sac. tamen Cons. quādo testes examinandi sunt coram Magnifico causæ Commissario non fit depositum, licet aliqui consueuerint mandare quòd fiat depositum pro dieta Commissarij, & quæ † requirantur in 6
nomi-

vide Bald. in l. 1. de fi. arbi. & eundem Bal. in cap. P. & G. de offic. delegat. Superantius.

Quod locum habet primo termino non elapso, vt ibi diximus: hic vero dicit lapsum termini non obstare, ergo admittitur ad probandum termino iam elapso. Quod intelligo, cum volenti probare non potest aliquid imputari, vt in Auth. collat. 9. vt spon. largi. §. hoc quoque. Steterat enim per iudices siue testes, vt hic dicit. Nec mirum, quod etiam iure veteri latior via probandi est in criminali, quàm in ciuili, vt ff. de ferijs. l. vltima. & hoc ideò, ne maleficia remaneant impunita, vt ff. ad leg. Aquil. item Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus.

da, Eodem etiam obtinente in ciuilibus causis, si testes, aut coactores eorum non soluendo fuerint, vt parti læsæ per restituendæ causæ beneficium succurratur.

ADDITIO, *Adde glo. in ver. canonicas. in cap. 1. de postula. prælat.* Superant.

Et quia magis ratio suadet pœnas ob maleficia solui, vt ff. de fideiusso. si à reo. §. vltimo. & quia crimina nocentium expedit esse nota, vt ff. de iniur. l. eum qui nocentem. Item qui criminaliter accusat plus oneratur in probatione, quàm qui ciuiliter agit, quia dilucidius in causa criminali, quàm in ciuili est probare intentionem suam, quod dic vt in summa de probatio. §. item appellatione actoris, & in summa de actio. §. postmodum. & ideò non mireris si in alio releuetur, vt admittatur facilius ad probandum, vt ff. de iureiur. eum qui. G.

AD.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

committi audientia testium, argumen. l. ad hæc. C. de iudic. vbi dicitur, quòd iudex appellationis debet causam per se audire. & glo. ibi dicit quod totam, nec mediam committit, & sic nec audientiam testium, cum sit de medijs, pro quo est in Authen. vt defuncti seu fun. §. illud, vers. & cursus. & quod ibi no. & hoc satis nouum, & inauditum. & sic vidi in Curia Vicariæ.

Quæro, an is cui commissa est audientia testium, possit alij demandare? & quid si consensus partium interuenit? vide per Innocen. extra, de testibus cap. cum causam quæ. super ver. tempore. per Spec. eod. tit. §. qualiter ver. hoc autem scias &c. Ioan. And. in cap. 1. de offic. deleg. in clement.

Item scias quòd in criminalibus, etiam vbi notabiles personæ producuntur in testes, mittitur ad eas examinator, vt not. extra, de iudic. cap. mulieres. per Ioan. And. & clarius per Archid. in cap. pretium. super ver. productos, de testibus. Petrus de Montef.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

nominatione testium extra Regnum, vel infra Regnum, vide Vinc. de Franch. deci. 157. & diximus supra tit. de termino.

Ad §. Sanè.

IN tit. † de termino ad constit. lite legitimè contestata diximus prorogationem termini fieri posse ex causa. 9

IOANNA II. Rit. 156.

a ADDITIO *Iuxta tex. Iam not. videm constitutionis Regni, in pecuniarijs. & ita fuit in facto in curia predic. vbi fuit commissa examinatio contra statutum Salerni in dicta ciuitate Salerni.*

ITem a seruat ipsa Curia alicui committere examinationes testiũ in criminali senum, & valetudinariorum.

IOANNA II. Rit. 141.

ITem quòd curiæ & altera ipsarum non committane audientiam testium in causis criminalibus intra dietam vnam legalem à dicta ciuitate Neapolis, nisi essent senes, & valitudinarij, & honestæ mulieres, similesque personæ, & nisi de partium voluntate processerit.

IOANNA II. Rit. 142.

ITem quòd non audeant iudices testes productos in curijs ipsis, seu altera ipsarum extra curiam examinare, nisi fuerint mulieres, & personæ egregiæ, aut graui infirmitate detentæ, aut alio modo impeditæ, quæ non possint propter hoc personaliter ad dictam curiam accedere, & in ipsis casibus pro ipsis mulieribus & personis egregijs examinandis accedant ad aliquam ecclesiã, & pro infirmis ad loca honesta, vbi dicti infirmi morantur.

IOAN.

IOANNA II. Rit. 304.

ITem quòd honestatis causa mulieres ciuitatis Neapolis citatæ pro testibus in causis ciuilibus in quacunque Curia, & pro quauis causa coram iudice ordinario vel delegato, non compellantur ire ad iurandum & ad deponendum pro testibus, sed mittatur ad domus earum vnus scriptor ad recipiendum iuramentum, & examinentur in domo sua, vel in alio loco honesto iuxta antiquam obseruantiam, & Ritum in talibus consuetum, & sic similiter nisi dictæ mulieres litigarent in Curia, & essent citatæ ad respondendum super articulis, in quibus fuerunt citatæ ad respondendum.

IOANNA II. Rit. 150.

ITem quòd si testes producti in dicta Curia iurati die non feriata & die feriata volunt deponere examinationem, quòd examinari possunt.

IOANNA II. Rit. 151.

ITem Curia non committit * audientiam testium in causis ciuilibus infra dietam vnam.

* ADDITIO. Item curia non committit. *Limitatur ex hoc ius commune, vt in auth. sed eloquentissimum, C. de fide instrum. in consti. in pecuniarijs. Item in causa repulsa non committitur, etiam si testes essent valetudinarij, vt dicit Ritus præcedens, qui incipit, item curia ipsa non committit extra curiam, &c. & per glos. & Andr. de Iser. in d. constit. in pecuniarijs.*

IOAN.

IOANNA II. Rit. 157.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quamuis regulariter non potest committi examinatio testium in alijs casibus quàm in prædicta proxima obseruantia contentis : tamen aduocatis & literatis, qui ipsam curiam sequũtur, committitur pro maiori parte quasi examinatio omnium testium in criminali, & examinãt in ipsa curia, id est in loco, vbi regitur. & est ratio, quia tunc non videtur esse commissa, imò potius ipsa cura videtur examinare, & ista est ratio literatorum respondentium ad iura loquentia, quòd non potest committi examinatio in criminalibus, & tunc aut est extra ordinarius, puta quando dantur capitula inquisitionum processus, & Regens ipse elegit vnum examinatorem : aut est ordinarius processus, & tunc dum curia regitur, quilibet eligit suum, idest, accusator & accusatus, qui duo electi literati habeant testes examinare vtriusque partis, & soluitur eis de examinatione eorum testium vtriusque partis : sed in extraordinario processu non soluitur examinatori, nisi de testibus partis, quæ infertur, non de testibus fisci. Et quòd dictæ examinationes fiunt in curia, non scribuntur in actis, quia non scribitur, quando talis examinatio commissa est tali, nec ipsi examinatores, qui examinant in curia ipsa, vt dictum est, faciunt mentionem quòd ipsi examinauerunt, sed simpliciter dicitur, Talis de tali loco, testis iuratus & interrogatus super primo capitulo, vel articulo dixit hoc inde scire, quòd talis, &c. & omnia dicta sunt in processu criminali ordinario seruantur in processibus ciuilibus inter partes adinuicem causantes, &c.

IOANNA II. Rit. 158.

* ADDITIO. Testiũ. *Vide Parid. de Puteo in verbo, sententia, vers. restat. 2. col.* De Bot.

ITẽ seruat ipsa curia, quando committitur examinatio testium * in ciuilibus, vt in debito, vel in casu criminali, qui testes examinentur extra conspectum curiæ : tunc fit commissio cum inserta forma articulorum, vel capitulorum, & cum nominibus testiũ, & fit vt plurimum cum clausula. id est, si vnus dictorum examinatorum non poterit interesse, alius posset exequi commissionem, &c. Et aliquando resistente aliqua partium ex aliqua iusta causa fit sine clausula.

Et no. quòd ad hoc vt fiat cum clausula, oportet quòd petatur à partibus concordantibus, aliàs Curia facit sine clausula. Vbi vero pars vna non concordaret, & alia insisteret quod fieret cum clausula : tunc nisi pars quæ discordat, alleget iustam causam, mandatur sibi parti discordanti, ꝙ consentiat ad certam pœnam, & vbi cõdemnatur, detinetur pro pœna, & scribitur in actis tale mandatum, nec appellatur, quia notorium est, &c. Quia talis cõmissio oportet quod fiat de partium voluntate, sicut publicatio, & conclusio, & alij actus, in quibus simpliciter fit mandatum parti non concordanti, & iustam causam non alleganti, ita quod quandoque fit cum clausula, & quandoque sine clausula arbitrio dictæ curiæ, & secundum quod partes concordant, vel discordant : nam in casu quo ambæ partes concordant, tunc curia facit id, in quo concordant partes, &c.

Audientia testium non committitur in causa repulsa. h. d. Tap.

IOANNA II. Rit. 146.

ITem curia ipsa non committit extra curiam audientiam testium reprobandorum etiam senum, & valitudinariorum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HVnc Ritum † non seruauimus in Sac. Conf. in causa inter Ioannem Donatum Turbulum, cum Scipione & alijs de Turbulo, commisimus etenim Audientiam testium in causa repulsæ examinatori Sac. Conf. & fuit habitum, pro vero per ea, quæ habentur in Rit. 157. non dici committi audientiam, quando committitur Curialibus me referente, vt in banca figliolæ. 1

Testes possunt recipi etiam in vltima die termini parte citata, & si iurant die non feriata examinãtur die feriata etiam in principio Rit. sequent. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 143.

ITem ꝙ si detur terminus in causis ad probandũ & veniendũ ad curiam & ad procedẽdũ in causa, in vltima die termini, quæ interpellat testes, qui producuntur per partem alteram iurant & deponunt T vocata parte in curia, & eius contumacia accusata.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

CVm hoc Ritu concordat Rit. 145. ferè ad literam, ideóq; non est positus, & Rit. 148. qui est duplicatus cum vltimo versiculo huius Ritus, & Rit. 150.

T *Vocata parte in Curia.* Ex hoc tex. habemus † testes posse examinari in vltima die termini sed citata parte, in hoc tamen quòd dicitur de citatione partis dic Ioannem Vincentium de Anoa sing. 118. ex Afflict. decis. 47. & alijs concludere non esse necessariam citationem partis, licet huius Ritus non meminerit, quem seruandum censeo, quia nec Afflict. meminit, nec dixit non esse seruandum.

Testes die feriata examinentur, quando iurauerunt die non feriata, & Clerici non admittuntur in testes in ciuilibus absque ordinary licentia, in criminalibus vero nonnisi ad defensionem carceratorum. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 144.

ITem si testes iurant die nõ feriata, etiam die feriata examinentur.

Item a quòd clerici tam in minoribus * quàm in maioribus ordinibus constituti producti ad testimonium, non ad-

a *Item quòd clerici tam in minoribus, &c.* Adde hic ꝙ clericus litigiosus repellitur à testimonio, inquit Io. de Imo. in c. cũ decorem. de vita & hone. cleric. refert & sequitur Math. in constitutio. apostatantes. in 3. not. Math.

* ADDITIO. Item quòd clerici tam in minoribus. *Ad hunc*

admittantur in ciuilibus causis ad deponendum, & perhibendum eorum testimonium in ipsis curijs, & qualibet ipsarum, nisi prius iurauerint coram suo Iudice, & licetiam obtinuerint iurandi & deponendi in causis ipsis ciuilibus. In criminalibus verò ordinarijs vel extraordinarijs nullatenus * ad testificandum admittantur, nisi pro defensione conuenti.

hunc tex. vide Abb. in c. nuper cius. de test. & in c. 1. de iur. calum. Pau. in l. cum clericis. §. memorati, in fi. C. de episc. & cler. De Bottis.

* ADDITIO. Nullatenus. *Nota, quòd hac dictio, nullatenus, importat actus nullitatem, vt est gl. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. & est ac si esset apposita clausula annullatiua, vt per fi. me. in cle. 1. in ver. nullatenus. de seq. poss. vide Ias. in cons. 7. vol. 1. & consil. 198. col. fin. vol. 2. Marsil. in singul. 675.* De Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 ISte Ritus † seruatur quoad primam partem de testibus examinandis die feriata, quando iurauerunt die non feriata. sic etiam seruatur quoad examinationem testium clericorum, sed quo ad iuramentum præstandum coram suo Iudice non seruatur, nam iurant coram examinatore, sed in pectore,
2 non autem tactis scripturis, Quod vero ad † examinandos clericos in causa criminali ad instantiam fisci contra inquisitos hic ▯ iudicauimus in causa cuiusdã inquisiti ad instantiam fisci non esse habendam rationẽ de duobus testibus examinatis stante huius Ritus dispositione me referente in aula D. Gizzarelli, dicit tamen Foller. in fragment. tit. de episc. & cler. num. 9. posse examinari, quando aliter veritas haberi non posset, nec pœna sanguinis veniret imponenda.

IOANNA II. Rit. 147.

ITem a si in Rubrica testiũ non dicantur testes producti, &c. Et iurati parte præsente vel absente per contumaciam, ita quòd de contumacia ipsa constet, depositiones testium non valent, & idẽ in iuramento calumniæ.

a *Item si in rubrica testium, &c.* Hunc ritum refert & sequitur Blasi. de Mor. in tit. de test. vlt. col. vlt. versic. Adde tu quod iste Ritus concordat cum iure communi. tex. est no. in l. si quando C. de testi. & ibi no. Part. dicẽs no. illum tex. quòd testes debent iurare præsentibus partibus, vel per contumaciam absentibus, & alle. concord. subdens quòd ita hodie seruatur. Adde alium Ritum sup. incip. item quòd si detur terminus. Matth.

IOANNA II. Rit. 149.

ITem quòd in quibuscũque * causis ciuilibus, quæ in dicta curia agitãtur, si testes, qui producuntur in causis ipsis tam per actores quàm per conuentos citati fuerint intra terminum datum ipsis partibus ad probandum, infra ipsum terminum nõ iurauerint in causis eisdem, conceditur ipsis partibus, quod per dies tres post eundem terminum immediatè sequentes dicti testes iurare possunt, & subsequẽter deponere eorum testimonium veritatis in causis eisdẽ.

* ADDITIO. Item quòd in quibuscũque. *Clarartium seruatur, vt per And. in consti. obscuritatem. No. quòd de iure communi dubium est, an testes iurati infra terminum possint examinari post, vt habetur in l. damni infecti, §. Sabinus ff. de dam. infect. tamen glo. & And. in consti. in pecuniarijs, tenent quòd Iudex debet recipere testes etiã post terminum infra modicum tempus, si tamen videt partem hoc petere non calumniæ causa. Ad hoc vltimum vide Rot. in decis. 465. incip. extra rotam fuit dubitatum, sub rubr. de testibus. Lanfranc. in c. quoniam contra, in ver. testium. in vers. septimò quæro, extra de probat.* De Bottis.

IOANNA II. Rit. 155.

ITem a seruat ipsa Curia, * quod si feci citare testes ad mei petitionẽ, potest meus aduersarius, cum facio eos iurare, facere eos etiam iurare pro se, sine alia citatione de nouo.

Et no. quod testes citantur semper ad pœnam quatuor vnciarum: & ita fit condemnatio, sed alij post ipsam litem contestatam, ad pœnam quatuor vnciarum, seu tertiæ partis bonorum mobilium, si dicta tertia maior dictæ pœnæ existat, & ita fit condemnatio.

a ADDITIO. *Et ita vidi pluries practicari, & ideò iurabunt, & etiã præsente ipso aduersario meo super suis exceptionibus, & articulis quod nota.*

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia. *Ad hunc ritum adde Doct. in cap. præsentium. de testi. & Aret. consil. 140. versi. ad propositum.* De Bottis.

Pro quolibet articulo recipiantur septem testes, & non vltra, & in causa antiqua confinium decem. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De testium refrenatione.

STatuimus super articulis & positionibus non confessatis non amplius quam septem testes pro singulo articulo examinari debere nisi in materia confinium ex factis antiquis, de quibus prætenderetur, memoriam hominum non extare, quo casu decem testes pro tali articulo examinari possint, omnisque examinatio fiat per extensum, & non per vera esse nec dixit vt proximus de interrogatione de causa scientiæ loco tempore præsentibus & alijs generalibus, ad pœnam decem vnciarum ab examinatore qui maiorem acceperit, auferendam, nisi fortè per Iudicem causæ interlocutum appareat ex causa eius animum mouente maiorem numerum examinari posse, arbitrio eius Iudicis relinquatur augendi dictum numerum vsque ad tertiam partem.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

CVm hac Pragm. concordat similis Pragm. post istam posita Item l. Regia Franciæ, quam retulit Rebuff. tract. de testibus, & quod super vnoquoque facto examinari debent, qui in glos. 1. num. 1. dicit ortum habuisse ex cap. cum olim il primo de priuilegijs ibi præsbyteroq; Cardinali, vbi latè Rebuff.

Concordat etiam l. 7. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. vbi Azened. ratio autem cur hoc sit statutum habetur per eundem Re- 1
buff. in d. tract. de testibus glos. 5. † ne scilicet effrenata potestate ad vexandos homines superflua caterua testium protraheretur ex l. 1. in fi. ff. de testibus, quod Domini nostri Iesu Christi authoritate approbatum est, Matth. 18. dum ait in ore 2
duorum, vel trium testium stat omne verbum, An † autem testes possint iungi ad probandum antiqua vide Ann. sing. 516. vbi eius filius dictus, & collega meus longã scripsit additionẽ.

EX PRAGMATICA I.

De procurat.

VOlumus etiam omnino seruari debere formã Regiæ Pragmaticæ continentem, ne vltra numerum

merum septem testium super quolibet articulo testes recipiantur, sub pœna ab examinatore exigenda, si contrafecerit. Similiter contra facientes seu præsentantes Articulos impertinentes in termino repulsæ, pœna exigatur, seruata forma Regiæ Pragmaticæ. Statuimus, ac illustribus, spectabilibus, & Magnificis magno Iustitiario huius Regni Regenti ac Magnæ Curiæ Vicariæ Iudicibus, Aduocato, Procuratorique Fiscali mandamus, vt huius Pragmaticę obseruationem curare debeant, & in transgredientes prædictis pœnis irremissibiliter exequi ac ne ignorantiæ causam allegent, mãdamus copiam autenticam in Tribunalis Valuis Magnæ Curiæ Vicariæ affigi.

Dat. Neapoli die vltimo mensis Martij 1574.

Ant. Card. de Granuel'a.

V. Reneterius Regens. V. Salernitanus Regens. V. Salazar Regens. Dominus Locumtenens, & Capitaneus generalis mandauit mihi Ludouico de Lobera pro Secretario. In Bandorum primo fol. 123.

In qualibet causa non recipiuntur testes vltra numerum quadraginta, aut ex causa quinquaginta, & in causis de summario possessorio quindecim. h. d. Tapia.

PRAGMATICA LI.

De offic. Sac. Cons.

VT litigantium expensis superfluis obuietur, & ad lites ipsas breuiori tempore terminandas, & ne partes ipsæ Regiam Pragmaticam super numero testium eludentes, & frænatam articulorum numerum, & per consequens testium producentes in ipsarum non paruum detrimentum, causas ipsas in longum trahere, se ipsos & Iudices fatigare valeant, communi voto omnium Regentium Regiam Cancellariam, & Regiorum Consiliariorum, facta etiam relatione in Collaterali Consilio, decretum est, vt in causis omnibus, siuè in eis deducatur ius reale, siuè personale, seu mixtum & tam si agatur de possessione, seu quasi, quam de proprietate, seu de vtroque, quam de quocumque alio iure vel causa, etiam in causis feudalibus, & personarum, & locorum quantumcumque priuilegiatorum, etiam priuilegio in iure expresso, non possint recipi testes vltra quadraginta pro qualibet parte: Et si Iudici videretur ex causa possit vsque ad decem aliorum locorum testium numerum pro qualibet parte dispensare, exceptis causis in quibus de summario agitur possessorio, vel quasi durante lite mota, vel mouenda duraturo in quibus causis quindecim tãtum testes pro qualibet parte recipiantur, & non vltra: Et prædictorum numerum testium seruari volumus, etiam si plures & multi essent articuli, quod in omnibus articulis simul in actis testes vltra dictum numerum quadraginta, & ex causa quinquaginta, aut in summarijs possessorijs quindecim nullatenus recipiantur. Ita tamen quod pro qualibet articulo non excedatur numerus à prædicta Pragmatica Regis Ferdinandi primi statuta, sub pœna priuationis officiorum eorum. Lectum latum, &c. die 18. Iulij 1524. Neap. in Sacro Regio Consilio publicè pro Tribunali sedente apud Monasterium Diuæ Claræ per me Antonellum Falangonem Secretarium prædicti Sacri Consilij, adsistentibus ibidem Excellent. & Magnificis V. I. D. Domino Loffredo Præsidente, & Vicepronotario. Domino Ioanne Martiale. Domino Antonio Capicio. Domino Nicolao Maiorana. Domino Alexandro Seuerino. Domino Bernardino Galiota. Domino Iacobo della Quadra Regijs Consiliarijs, & quampluribus alijs Doctoribus, & Aduocatis, Actorumque Magistris, Procuratoribus, & Scribis in numero opportuno. Idem Antonellus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. fuè decretum Sac. Cons. restringit Pragm. antecedentem, & confirmat eam in eo, quòd disponit non posse examinari testes vltra numerum septem super quolibet articulo, sed restringit in eo quia super omnibus articulis non admittit testes vltra numerum 40. & ex causa 50. ratione de qua superiori Pragm. diximus.

Post publicationem in causa non recipiuntur testes nisi fuerint nominati ante, & iusto impedimento non examinati. h. d. Tapia.

PRAGMATICA III.

De testium refrenatione.

CAROLVS V.

QVandoque solent partes post publicationem allegare nouiter testes reperisse, quos examinari petunt, non sine euidenti subornationis suspicione contra iuris & sacrarum constitutionum dispositionem, quibus inhærentes mandamus post processus publicationem super articulis in causa productis testes etiam extra processum non esse recipiendos ad effectum, vt de eis sententiando, ratio aliqua haberi debeat, nisi appareat ex actis tales testes ante publicationem fuisse per partem nominatos, & aliquo iusto impedimento interueniente non fuisse examinatos, quem casum iuris dispositioni reliquimus.

Testes ad instantiam fisci contra inquisitum debent repeti infra terminum datum ad faciendum defensiones, quo elapso procedatur ad expeditionem causæ h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA III.

De citation.

§. ET insuper, quia de his, quos tenent carcere inclusos, lege sancitum est, vt ant conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodiæ diuturna non maceret, statuimus & ordinamus, quod Fisci Procurator prouocet repetitionem suorum testium in informationibus examinatorũ infra tempus datum reis, ad suas faciendas defensiones, quod si non fecerit, prætextu non repetitorum testium expeditio causarum nullatenus differatur. Verum si Fisci Procurator infra tres dies post datas

datas defensiones per Curiam petierit maiorem dilationem pro repetendis testibus, qui absentes essent, iudices pro distantia locorum, vbi erunt testes repetendi, de competenti dilatione prouideat pro prædictorum testium repetitione: qua elapsa, ad terminationem causarum, prout iuris fuerit, procedatur. Et, vt præmissa debitum fortiantur effectum, iuxta ipsarum sanctionum seriem, & tenorem, earundem tenore præsentium, præfatarum Maiestatum nomine supradictis omnibus dicimus, committimus, & mandamus, quatenus præinsertas sanctiones Pragmaticas, & Regias ordinationes obseruare debeant, ac exequi, & obseruari faciant, iuxta ipsarum Regiarum sanctionũ seriem, & tenorem: nec secus agant pro quanto gratiam præfatarum Maiestatum charam habent, iramque & indignationem, ac pœnam præfatis Maiestatibus reseruatam cupiunt euitare. In cuius rei testimonium, præsentes Regio Sigillo à tergo impressas, & firmiter obsignatas fieri fecimus, & iussimus. Datum in Ciuitate Neapolis, die 20. mensis Octobris 1536.

Don Pedro de Toledo.

V.Decolle Regens. V.Loffredus Regens.
V.Figueroa Regens. Dominus Vicerex Locumtenens mandauit mihi Bernardino Martirano. In Cur. 5. fol. 164.

Testibus citatis, & non venientibus curia ad vlteriora procedit tàm in causa ciuili, quàm in causa criminali. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 87.

ITem seruat ipsa Curia, quòd citatis testibus & ipsis condemnatis ad pœnam in citatione mandatoria contentam, licet non veniant, nihilominus Curia ipsa ad posteriora procedit, quamuis constitutionum Regni forma videatur aliquantulum refragari.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

VIde ad hunc Ritum Carauit. & vide, quæ dixit Carau. in Rit. allegatis in Constitut. in pecuniarijs, & vide etiam circa testes cogendos l. 6. tit 6. lib. 4. nouæ recollect. vbi Azeued. qui num. 4. ponit aliquas personas, 1 † quæ testimonium dicere compelli non possunt, hoc est mulier prægnans, filius contra patrem, vxor contra maritum, sponsus contra sponsam descendens contra ascendentem, de quo Nauarr in Manuali cap. 25. num. 48 cum tribus sequent. qui ponit omnes personas, quæ non compelluntur dicere testimonium etiam si aliter veritas haberi non posset, sed Azeued contrarium tenet ibi num. 6. & † an pars possit instare, vt altera cogatur ad examinari faciendum testes, dic, quod non, nisi esset iuratus ita intellexit doctr. Innocent. in cap. præsertim de testibus col. 2. Sac. Conf. vt testatur Capic. decis. 39. dicit tamen quod potest examinare illum altera pars, vt Capic. d. decis. cui se subscribit etiam ipso non citato Anna sing. 150. quò verò ad cogendum filium cõtra patrem dicere testimonium, ego domi prouidi quod filius cogatur quando ipse ad euangelicam denuntiationem deposuerat, & agebatur de ipso repetendo.

Si pars citata ad videndum iuramenta testium non comparuit, datur excusatori terminus ad denuntiandum. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 154.

ITem fuit quæsitum: Ecce datus est terminus ad probandum in ciuili, vel criminali. vna partiũ facit aliam citare ad videndum iuramentum testium ad pœnam solitam per curiam, non comparuit citata, an detur excusatori terminus ad denunciandum, & comparere faciendum post litem contestatam? determinauit Consilium quod fuit heri 18. Septemb. 1. indict. quòd sic.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 AD hoc quod hic dicitur de citatione partis, dic quòd testes † examinati parte non citata sunt nulliter recepti, vt habetur in cap. 20. de testibus, & per D. Vincent. de Franch. decis. 462.

Ex cap. Neap. in anno 1583.

PHILIPPVS II.

ITem supplicano V.E. si degni ordinare che nelle informationi se pigliano contro delinquenti se habbia da scriuere per extensum tutto quello che'l testimonio depone per il Fisco, & inquisito già che cosi stà ordinato per Regia Pragmatica, imponendo pena estraordinaria à questi Scriuani, & Commissarij che questo non osseruasero.

Ex cap. Neap. anno 1476. Cap. 4.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

ITem per causa de honestà, le donne della Città de Napoli citate per testimonie in cause ciuile, in qualsiuoglia Corte, & per qualsiuoglia causa, dauanti qualsiuoglia giudice ordinario, ò delegato, non compellantur ire à giurare & deponere per testimonie, ma che se mandi al'e loro case vno scrittore à riceuere lo giuramento, & essaminarse in sua casa, ò vero in alcuno loco honesto iuxta l'antiche osseruantia, & ordine in tale consueto, & cosi similiter doue le dette donne litigassero in Corte, & fossero citate à deponere come à principale, che si mãda à loro case à giurare, & responder sopra li articoli, in liquali fossero citate à respondere. Placet Regiæ Maiestati.

DE FIDE INSRVMENTORVM. Rubr. XXVIII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordant consimiles tituli in lib. ff. & C. & etiam in lib. decretal. Apud Hispan. habetur in tit. 18. par. 3. & in lib. legum fori tit. 9. lib. 2. vbi Montal. Apud Medinlan. in statut. idem titulus, c. 397. De hac re Speculat. tit. de fide instrum. & de instrumentorum editione, & Lanfrác. de Ariadno tract. de instrum. fide, & productione in 4. tom. tract. fol. 29. Couarr. pract. quæst. cap. 20. & 21. Petr. Gregor. Tholos. in sintagm. iur. lib. 47. c. 42. Menoch. de præsumption. lib. 2. præsumpt. 82. 83. & 84. Paris de Puteo de reassumption. instrum. Bernardin. Paodus de præsent. & execut. instrum. Marinus Freccia de præsent. instrumen. Antonius à Cario de instrumen. execut. Franciscus Antonius de Iudice Roberto de liquidat. instrument.

INstrumentorum robur. In instrumento quod non excedit libram auri sufficiunt duo testes, & iudex & notarius. Sed si excedat, exiguntur tres testes, alias non probaret. Alius numerus ponitur per l. C. si cert pet l. super & autheo. ibi posi Item clerici non possunt esse notarij, vel iudices: licet Venetijs contrarium obseruetur.

* ADDITIO. *Quid si clericus facit testamentum per manus notarij Apostolici sinè Iudice, in quo instituit laicos, vel clericos, vel ecclesiam, an tale testamentum valeat. Vide latè Capic. in decis. 101. de instrumento, vel testamento facto per clericum vel presbiterum, qui illud stipulauit, an faciat fidem. Vide Dec. consi. 120 colum. 1. & quid si ad pias causas, an valeat. Quid si producatur testamentum nuncupatiuum, seu instrumentum de testamento prædicto reassumpto in forma huius constitutionis cum subscriptione trium testium, in quo notarius asserit in dicto testamento interuenisse septem testes, eos nominando, an tale instrumentum probet. Vide Afflict. decis. 65 Quid si aliquis conficit instrumentum donationis per duos notarios an sufficiat illud reassumi facere per vnum tantum. Vide Gul. Ben. in cap Raynutius in verbo mortuo, lo primo, nume. 405. cum sequen. & Dec. consil. 36. Ne, quòd si producatur instrumentum minus solemne, si tamen secundum eius tenorem fuit obseruatum, tale instrumentum probat. Ayme. consi. 101. num. 4. An instrumentum confectum coram populo, vel in parlamento generali, requirat testes. Specul. in tit. de instrum. editio. § restat. vers. Sed cum literis episcoporum. tenet, quòd non, refert Gul. Bened. in c. Raynutius. in vers. testamentum. lo primo, num. 19. vide Luc. de Penna in l. quicunque. 2. col. C. de conuen. fis. debit. lib. 10. & in l. fisco. nu. 4. C. eod. tit.*

Instrumenta, quæ continent quantitatem infra libram auri per duos testes vltra Iudicem, & Notarium subscribantur, quæ verò illam excedunt trium subscriptionem requirunt alitèr nulla sint. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

INstrumĕtorum ✝ a robur & solennitatem b augentes, vt de eorum fide nulla omnino

vbi dicit, quòd satis prudenter cogitauit prudens lator huius constitutionis in requirendo subscriptionem iudicis, & testium ad tollendum materiam fabricandi falsa instrumenta: non enim tot personæ tam faciliter inducuntur, vt vnanimiter concurrant in eorum scelus. Adde quòd si vna membrana non sufficit pro vno instrumento, potest fieri in duabus, & valet. Barth. de Capua in addit. in l. cum fundo, in princ. ff de euictio. an Prorex huius regni possit dispensare, quòd reassumatur instrumentum mortuis omnibus testibus & notario, vide Loffred. consi 30. Et an instrumentum confectum per notarios coram populo in publico parlamento requirat testes. vide Specul. in tit. de instrum. edit. ver. Sed cum literis episcoporum. & Gul. de Bened. in cap. Rayn. in ver. testamentum nu. 19. De Bottis.

a *Robur*. Suprà de impo. defen. l. si quis. § illud.

b *Augentes*. C. si certum petat. l. fina. & authen. ibi signata: Marinus.

Qua

ANDRAEAS DE ISERNIA.

INstrumentorum robur. Hic habent quidam rub. qualiter contractus celebretur: & de authoritate instrumentorum seruanda, & bona est hæc constitut. vt se subscribant iudex & notarius in instrumentis: & sit certus numerus testium, siue contractus sit, siue sit testamĕtum, aut alia vltima voluntas. Quod est verius, dicit glo.

ADDITIO. *Adde, modum testandi in scriptis cum signis, seu sigillis septem testium ponit Alexan. de Imo. in l. bonorum. in 2. not. ff. de bon. possess. secundum tabul. Et quid in codicillis? vide per Paul. de Cast. in l. hac consultissima. in 2 colum. C. qui testam. fac. poss. Et an in codicillis dicti testes debeant esse rogati? vide glo. in § de his 3. § 9.*

Licet alij contradicunt, quod est no. contra illos, qui faciunt testamentum sine iudice & notario: si obest illi testamentum per institutionem, seu scripturam, vel si per testes, non imputari, vt statim sequitur. Item infra libram. Idem est etiam si sit libra completa: nec plus, nec minus: quia debet excedere libram. Item not. quòd non sufficit testes esse præsentes, nisi subscribant propria manu contra ius Romanum. Vsus tamen obtinet, quòd illiteratis testibus sufficit facere crucem: & alius sciens literas, quòd scribat sic, signum crucis propriæ manus talis testis illiterati. mos & vsus talis seruandus est. argumento. C. de insur. l. fina. in fi. Qualiter hoc fiat, dic plenè hic in g o. Et quòd facere crucem tantum sit subscribere, est argumento C de iure

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 *INstrumentorum robur*. Ad hoc autem ✝ vt instrumentum probet nouem requiruntur secundum Specu. tit. de instrum. ædit. in prinç. Primò inuocatio diuini nominis. Secundò anni Domini. Tertiò indictio. Quarto dies contractus. Quintò nomen Papæ, Imperatoris, vel Regis in cuius dominio est locus, in quo instrumentum conficitur. Sextò locus. Septimò testes. Octauò nomen tabellionis, & eius signum. His adde secundum hanc constitutionem iudicis subscriptionem, & numerum testium secundum quantitatem rei de qua in instrumento agitur. Hæc repetit Menoch. de præsumpt. præsumpt. 22. cum duabus sequent.

T *Infra libram auri*. Ex ista constitut. habemus, quòd si instrumen-

a *Quæ in contractu.* Dicunt quidam ex hoc verbo, quòd forma quæ per hanc constit. traditur in instrumentis, locum habeat in contractibus inter viuos, non in testamentis, & vltimis voluntatibus: nam istud verbum, contractus, non pertinet ad ius testandi, vt ff. de verborum signif. l. verba contraxerunt. & ita ibi nihil mutatur. Sed contrarium puto, † quòd hoc verbum, contractus, largissimè est sumendũ pro omni, scilicet obligatione, vt ff. de iudi. l. omnem. & vt comprehendat, siue vltrò citroque, siue altera parte tantum descendat obligatio, sicut & C. de fide instrumentorum contractus. in princip. & de præscrip. 30. ann. si quis emptionis. in princ. & de his quæ vi metusve cau. fiunt. si donationis. in princ. licet sit aliter secundum strictam significationem, vt in l. præallegata in contrarium: & in eo. tit. de verbor. signif. Labeo, & hic intellectus declaratur per sequentia verba, & quibuslibet rebus aut causis, &c. ¶Nam articulus iste Quibuslibet omnia comprehendit, vt ff. de hæred. insti. hoc articulo. Similiter hoc verbum, rei, est generale: & verbum, causis, vt ff. de reb. cred. l. 1. in fi. & l. certi condict. in princ. præterea, quæ maior ratio est in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, cum vicissim ea quæ fiunt inter viuos trahuntur ad vltimas vo
lunta-

luntates, & econtra, vt ff. de leg. 1. l. seruum filij. §. eum. & Insti. de le. Fusia Can. toll. & ff. de pact. l. pactum. imò si rectè inspicias, maior hic subest ratio in vltimis voluntatibus quàm inter viuos. lex enim plus timet in vltimis voluntatibus falsitatem, vt C. de fideicom. l. vlt §. cum enim. Vnde multo magis cautum & solenne debet confici instrumẽtũ in vltimis voluntatib. vbi potius dubitatur, vt arg. ff. de Carb. edic. l. 1. circa princ.

nino in posterũ dubietas possit oriri, Statuimus, vt si quantitas, a quæ in contractu deduci-ducitur b infra libram † auri subsistat, de mobilibus vel immobilibus, & quibuslibet rebus,

† ADDITIO. *Tenet Martinus in hac glo. quòd hodie possit fieri testamentum de duodecim vncijs per instrumẽtum confectum per iudicem, notarium, & duos testes: sed non seruatur, imò communiter reprobatur. vide similem quæst. per Luc. de Penna in l. mediterranea. C. de anno. & tribu. omnino vide Cyn. in l. 5. 2. col. C. de summa Trinit & Spec de instrum. edit. §. compendiosè. versicu. quid si de consuetudine.* De Bot.

b *Infra libram.* Intellige infra libram, etiam si sit libra completa, vt ff de verb. sign. l. si quis sic dixerit, & de verb. oblig. quicquid. in fine, & de success. edic. l. 1. §. quod diximus. & hoc etiam patet ex eo, quod subijcit hic, si autem libram auri excesserit nam differentia est inter excedere, & complere, vt ff qui testam face. poss. l ex qua ætate. §. vtrum. & accedit. ff. de iure immu. l. 3. licet sit argum. contra ff. de manu. l. 1.

•AD-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

iure delib. l. fi. §. si autem dubius. Vnde si instrumentum habeat subscriptionem iudicis & notarij, ac vnius testis tantum, quia alij testes fortè sunt mortui, non probabit tale instrumentum: quia fuit negligens in faciendo subscribi, vt dicit glo. pro quo est: quia si vnum substantiale deest, nihil valet quod agitur. C. de test. l. si vnus. ff. de transact. l. cum hi. & hoc verum. Nisi subito mortui essent testes, parum post confectum instrumentum casu fortè inopinato, argum. ff. de admin. tut. l. etiam, & vt in poss. leg. l. planè. repentinè enim plerunque hominis eueniunt mortes. in Authen. vt fac. no. constit. circa fi. Et multis pericula eueniunt in mari & in terra. ff. de donatio. causa mor. l. Senatus. §. mortis causa. Nam quid prohibet hominem mori, ff. rem ra. hab. l. si fine, in fi. Sed quid si in aliquo loco non inueniuntur notarij? videtur quòd vnus posset scribere loco notarij, ar. C. qui testamen. fa. poss. hac consultissima, in fi. Verius est contrarium: quia requiritur ministerium personæ publicæ. argum. ff. de solut. l. inter artifices. Qualiter ergo consuletur contrahentibus, vel testantibus in talibus locis, vel etiam vbi sunt notarij, sed non potuerunt interuenire, cum confestim esset inde contrahens recessurus. ff. de iud. l. hæres absens, §. 2. Vel subitò morbus superuenerat ducens ad mortẽ? dic ꝙ adhibeant testes, & per eos probent. nã hæc consti. arctat probationẽ, quæ fit per instra, vt falsitas euitetur, nõ probationes per testes, quæ nõ debẽt angustari. ff. de testi. l. 3. §. curent. C. de iure iur. l. generaliter litera hæc indicat. & non est verisimile legis huius latorem per hanc constit. velle tollere omnia iura super his inducta. arg. C. de inof. test. l. si quãdo. quia in ambigua voce legis sumenda est interpretatio, quæ vitio caret. ff. de leg. l. ambigua. & sic maior numerus testium exigetur, quando
leg.

probo per instrumentum. quam quando ipsos testes producerem: & erit ratio, quia plus creditur viuæ voci, quam mortuæ, in Auth. de fide instrum. §. si verò. Idem erit in omni contractu, & testamento, in quibus non fuit iudex & notarius, quia probabitur per testes, & alios legitimos modos probandi, instrumento non facto. Sed si velit probare per instrumentum oportet, quòd habeat numerum testium hic præfinitum. Vel in subsidium adhibebuntur iudex & notarius alterius loci. ar. C. de test. l. fin. in princip. quod dictum est plenè in tit. quæ sint rega. in ver. potestas. Quid de notarijs imperij facientibus in Regno Siciliæ instrumenta non secundum hanc formam, sed secundum vsum Imperij? Etiam promptum est dicere ꝙ non valeret. Cum Rex Siciliæ & quilibet Rex non subditus imperio, possit facere legem positiuam suis in Regno suo, vt dictum est supra in prologo.

ADDITIO. *Possit facere legem positiuam suis regno suo. Adde diffusè per Ant. Corsetum in tract. de regib. q 48*

Satis autem est rationabilis lex hæc obstruens falsitatem tot insinuata & subscripta instrumento manibus, &c. d. l. hac consultissima. in fi.

Modus Imperij est quòd vnus notarius facit totum & scribit nomina testium sicut vult. ¶Quid de Papalibus notarijs? † de his est magnum dubium: quia Papa est proprietarius in Regno Siciliæ, à quo Regnum tenetur in feudum, & sic in suos videtur creare notarios, cum proprietas sit sua, arg. ff. de reli. & sumpt. funer. l. 2. § in locum alterius. cum concor.

† ADDITIO. *Quid si testamentum est factum per notarium Apostolicum. Et quid si testes sunt subscripti signo Crucis, Io. de Amic. consi. 515. & late de notario Apostolico Dec. consi. 36. nu 3.*

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

2 strumentum † contineat quantitatem infra libram auri requirit subscriptionẽ duorum testium. Circa hoc fuit dubitatum
3 † an possit liquidari instrumentum, quod licet respectu capitalis non excedat librã auri, attamen respectu tertiarũ decursarum maiorem summam continebat, dicebatur instrumentum, quod annuum censum continet respicere, non tantum tempus confecti instrumẽti, sed etiam in futurum, ideòque non illam, sed maiorem quantitatem continere affirmandum esse, ad quod adducebat Aduocatus causæ illius, tex. in l. sancimus,
cimus,

cimus, in §. si C. de donation. vbi donatio, † quæ excedit trecentos aureos insinuatione indiget, si tamen annua fuerit donatio ad vitam alicuius insinuatio non requiritur, secus si annua præstatio cum vita non extinguatur, & facta sit hæredis mentio, quo casu requiritur insinuatio, nam illa quantitas videtur perpetuata: idque confirmatur ex ijs, quæ dicit Ioan. Vinc. Anna sing. 466. qui videtur in eam inclinare sententiã, quod quando causa † est ducatorum mille capitalis, & aliorum ducatorum mille interesse potest fieri iunctis duabus aulis, ad 4 5

* ADDITIO. *Adde quòd de iure communi testes instrumentarij possunt esse inhabiles, Aymo consi. 56. nume. 10. vide Pau. de Cast. in cons. 205. incip. non multũ videtur, Capic. decis. 29. in princ. vbi etiam, an testis cogatur se subscribere in instrumento, in quo notarius asserit eum interuenisse. Et determinat quòd non.* De Bot.

bus, aut causis in instrumento duo testes bonæ, & probatæ * opinionis a subscribant T præter iudicem & notarium. Si autem libram auri excedat, tres testes b probatæ fidei, (vt est dictum) præter iudi- iudicem & notarium, similiter in eodem instrumēto subscribant: qui debent esse (vt dictum est) T omni exceptione maiores. & scientes literas in locis, in quibus literati poterunt inueniri: alioquin alij etiam

a *Subscribant.* Et sic hodie per consti. istam necessaria est in instrumentis propriè manus testiũ subscriptio, quæ secundum iura communia necessaria non erat, sed notarius scribebat nomina testium in instrumento, vt in Authen. de fide instrumen. §. sed & si instrumenta, & no. C. de dona l. donatio. in glo non etiam &c. vt in Auth. de hær. & fal. §. si vero absunt. in glo. ergo econtra &c. & C. de test. l. vlt. siue in glo. siue per alium &c. & facit Institu. de contrah. emp. §. 2. Andr.

Subscribant. Nota, sufficere nec exigi iure moderno testes tantum in contractibus interesse, se subscribere in instrumentis, vt hic, & io cor. Authen. de instru. cau. § sed & si instrumenta, ibi, ex non scripto præsente &c. idem etiam iure communi comprobatur, vt C. si cer. petat. l. vlt. Item quæro, an producto instrumento ad probationem coram iudice, & vno tantum teste subscripto, prosit producenti casum mortis alterius testis

testis allegare, qui contractui interfuit & instrumentum subscribere debuit, nec subscripsit? Respon. nullum afferre adminiculum alleganti, sed eius esse negligentiæ imputandum, quòd à teste non fecit in vita testis subscribi instrumentum, reprobata illorum sententia, qui dicunt casum mortis præuideri non posse, cum sit incertus, & hoc probo ratione manifestissima: mortis enim casus, licet incertum diē habeat, certum tamen est hominem moriturum, vt ff. de conditio. & demonstrat. l. 1. cum ergo esset certum, testem moriturum: licet, vt dictum est, dies mortis esset incertus, præuideri potuit, ne prius moreretur testis, quam subscriberet instrumentum; sicque planum esse dico, quòd eius negligentiæ, cuius fuit instrumentum, debeat imputari. quod est verum, argumentum optimum ad hoc. ff. loc. & condu. l. si quis domum. §. subiungi. & § quid tamen. & §. item quæritur, & argu. ff. de dam. infec. l. qui bona, §. cum inter.

b *Probata fidei.* In deposito verò speciale est vbi infra librã auri tres requiruntur testes, præter iudicem & notarium, vltra libram verò debet fieri publicum instrumentum, vt infra de proba. constitutione, in causa depositi.

Assu-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

nume. 3. vbi an possit conficere instrumenta de rebus spectantibus ad ecclesiam, & Luc. de Pen. in l. fin. 4. quæst. C. de loc. præd. ciui. tenet, quòd etiam in profanis potest conficere instrumenta notarius Apostolicus, de quo vide Afflict. vbi supra, & an possit conficere testamenta, vide Capic. decis. 201. & de instrumentis vide Boer. decis. 142. & an probent coram iudice ecclesiastico Thom. Gramm. in consilio ciuili 116. Proprietarius Regni est Papa. vide Ias. in l. traditionibus 2. colum. C. de pact. & in l. si domus §. si fundus. 2. col. de leg. 1. & in l. si is qui. §. si iurauero ff. de interd. in causa. Alex. in l. si finita § si de vectigalib. in princip. de dam. infec. & in cons. 159. volum. 5. De Bottis.

Item Imperator condendo hanc legem videtur excepisse authoritatem superioris sui. ar. extra de iureiur. cap. veniens. in fi. ff. ad muni. l. Imperatores. pluries enim vidimus inclitos Reges nostros vti Papalibus notarijs, sed non potest trahi ad vsum subditorum. Quia Rex scienter vtendo tollit in illo casu hanc legem, vt d. l. sed & hic rescripto. quòd subditi legi astricti non possunt facere, semper Rex dicitur scire, in cuius pectore sunt omnia iura C. de test. l. omnium.

ADDITIO. *Adde cap. 1. de const. lib. 6. glo. in ver. insufficientem. in cap. 1. de renun. glo. fin. in cap. præterea. 23. dist. glo. in ver. quæst. & in cap. sæpè. contingit. de appell. Bald. in l. 2. C. si contra ius vel vti. pub. Et etiam ista iura habent locum in Papa. Item eo ipso quòd quis est Papa, est Doctor vtriusque iuris authoritate, & non scientia secundum Bal. in c. 1. in vlt. col. de const. ff.*

Secus si ignoraret eum esse notarium per Papam creatum. Quia princeps potest errare in facto. C. de his qui à non do. manu. l. fin. Vnde subditis durum est contra stimulum calcitrare aduersus tenorem huius consti. nam Regno translato

to in Siciliæ Regem omnia trāsierunt in eum, præter exceptuata; Inter quæ non est creatio notarij. Dictum est supra pluries in prologo. & supra l. proaima. Rex habet vtile dominiũ, quod præfertur directo, super quo accipe bonas similitudines in materia thesauri inuenti in feudo per feudatarium quia debet esse feudatarij Inuentoris, non infeudantis proprietarij secundum Ioan. diaimus in tit. quæ sint reg. super verbo, & thesauri sic in verbalibus conuentionibus: sicut sunt conuentiones habitæ inter sanctam Romanam Ecclesiam & Cardinales, id est, quicquid non exprimitur habetur pro omisso. ff. de verbor oblig. l. quicquid. & sic non obst. cap. veniens. ¶ Quid de instrumentis quæ veniunt aliunde, vt de remota prouincia, † & vltra mare, vel alia longinqua patria, An stabitur eis, sine aliqua probatione, quòd sit notarius publicus ille qui dicit se instrumentum conscripsisse, & se notarium t glo. in sum. de fide instrumen dicit, quòd sic vt sufficiat instrumentum apparere in forma publica non cancellatum &c. C. de edi. di. Adri. l. fina. pro quo est. C. quemadm. testamen. aper. l. 2. qui negat eum tabellionem, probet, pro quo est in Authen. de fide instrumen § si verò quisquam, & quod dicitur de Barbario. de offi. Procon. l. fin.

† ADDITIONES. *Vide Abb. in c. 2. 1. not. ext. de fide instr. Afflict. dec. 251. vbi dicit quod sufficit probare per testes solum notarium confecisse plura instrumenta & esse in possessione notariatus, quando præsumatur pro suo notariatu. & quid si reperiuntur instrumenta antiquissima, & non extat fama quòd ille qui illa confecit, fuerit notarius. an probent. vide ibi quia multa dicit in hac materia. & in dec. 245. num. 3. vbi etiam præsumatur præsentia sine exhibitione actorum.* De Bottis.

¶ Vide

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

idem tex. in l. si plures. §. fin. ff. de pactis. His tamen non obstantibus contrarium decisum fuit in Sacro Consilio ad relationem Mag. ur. Vic. die 19. Decembris 1603. in causa Petri Romani, quia fuit habitum pro vero constitutionem istam respicere tempus contractus, nam si alias intelligeretur destruerentur omnia instrumenta, & esset inuoluere vniuersum Regnum litibus, & ad hoc facit tex. in l. si idem in princ. ff. de iurisd. omnium iudicum, vbi non fit coaceruatio ad finem impediendi exercitium iurisdictionis. Ad tex. in l. sancimus. §. fi. respondetur quòd ibi nō admittitur cumolatio quando exitus est incertus, hic pariter incertum videtur ab initio quænam quantitas debeatur, cum possit debitor statim, vel post modicũ tempus restituere sortem principalem (quòd eius arbitrio remittitur) & sic summam in constitut. isti contentam non excederet. Præterea valor annuæ præstationis perpetuæ excedebat ibi valorem tercentorum aureorum, ideò insinuatio requiri-

etiam a assumantur. Contra T prædictam autem formam instrumenta confecta in posterum nullam habeant firmitatem, illo tenaciter obseruãdo, vt in aliquo locorũ nostri Demanij T clerici b cuiuscũq; sint ordinis * in iudices & notarios nullatenus statuantur.

a *Assumantur*. Sed qualiter non literati se subscribant cum nesciant? Respon. ipsi fortè manu propria faciant crucem, vt C. de iure delib. l. fin. in fi. & cruce facta eis præsentibus per alios subscribent, vt C de testa. l. fi. § fin. & ibi no. M.

Alij etiam assumantur. Sed testis illiteratus † quomodo se subscribere potest in instrumento? Respon. notarius subscribet pro eo, id est, faciet literas subscriptionis suæ, vt ff. de accu. libellorum. §. item subscribere. & C. de testa. hac consultiss. in princ. ante ipsam subscriptionem ipse testis faciet signũ crucis, vt C. de iure deliber. l. fin §. subscriptionem. & debet talis testis signum facere sua propria manu, faciendo videlicet ibi in charta virgam vnam per longum, & aliam, ex latere descendo: sicut enim fit crux, quam quilibet nouit.

† ADDITIO. *Adde Lucam de Penna in l. nulli. §. omnia. in ver. mentione. C. de numer. vbi dicit quòd si aliquis testis nesciat scribere, tunc per alium portetur eius manus, & hoc fiat in præsentia testium ipso mandante. & Afflict. decis. 166. nume. 7.* De Bottis.

¶Et si esset ita miser, & simplex testis, quòd nesciret ducere pennam, ita quòd faceret virgam prædictam per longum, & ex latere, tunc notarius teneat cum manu sua manum testis, & trahat eam per chartam, ita quòd faciat eum facere virgam per longum, & ex latere, & sic signum crucis, vt dictum est, vt in Auth. de testi. §. 1. vbi benè probantur prædicta. Et post huiusmodi signũ subscribet notarius dicens: Signũ talis testis illiterati, & facit ad prędicta in Auth. de instru. ca. in fi. §. oportet vero in his qui literas nesciunt. & dic similiter, vt ibi.

b *Cuiuscunque*. Accedit. C. de episc. & cler. l. placet. & l. repetita. C. de testa. l. consulta dinalia. & in Auth de sanc. epis. §. alterum autem. licet in iudice sufficiat habere factorum peritiã, vt expressum est, extra ne. cle. vel mo &c. §. si quæritur. vbi plenè de hoc.

ADDITIO. *Adde tex. in l. si quis curialis C de episc. & cler. & Pari. de Put. in tract. sindi. litera C, capi. cleri. ut.* Cæsar.

* ADDITIO. *Nisi in causa suarum ecclesiarum, arg. ext. de postul. cap. 1. & vlt. & hæc not. Goffr. in summa, ne cler. vel mon. § sed quoniam.* Barth. de Capua.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

¶*Vide ad hoc Alex. consi. 73. vol. 2. Corn. consil. 142. volum. 3. Bald. consi. 108. volum. 3. & per Soci. consi. 95. volum. 3. & Corn. in consi. 24. vol. 4. Et quis debeat probare aliquem esse notarium, vide Alex. consi. 79. volum. 3. & plenè Laufranc. in cap quoniam contra de probat. in versi. instrumentorum productiones. versi. quaro vlterius.* Fabius Iordanus.

Alij Moderni dicunt contra, vt qui dicunt eum notarium, probent, cum non nascatur tabellio, sed creatur cum solemnitate. C. lib. 10. de tab. l. generaliter. nec probat qui negat. C. de proba. l. actor. Et daretur materia falsum fabricandi, quando personæ non cognoscuntur, posset alius facere qui non haberet potestatem. in d. l. fin. de edi. diui Adria. dicunt Doct. constare, vel non reuocari in dubium de persona scribentis: hic enim prius debet constare de persona ff de condi l. quidam. Barbarius gessit publicè præturam, hic tabellio non cognoscitur, nec gessit se pro notario scientibus his, inter quos producitur hoc instrumentum. Innocen. de fide instrum. cap. 2. dicit quòd priuatæ scripturæ non creditur, nisi adiuuetur testibus, vel comparatione literarum. Et subdit idem fortè dicendum est in forensi instrumento. ar. contra. C. de dona. l. in donatione. Sed non est contra, quia ibi dicit, cum publica monumentã sufficiant, nec est opus testibus. At hic negatur hoc esse publicum monumentum, nec constabat. dicit etiam eod. tit. c. 1. quòd officium tabellionis est contra ius vt credatur chartæ animalis mortuis sinè alio adminiculo.

ADDITIO. *De reassumptione instrumenti cuius testes, iudex, & notarius sunt mortui, vide cap. Regni Regis Caroli. ne personarum. char. 191 Et de materia istius consti. vide in dec. consi 61. 14. 48. 114. 166. 178. Et semper constitutionem aliam Regni, Baiulos. Adde quòd instrumenta, vel quicunque actus qui in publicam formam sunt redigendi pro magistratibus Regni non valeat, nisi fiant per notarios publicos de Demanio, & non per eorum subiectos, prout de hoc est cap. Ladislai, vniuersis, aliàs, non sinè. char. 190. cuius ratio & causa videtur fuisse timor dominorum, qui posset notarios concutere, &c. Sed quid si reperiatur instrumentum contra Baronem quo casu videtur cessare ratio dispositionis dicti capituli Cogita, prohibitio tamen generalis est dum prohibet omnes scripturas, quæ tangunt Barones & aliter non distinguit, ergo nec nos distinguere debemus. Et similiter addas quòd Instrumenta in quibus nomen alicuius hostis, vel proditoris Regis, & generaliter cuiuscunque inuasoris scriptum est, non probant, sed debent cremari, vt dicit constit. Regni, instrumenta. infra lib. 2. Et de fide instrumenti, de notario & alijs ad hanc constit. & quod dicatur antiquissimum in dec consi. 245. Et de fide instrumenti confectis extra Regnum in decis. 251. Et de reassumptione instrumenti per mortem notarij, & materia instrumentorum per Felyn. in cap. cum P. tabellio & sequenti, extra de fide instrum. Ias. in auth. si quis in aliquo. in 10. fallen. C. de eden. Bart. in l. 1. in princ & in § si duobus ff. de bon poss. secun. tab. vbi an sufficiat charta de papiro, vel quòd scribantur in ære, vel ligno, vide constit. præcedens. consuetudinem. Et quid si no-*

AD-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

quiritur, In casu autem proposito valor annuæ præstationis non excedit summam in constitutione mentionatam, ideòque non contradicit: Nec obstat tex. in l. si plures in §. fina. nam coaceruatio ibi est fauorabilis ideò permittitur, alias secus d l. si idem ita notant Doct. in d. §. fin. & in d. l. si idem, & vtrobique additio ad gloss. hic autem coaceruatio esset odiosa cum ex propria mora debitor commodum reportaret cõtra l. meminerint cum concor. C. vnde vi. Itẽ ex facto debitoris differentis solutionem deterior conditio creditoris efficeretur contra l. 2. ff. quòd vi aut clam, prætereà valor annuæ præstationis ibi excedebat summam, hic autem secus.

Cum hac Constitutione concordat statut. Mediolan. c. 332. vbi tres testes in instrumento requiruntur quorum vnus debet esse notus partibus.

T *Præter iudicem, & notarium*. Hæc constitutio est in viridi obseruantia in Regno isto, non tamen ita adamussim seruatur in Regno Siciliæ, nam in Ciuitate † Messanæ receptum 6
est duos testes sufficere cum subscriptione notarij absque iudicis interuentu, vt in consuetudine 26. cuius meminit Marius Muta egregius Doctor siculus ad consuet. Panor. consuetud. 67. num. 44. versic. vltimo dicit secundum quam † fuit iudica- 7
tum in Sac. Cons. in causa inter D. Marium Ioppolum, & D. Ioannem Villadecane die 20. Octobris 1603. actuario Borrello, licet vigeant in Regno illo Constitutiones nostræ.

Item circa hoc animaduertam, quod non solùm huiusmodi solemnitas requiritur in instrumento laicorum, sed etiam in instrumento † per clericum confecto quando absque iudice 8
confectum fuit declaratum nullum.

T *Omni exceptione maiores*. Quid autem si instrumentum † extra Regnum esset confectũ, & in aliqua Regni Curia præ- 9
sentaretur absq; fide officialis loci, vbi est confectum, per quã constet notarium esse publicum, bonæ famæ, & opinionis, an

 hoc

ANDRAEAS DE ISERNIA.

notarius est diminutus fide, & subscribitur alter idoneus, vel subscribatur testis idoneus cum non idoneo, an suppleatur defectus? Felinus in capitulo, tertio loco, extra de probatio in suis limitationibus, tenet quod in casu istius constitutio, non suppletur. vide quæ addidi ad Andræam hic cum ista constitut. sit satis practicabilis. Et si reperitur instrumentum, in quo mortui sunt iudex, & omnes testes in causa dotali, an possit reassumi per notarium, qui solus superuixit? vidi quasdam literas siu pragmaticam Reginæ Ioannæ, quæ incipit, Ioanna II. & c. aliàs, confiatecantes qua mandat, quod sic, seruata tamen quadam solemnitate, de qua in eis, & vidi instrumentum reassumptum, in quo notarius solus viueb it decreto Sac. Cons. referente mag. D. Io Marciali Reg o Consil. in causa dotium amua. Pet. Ant. Toraglet existente Pro secretario ipsius Sac. Cons. Annibale Fammatio, cuius manu apparet scriptum decretum dictarum literarum. Cæs.

ADDITIO. *Vide ad materiam istam decisio. Neapoli. 252. Et vide consilium Decij. 42.*

INst *amentorum robur*. Sed pone quod produxi quoddam instrumentum pro publico, & vt in publicam formam redactum in processu causæ, apparet in eo, vt in publico aliquis defectus, per quem vt publicum vitiaretur, sed vt priuatum valeret, & fidem faceret, puta quia esset trino teste notatum, vel quia deficit indictio, vel consul, quod vitiat publicum instrumentum, non tamen priuatum, vt ff. de pign. modo quæritur, an isto instrumento vti possim vt priuato? Item an instrumentum productum in iudicio, per vnum tantum testem subscriptum, possit tolli de actis, vt subscribatur ab alijs testibus qui nominantur in ipso, & sic iterum in iudicio produci? Respondeo non, argum. de æqualitate dot. §. ordine. aliàs quod ab initio, &c. Barth. de Capua.

Sed pone, quòd instrumentum quoddam est, in quo non est certa quantitas descripta, vt puta, est quoddam instrumentum procurationis, in quo non sunt testes descripti, vel non est iudex, an in casu isto habeat locum ista constitutio? videtur quòd non, quia hæc constitutio est contra iura communia, in quibus non seruatur ista solemnitas: & loquitur in instrumentis certam quantitatem continentibus, & non alijs: ergo non recedemus ab eiusdem constitutionis verbis. Barthol. de Capua.

Aduerte tamen in quantum ista constitutio vult in fi. instrumenta confecta per notarios Apostolicos fidem non facere a nam inuenitur declaratum, & conuentum inter quendam legatum Papæ de latere, & Regem tunc Regni, quòd possit contrahi, & testari cum notario Apostolico, secundum vsum Regni & formam huius constitutionis, & ita seruatur, & vidi teneri per magnos viros. Io. G.

Et sentit hoc And. hic, & vide luc. in l. fin. 4. q. C. loca. prædiu. lib. 11.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

hoc instrumentum teneat, in quo diuersæ sunt opiniones Sac. tamen Cons. tenuit sufficere si probetur illum plura confecisse instrumenta tanquam notarium, atque in longa possessione fuisse instrumenta conficiendi, vt post Innocent. in cap. 1. de fide instrum. & Specul. in tit. de probation. §. 1. tenet Afflict. decis. 251. de quo Ritum habemus 288. qui in huius tit. fine est positus.

T *Contra prædictam autem formam.* Quid verò sit dicendum si vellet impugnare instrumentum, † & producentem cogere ad præsentandum protocollum, an hoc possit fieri, in hoc articulo Barto. in l. fin. C. de fide instrum. affirmauit cogi producentem posse ad protocollum exhibendū cuius doctrinæ adesit Sac. Cons. teste Capic. decis. 40. Opinio tamen Bartoli declarationem recipit procedere scilicet quando protocollū, siuè originale inueniretur penes producentem, non autem quando in posse notarij prout decisum fuisse in Senatu Pedemontano decis. 16 testatur Cacheran. quam decisionem approbat Solan. ad constit. Sabaud. tit de protocoll. exhibition. nume. 10. & in nostro Sac. Cons. iunctis aulis idem fuisse approbatum tradit D. Præsidens de Franch. decis. 294. vbi dicit in casu isto falsitatis cogi posse notarium ad exhibendum protocollum, idque in dies practicamus, quod etiam tradidit Solan. loco proximè citato.

Sed an † instrumentum per notarium Apostolicum confectum probet in hoc Regno vide Ioan. Vinc. de Anna singul. 11
245. & 246 vbi eius peritissimus filius, item an † instrumen 12
tum in publicam debeat formam redduci quando debet rescindi, dic Sac. Cons. iudicasse, debere reassumi teste Io Vinc. de Anna sing. 25. Cætera, quæ ad materiam pertinent vide in iuribus sequentibus.

T *Clerici.* † De hoc supra loquti sumus in tit. de Episcop. & Cler. in constit. clerici quoque in cap. & nihil habeant, & in §. denique ex constit. Aduocatos.

Datur forma reassumendi instrumenta notario, iudici, ac testibus demortuis h.d. Tapia.

CAROLVS I. Cap. 290.

C*Arolus Illustris, Oportunis testibus.* Qui, scilicet, deponant se interfuisse cōtractui, vt dicit constitutio, Baiulos, de offic. Baiuli. & aliàs sine ipsorum testificatione ea sola schedа præmortui notarij non posset refici instrumentum, & hæc est forma constitut. Quidam verò pranè intelligentes dixerunt ex his literis assumi, quod sinè vlla testium, qui interfuerunt contractui testificatione, ad solam inspectionem & approbationem schedæ, quæ scilicet reperta sit inter alias schedas notarij, seu tabellionis præmortui, quòdque manus eius nota sit alijs tabellionibus & iudicibus ciuitatis, & fuerat aliàs ipse bonæ opinionis & famæ, possit similiter refici instrumētum. Sed ipsi manifestè censentur errare. Nam per cōstitutionem, instrumentorum robur, de instrumento conficien. etiam instrumento in publicam formā redacto, & in membrana conscripto, sinè subscri-

NE personarum casu testificantium fides publica pereat, & veritatis essentia sub modo posita delitescat, rei gestæ memoria documētis publicis studiosè redigitur, & in præsentium notitiam cum cautela proinde releuatur.

Sanè venerabilis Frater Reuerendus Theatinus episcopus Cancellarius noster nobis nuper exposuit, quòd tempore, quo T. veñ. prædecessor eius in prædicta Theatina ecclesia pro Antistite præsidebat, tunc Robertus Morellus nunc miles, sponté confessus fuit locationis titulo ab eadem maiori ecclesia Theatina medietatem pro indiuiso castri Muccæ de Aprutia prouincia in contrata Thetis maioris positi, nomine coniugis tenere, habere, & possidere, pro qua medietate ipsi T. tunc episcopus, ligij, homagij, & fidelitatis debitæ corporale præstitit iuramentum, præsentibus & viuentibus tunc C. de tali loco pro iudice, & P. Regia authoritate tali loco Prothonota-

notario, & subscriptis testibus, videlicet A. & B. &c. Et priusquam de prædicto contractu publicum fieret instrumentum, memorati iudices, notarius, & testes humanæ sortis debitum persoluerunt. Supplicauit itaque nobis Præsul idem, vt super hoc sibi prouidere præstantius dignaremur, ne rei veritas lateat, de authoritatis nostræ præsidio. Nos autem cupiẽtes integrè quod negociorum veritatis essentia pateat, & fides probationis publicæ non decrescat, fidelitati vestræ tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus vos Camerarij, & iudices, vel alter vestrum, deinde dictum Dominum Robertum, nunc de mandato nostro captiuum, propterea interesse personaliter huiusmodi contractui nequeuntem, per speciales vestras literas requiratis attentè, quòd ipse circa refectionem huiusmodi contractus præstet, & exhibeat suum assensum, vel procuratorem constituat, qui sufficienter instructus intersit: quòd si fortè, post requisitionem eandem, dictus R. refectionem eiusdem cõtractus refugeret, aut indurato, & repugnante forsitan animo, recusaret, Vos si de manu dicti notarij iam mortui, de contractu prædicto schedam, seu notam fuisse conscriptam vobis cõstiterit, præter alios iudices, atque notarios Theatinæ ciuitatis eiusdem assumptos per vos, in contumaciam dicti R. præfatis iudice, notario publico, & testibus alijs, qui se dicto contractui interfuisse non asserant, sed in scriptis memorent, & præ mortui notarij schedam ipsam, seu notam inuenisse dicant. Instrumentum publicum cũ opportunis testibus secundum formam constitutionis Regni Siciliæ, sine alterius dilationis & cõtradictionis anfractu, refici faciat, eidem supplicanti, seu eius procuratori, vel nuncio postea assignandũ, vt fides publica testificantium morte non desinat, & veritatis essentia sub latibulo posita præsidio reparante probationis exurgat.

Data Neapoli per Bartholomæum de Capua &c. Anno Domini 1322. mensis Septembris, sextæ indictionis.

scriptione testium debito numero fides aliqua non daretur, minus ergo abbreniatura sola fide iurata testificatione duorũ testium ad minus secũdum formam constitutio. Baiulos, poterit fidem facere: Cum forma huius rescripti reducenda sit, ac interpretanda secundum formam constitutionũ ipsarum, vt patet. ff. de vulgari, & pupillari substitutio. l. ex facto. & C. de inofficioso testamento, si quando. Item cum contrahentes, qui rogarunt fieri instrumentum, teneantur monere tabelliones, ac offerre & præstare salaria, vt conficiant instrumenta, vt in constitutione prædicta, Baiulos. §. 1. Si hoc non fecerint, imò post eorum desidiam, tabelliones, iudices & testes obierint, iam melioris cõditionis erunt, quàm forent, qui fuissent diligentes. Cum isti per solum prothocollum tabellionis fundent eorum intentionem. Illis verò per maiorem numerum testium & scripturarum eorum intentionẽ probare necesse est. Cum aliàs inter desides & vigilantes debeat esse distantia. C. de annali exceptio. l. vt perfectius, in princip. Ius ciuile vigilantibus scriptum est. ff quæ in fraudem creditor. l. pupillus, in fine, non negligentibus in Authen. quibus modis natura. efficiun sui. §. natura. collatio. 7. Fructus quippe negligentiæ, damnum est. C. contra impuber. ordin. l. 2. in fine. Item quia posset in hoc fraus fieri, & in fraudem procurari, vt scheda scripta mortuis tabellione & testibus, inueniretur contra veritatem, quare non est eius probatio admittenda, ad hoc extra, vt lite non contestata. cap. quoniam. § sed & si actor. Item scriptura propria contra scribentem maioris est efficaciæ quàm scheda sola. Sed illa non facit fidem contra producentem, nisi probetur scripta per eum, vt ff. de probationibus. l. cum de indebito. §. 1. in authen de inst. caut. §. 1. & §. si verò aliquid. & §. sequen. & quod not. in eis. ergo fidem non faciet sola scheda, nisi debitis probationibus fulciatur, & pro hoc satis apertè facit quod not. in simili in d. constitut. instrumentorum robur. in verbo, subscribant. Scheda quippe sola nisi in publicam formam redacta fidem non facit. de legat. 3. l. fideicommissa. § primo, cum ibi no. Nam scriptura imperfecta nulla est in se. Institut. quibus modis testamen. infirm. §. ex eo.

Lucas de Penna, &c.

AD hoc cap. vide, quæ scripta sunt in superiori constitutione. Tapia.

Mandat Imperator instrumenta scribi literis legibilibus, & in cartis pergamenis. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

COnsuetudinem, a quam olim in aliquibus Regni nostri partibus audiuimus obtinere, dilucida constitutione cassantes, decernimus instrumenta publica, & quaslibet cautiones per b literaturam communem, c & legibilem per statutos à nobis notarios scribi debere. Scribendi modo,

COnsuetudinem. Mãdat Imperator instrumenta scribi literis legibilibus, non signis, vel notis. Et ratio, quia nil tam proprium est legibus, quàm claritas, vt in Authẽ. de testi. §. 1. & quia sic debent scribi instrumenta, vt non extrinsecus intelligantur, sed ex ipsa litera intellectus pateat, vt ff. de his quæ in testamen. delen. l. legi. Item iubet instrumenta scribi in chartis de pergamenis, sed in apochis non est vis in quibus chartis scribantur: quia non consueuerunt tanto tempore durare.

b *Literaturam communem.* Facit infra, de probat. constit. 2.

c *Et legibilem.* Concor. in Authen. vt præpo. nom. Imper. §. illud quoque. collat. 5. non ergo anni Domini debent scribi per signa, sed per debitam consequentiam literarum, vt hic, & C de emend. Iustinia. Cod §. vlt. & de veteri iure enuclean. l. 1. §. ne autem per scripturam. & in Authen. de testamen. imperfe. circa princ. ff. de bonor. possess. sed cum patrono. §. fina.

*ADDI

ANDRAEAS DE ISERNIA.

COnsuetudinem. Primò dicit instrumenta conscribi debere in litera legibili.

ADDITIO. *Adde quòd si sit scriptum in litera diuersa, an præsumatur suspectum? vide in §. licet. in Authen. de trien. & semiss.*

Et hæc est quædam additio de veteri, non de nouo, per quam tolluntur instrumenta Curialisca Neapolis, Surrenti, & ducatus Amalfiæ: quæ non excusaret sola consuetudo, nisi habeatur ex priuilegio, per ea quæ dicta sunt supra l. proxima.

do, * qui in ciuitate Neapolis, ducatu Amalfiæ, ac Surrenti, atque eorum pertinentijs hactenus seruabatur, omninò sublato. Volumus etiam, & sancimus, vt prædicta instrumenta publica, & aliæ similes cautiones, non nisi in pergamenis in posterum conscribantur. Cùm enim eorum fides multis futuris temporibus duratura speretur, iustum esse decernimus, ex vetustate forsitan, destructionis periculo non succumbant. Ex instrumentis in chartis papyri, 1 vel alio modo, * quàm vt dictum est, scriptis, nisi sint apochæ, 2 vel antapochæ in iudicijs, vel extra iudicia, nulla omnino a probatio assumitur. Scripturis tantùm b præteritis in suo robore duraturis. Quæ tamen in prædictis chartis bombicinis sunt redactæ scripturæ in prædictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, infra biennium à die æditæ sanctionis istius, ad communem literaturam, & legibilem redigantur.

* ADDITIO. *Olim Neapoli & locis hic nominatis conficiebantur instrumenta quodam barbaro charactere, quod Curialiscum appellabatur, adeo confuso, & à Latino diuerso, vt hodie à paucis legi possit, cuiusmodi plures sunt apud me. Sed tamen hæc constit. non omnino vsu receptam erit: nam postea nonnulla instrumenta in ijs locis confecta vidi sub seqq. Regibus, vsque ad Robertum, quæ vtique vigore huius constitutionis nullam fidem facerent. An in instrumentis de necessitate sit apponenda dies, vide Io. in. Fabr. in §. item verborum, instit. de inutilibus stipul. & quid si sit erratum in die vel discordat annus ab indictione? Et quando notarius possit corrigere instrumentum. vide Doct. & latè Ang. in l. Imperator, la prima, ff. de statu homin. Aymo. consi. 65. Dec. & Cagnol. in l. si librarius, ff. de regul. iuris. Et de solemnitatibus requisitis in instrumentis, Decius consil. 97. & quomodo impugnentur instrumenta, Aymo. consi. 72 & consi. 134. nu. 16. & 46.* F. lor.

1 ADDITIO. In chartis papyri. *Adde tex. in cap. cum dilecta. in §. nos igitur attendentes. de confirm. vtili vel inutili.* Superant.

* ADDITIO. *Meminit Luc. de Penna in l. 1. colum. 3. C. de apoch.*

apoch. publi. lib. 10. De Bottis.

2 ADDITIO. Nisi sint apochæ. *Adde quid si apocha, in l. plures apochas. & ibi Iyn. C. de fide instrum. Et an appellatione apochæ simpliciter factæ, intelligatur de priuata? vide per Bart. in l. admonendi, col. 6 ff de iureiur.* Superantius.

a *Probatio assumitur.* Mirum dicitur, quòd ex instrumentis scriptis in chartis papyri, quæ durant, & valent, nec alicui corruptioni adhuc subiecta sunt, q probatio non assumitur, ex eo, quòd timetur non esse duratura: immo hæc ratio debet in contrarium suadere, vt euitaretur periculum: & vt rerum probatio salua esset. ff de negot. gest. l. diuo. C. de test. l. publicati. & ff. de testi. l. curent. Sed fortè contingit hoc propter delictum eius, qui scribit contra constitutionem istam, & aliter propter delictum alicuius æstimatur futurum tempus, ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. 1. respon. in fi. & §. 2. & l. in lege.

b *Præteritis.* Et sic instrumenta debent esse scripta in membrana, quam dat temporis qualitas, vt C. de donat. l. donatio, siuè directa.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Volumus. Hic etiam dicit instrumenta debere conscribi in chartis membranis, scilicet, de corio, non in chartis bombicinis: nisi sint apodissæ vel antapochæ: quod dic vt in glo.

ADDITIO. *Adde Bar. in l. cum notato, in §. sicut. ff commod. Bart. in l. 1. in princ. ff. de bon. poss. sec. tab. Bal. in l. donatio. C. de donat. Ang. & Syluc in l. quoniam indignum. C. de test. Spec. in tit. de instru. edi. in §. postremò. versi. item quod est scriptum. Et an possint scribi in papyro? adde tex. in cap. cum dilecta. in §. nos igitur. de confirmat. vtili vel inutili.*

Citationes tantum fiunt in chartis bombicinis, quia non sunt instrumenta: multi etiam Reges & Principes vtuntur ipsis chartis vnde in alijs regnis, & locis extra illud regnum Siciliæ seruabitur id, quod est solitum fieri, ar. ff. de vsu l. qui se. misses de pig. act. l. vel vniuersorum. Chartæ dicuntur de bombice, membranæ sunt de corio, & membris animalium. ff. de acquir. rer. dom. l. qua ratione. §. literæ Instit. de rerum diu. §. literæ. Iure Romano valent priuilegia siue in chartis bombicinis, siue in membranis. C. de diuer. rescrip. l. sacri affatus.

ADDITIO. *Adde tex. in c. cum dilecta. §. nos igitur. de confirmat. vtili vel inutili.*

Et testamenta similiter debent scribi in chartis membranis, C. de testam. l. quoniam in fi.

ADDITIO. *Vide pragmaticam regni, singulis, & supra in constitu. Baiulos.* Cæsar.

C*Onsuetudinem quam.* In glo. in ver. probatio. circa fi. Sed an cautiones procurationum possint fieri in chartis bombicinis? videtur quòd sic, quia cessat ratio quæ redditur in constit. præsenti. Contrarium verius putatur, cum illa fuerit ratio impulsiua, non finalis, arg. ff. de postul. l. 1. Præterea hoc nô permittitur, nisi in duobus casibus, in alijs ergo prohibuisse videtur. l. maritus. C. de curat. l. cum prætor. in princ. ff. de iudi. cum si. Et hæc etiam omnia locum habent in instrumento, & cautelis authenticis. Sed quid in transumpto? dic idem per arg. supra proximè allegatum: & per causam constit. præsentis. Sed an credatur transumpto? dic quòd sic, si factum est coram iudice, & solenniter, aliàs non. & ita not. in l. publicati. C. de testa. ita not. glo in Auth. vt frat. fil. §. 2. quæ glo. incipit creditur ergo exemplo. per Cyn. in d. l. publicati. & videtur etiam hæc constitutio comprehendere testamenta, cùm appellatione instrumentorum, &c. l. 2. ff. quemadmo. testam. aper. Barthul. de Capua.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec constitutio non seruatur prout seruari deberet, scribunt enim nostræ tempestatis notarij non minus imperfectè, quàm fortassè scribebant tempore, quo fuit hæc constit. condita, quod multum Viceprothonotario cordi esse deberet.

Et animaduerte, quod † si instrumentum esset scriptum litera illegibili non probaret, vt ex l. quidquid astringendæ vbi Barto. ff. de verborum obligation. probat Ioannes Vinc. Anna sing. 253. 2

IMPER. FEDER.

INstrumenta a * de donationibus, aut concessionibus, vel quibuscunque contractibus in quibus nomen alicuius hostis, vel proditoris nostri,

a INstrumenta. Hæc constitutio cassat instrumenta facta per hostem, vel inuasorem Regni concor. C. de episc. & cler. l. decernimus.

* ADDITIO. *Vide Afflict.*

Afflict. in consil. cum circa institu. nu. 5. & Luc. de Penna in l. in sacris, la 3. col. 2. C. de proxim. sacro. scrin. ubi ponit, quomodo debet apponi per notarios Regni tempore tiranni in testamentis, seu instrumentis. De B.

stri, & generaliter cuiuslibet inuasoris Regni nostri, scriptum sit cassa & inania reputantes, nullam ex eis volumus in iudicijs, vel extra iudicia probationem assumi, sed ea igni cremari mandamus.

AN-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

I*Nstrumenta.* Illa quæ fiunt tempore Tiranni non valent. C. de episcopis & clericis. l. decernimus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

AN autem teneant acta facta tempore Tiranni? videas Afflict. decis. 77.

Instrumenta sub nomine inuasoris Regni facta, vel alterius hostis nulla declarantur nisi infra annum fuerint renouata, h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

*PRiuilegia Hæc constitutio mandat renouari priuilegia concessa ab inuasoribus & instrumenta facta à iudicibus creatis ab eis, & tabellionibus.

* ADDITIO. *Adde Af-*

PRiuilegia, a * & instrumenta proditorum nostrorũ, aut inuasorum Regni nostri, quorumlibet nomina continentia, & quæ à iudicibus factis ab eis, aut tabellionibus scripta, & subscripta inueniuntur vsque ad annum à die insinuationis constitutionum nostrarum, declarari & renouari decernimus, ac oppositione nostri nominis roborari nulla ex instrumentis prædictis ex præsenti iussione nostra non declaratis in iudicijs aut extra iudicia fide in posterum assumenda.

Afflict. in decis. 77. vbi late de materia. Vide in registro, quod tenet D. Barattucius fisci aduocatus, litera M, per quã Dux Calabriæ Vicarius Regis Roberti declarat quod detur fides instrumentis confectis per notarium factum per Federicũ occupantem Regnum Siciliæ, est à car. 134. in c. 132. De Bott.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

P*Riuilegia.* Illa quæ sunt facta per iudices & notarios tempore Tirannorum, propter vtilitatem publicam, non ex toto cassantur, sicut facta ab illis, qui credebantur esse indices & notarij & non sunt, argumento. ff. de offic. Præsid. l. Barbarius. de test. l. ad testium & vult Imperator ea reuocari, postea ordinat, sicut vult. De Iure tamen scripto dicunt multi quod nõ valent. ff. de reb. cor. quæ sub cur. vel tut. l. qui neque. de iureiuran. l. iusiurandum. § pupillo, in glo quia debent tabelliones confirmari saltem per Regem, vt in authen. de defen. ciuit. § quod interim. Qui confirmat dat. ff. de verb. signif. l. lege obuenire.

ADDITIO. *Adde Alber. de Rosa. in l. 1. C. de cad. toll. & per Bar in tract. suo de Tyranno.*

Alij dicunt quod propter necessitatem debent valere, si alias erant idonei, quamuis creati à Tyranno, argum. C. de testi. l. t. Quia non debent decipi qui communi opinioni crediderunt C. de Lati. liber. tol. l. 1. §. sed cum domini. ¶ Sicut dicitur fuisse seruatum de instrumentis factis tempore principis Manfredi. Facta Tyrannorum debent reuocari non subditorum non peccantium. Nam necessitas non habet legem, ff. de offic. Con. l. 1. C. de bon quæ lib. l. fin. §. finautem patre. ibi, propter hominum & rei necessitatem, &c.

ADDITIO. *Adde glo. in l. 1. C. de oper. liber. c. quod non est. de reg. iur. in 6 glo. in c. quoniam multa, 48 dist.*

Pro quo est quod dixi infra l. in causa depositi. glo. ¶ Odio alterius alius grauari non debet. C. de inoffi. testa. l si quis in suo. Argumen. contra, quia pro peccato vnius tota prouincia interdicitur. extra de sponsa. non est. de offic. deleg. cap. sanè. quia si vnus populus rebelletur iniustè suo domino adhærens Tyranno, de hoc deberet puniri, & non habebit immunitatem.

Instrumenta, scriptura, & contractus publici in formam publicam redigendi, in quibus agitur de interesse Baronum non fiant per vassallos. h. d. Tapia.

REGINA IOANNA. Cap. 289.

NOn sine prudentis prouisionis ministerio statuerunt decreta & Principes stabilierunt leges & sacrarum constitutionum codices ediderũt, quo vtique prudentium digesto consilio diuinitus inceperunt exordium, & catholicorum Principum subsequenter roborari præsidijs cuncti iusserunt honesta quærere, & per limitatos ordines in partes distinguentes officia, numerum personarum in ordinibus ipsis omnes sistere voluerunt, & sub earundem sacrarum constitutionum viuere salubribus regulis, & doctrinis. Sanè igitur intra nosmetipsos assiduè reuoluentes ipsarum constitutionum effectus inter alia earum prouida institutã reperimus, quod primus earum conditor de ordinandis notarijs publicis curam habent, illos in certo numero ordinari statuit. Et voluit quòd nullus ex eis, nisi esset de Demanio, vel homo demanialis, notarius publicus crearetur, quasdam constitutiones per Reges illustres progenitores nostros recolendæ memoriæ confirmantes, earum obseruationem indixere. Verum, sicut ad nostræ celsitudinis deuenit auditum, nonnullis ex nostris primogenitoribus, & nos etiam ipsarum constitutionum, in hac parte, Sanctioni prouidere, siuè multis curis impliciti, & ipsarum effectus minimè recordati, plerunque contraueniente creauerunt infra ipsorum regiminis tempora. & nos etiam creauimus multos notarios publicos, non quidem Demaniales, sed de Terris Comitum, Procerum, & Baronum Regni nostri Siciliæ oriundos, quorum aliqui, vt accepimus, coacti forsitan eorum vtiliter Dominorum molestia, multa fecerunt hactenus instrumenta, & scripturas alias à veritatis estra-

essentia multipliciter deuiantes, per quos, seu quæ multorum iura fuere deperdita aliquorum, & signanter dominorum Terrarum prædictarum, iniquæ causæ penitus releuatæ, ob quæ multorum coram nobis præsepè inualescente clamore, aures verberantur. Nos nolentes gesta per dictos genitores nostros, & nos omnino succidi: Sed volentes talium notariorum, & vtiliter Dominorum eorum ineffrænatam licentiam cohibere, vt instrumenta illa fiant per illos ex dictis notarijs publicis, quibus nulla possit esse causa timoris, de certa nostra scientia, præsenti ordinatione nostra firmiter valitura, perscribimus, volumus, edicimus & iubemus, vt ex nunc in antea Tomnia instrumenta, scripturæ & contractus publici, qui sunt in formam publicam redigendi, tangentia, & tangentes quoscunque dicti Regni Magnates, Proceres, Comites, Barones, & Terrarum Dominos fiant & fieri debeant per notarios publicos homines vtique Demaniales, & de dicto nostro Demanio, & non per notarios publicos de Terris dictorum Magnatum, Procerum, Comitum, & Baronum ordinandos, vel in eis, aut ipsarum altera terra, siue alijs commorantes. Ex nunc prout ex tunc & hæc ex tunc prout ex nunc, de ipsa nostra certa scientia, & Regiæ potestatis plenitudine, omnia & singula instrumenta, scripturas, & contractus* publicos, fienda, fiendas, & fiendos, ex nunc in antea per ipsos notarios publicos non Demaniales, quæ tangere & tangi poterunt dictos tantum Magnates, Comites, Barones, & Terrarum Dominos esse inania, & inanes, ac nullos, nullas & nulla, nec vllā in iudicijs vel extra obtinere deinceps roboris firmitatē. Quibuscunque literis per dictos progenitores nostros & nos, notarijs ipsis concessis, quas quantum ad præmissa tollimus, efficacia vacuamus, non obstantibus quoquomodo. Ecce namque Magistro Iustitiario, & Magistro Camerario Regni nostri Siciliæ, eorumque Locatenentibus, ac Vicegerentibus, Iustitiarijs, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, & officialibus nostris alijs, quacunque distinctione notentur, per dictum Regnum nostrum Siciliæ constitutis, vel eorum Locatenentibus præsentibus & futuris damus ipsius nostri præsentis edicti seriem districtius in mandatis, quatenus ex nunc in antea huiusmodi instrumenta, scripturas, & contractus publicos in iudicijs, vel extra iudicia non recipiant, audiant, vel admittant. Sed eos, eas, & ea recipere, audire, & acceptare plenius denegent, & recusent. Alijs instrumentis & scripturis, & contractibus publicis, vel priuatis per dictos notarios publicos non demaniales fiendis, quæ alias personas concernerint, quatenus tam alias ritè, & prouidè fient iuxta contrahentium voluntates valituræ firmiter, atque in eorum robore, & efficacia permansuræ. Et vt præsens edictum nostrum in notitiam perueniat singulorum, nec ipsius ignorantia, à quocunque valeat allegari: Chartas, siuè membranas eius seriem continentes porticibus, seu valuis Castri Noui de Neapoli, & domorum, in quibus regitur Magna nostra Curia Regni nostri Siciliæ appendi fecimus, & assignationem, illiusquè tenorem cunctis patulo in iudicio publicarunt. Cum non sit verisimile apud alios remanere incognitum, quod tam patenter in oculis omnium diuulgatur. In cuius rei testimonium præsens edicti scriptum exinde fieri, & pendentis maiestatis nostræ sigilli iussimus appensione muniri.

Datum Neapoli per manus viri nobilis Gentilis de Morilinis de Sulmona, legum Doctoris, Magnæ nostræ Curiæ magistri Rationalis Locumtenentis, Logothetæ, & Prothonotarij Regni &c. Anno Domini 1403. die decimoquinto Ianuarij, duodecimæ indictionis, Regnorum nostrorum anno 17.

*ADDITIO Scripturas & contractus. Vide Pau de Cast. in consil. 44. videtur dictdum. vol. 1. vide dum loquitur de contractibus, quia videtur probibita etiam probatio per testes. nam aliud est instrumentum, aliud contractus, pro quo vide Pau. de Cast. consi. 101. notandum, in antiquis. quod est in 2. vol in nouis. nu. 73 vide de veritate per Tiraquell. de vtroque retrac. car. 135. col. 2. De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 OMnia instrumenta. Ex hoc capitulo habemus instrumenta † in publicam formam redigenda non posse à notario vassallo confici, & confecta nulla fore declaranda, sed conclusio ista pluribus restringitur modis, & Primò dicimus non procedere † in testamentis. quæ licet sint in publi-
2 cam formam redigenda, attamen verbum hic positum contractus illa excludit, quam sententiam probauit † Dominus
3 Fabius de Anna alias collaudatus in additionibus ad Ioannem Vincentium Patrem sing. 244. cuius, & doctrinæ, & authoritati, quamuis addi nihil possit, non tamen arbitror vilis esse considerationis, aut illi detrahi si contrarium affirmaretur circa quòd ponderandum est verbum illud instrumentum, & verbum scripturæ, nam instrumentorum † etiam te-
4 stamenta comprehendit l. 2. in princip. cum glos. ff. quemadmodum testamen. aperian. Idque patet ex dictis per glo. And. Barthol. de Capua, & Afflict. in Constitut. Instrumentorum robur dum testamenta sub verbo instrumenta comprehendi traduntur. Idque habetur etiam per Afflict. decis. 270. post numerum 6. ad quod etiam facit, quia ratio huius capituli, quæ est nè falsitates committantur, viget etiam, immò magis in testamentis, quæ maiori solemnitate ob falsi suspitione sunt roboranda ad tex. in l hac consultissima. C. de testam. Secundò fallit † in obligationibus apud acta curiæ, quia non sunt in publicam formam redigenda, vt habetur per Dominum Præsidem de Franch. decis. 118. 5

Hoc capitulum est etiam positum sub tit. de offic. Notar. Iudicum, nec immeritò erit hoc etiam loco est situatum.

Instrumentum non reassumptum ante mortem Notarij, qui illud confecit forma hic præscripta reassumatur. h. d. Tapia.

EX CONSTITVT. BAIVLOS.

§. Cæterum si casu contigerit Iudicem, siuè Notarium prius in fata decedere, quàm instrumenta sint, prout ad eorum quemlibet pertinet, consummata, Decernimus vt si quidem partes supersint, vel ipsarum hæredes, quarum rogatu contractus iterum valeant celebrare, per cōpetentis coercitionis

tionis modos, indictiones mulctarum, videlicet, aut pignorum captiones, ad reficiendos contractus per Baiulorum officium ficium a compellantur. b Quæ partes si fortè defuerint, si quidem notarius, * qui gesta conscripserit integræ vitæ, famæ,

a *Compellantur.* Est etiam de iure Roma. in eo scilicet casu, quando amittitur instrumentum, scilicet debiti, quod compellatur debitor de nouo promittere. Vel si extat imbreuiatura, iterum fit instrumentum, vt ff. de admin. tut. chirographis, §. respon. in glo. 1. ad promissionem nouam, &c. accedit. C. de discu. lib. 10. ne casu.

b *Quæ si fortè defuerint.* Quia citatæ partes ad Curiã venire cõtemnũt: & optimè cõcor. hoc cum l. ff. de iu risd. omn. iud. l. si ego. §. 1. in fi §.

* ADDITIONES. *Notarius, qui fuit rogatus, et si est absens, et rebellis, an possit eius rogatus per alterum notarium reassumi. vide Afflict. decis. 6. et vide casum, in quo potest reassumi, licet notarius, iudex, et omnes testes sint mortui, Afflict. decis. 48. vide glo. in ver. non minus. §. 1. in Authen. de instrum. caut. et fide, vbi dicit quòd tres testes sunt necessarij, quando instrumentum excedit libram auri. Et quid in instrumento dotali, vide Capic. decis. 29. in fi. Et mult: de reassumptione instrumenti per alium notarium, vide per Boer. decis. 36. 37 et Gramat. decis. penult. vbi quid si non reperitur in protocollo?* Marcus Ant. Puluerinus.

¶ *Quid si instrumentum dicatur falsum, an interea reassumi possit in publicam formam, si testes reperiantur infirmi. vide Afflict. decis. 165. et quid si profertur copia à protocollo, an probet, si notarius et testes mortui sunt, in decis. 1; 8. in 6. dub. et quid in abbreuiatura notarij, si instrumentum non est in protocollo descriptum. vide Dec. cons. 447. Et quòd partes possint cogi ad reficiendum instrumenta, si sunt mortui notarius, et testes, vide declaratum in registro Roberti penes Barattucium 1. par. cap. 129. et 177.* Fabius Iordanus.

x A D.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IN glo. in verbo, compellantur. Sed quid de notario, nunquid compellatur iterum conficere ex protocollo, vt si fuerit amissum? dic quòd sic, vt no. C. de discus. l. 1. & ibi gl. & C. de defen ciui l. iubemus. Franciscus de Telesia dicit idem, si esset inueteratum, vt no. in Auth. de hæred. & Falcid. princip. Barth. Vintiguer. de Cap.

In ver. schedam. Supple & protocollum, imbreuiaturam, vel aliam quamcunque scripturam, dummodo nota sit manus prædicti notarij alijs iudicibus, atque notarijs, vt supra ponitur, Quia qualitercunque non est perfectè consummatum vt decet, reficit per vias prædictas, & subscriptas, vt supra not. §. Cæterum si casu. &c. Franc. de Telesia.

b. Ista constitutio dat formam releuationis protocolli. & protocollum dicitur à πρῶτος græcè, quod est primus latinè, quasi prima negotij collatio in scriptis, seu quasi in eo primò confertur negotium per scripturam, vt in proœ. Digestorum. §. discipuli.

In textu constitutionis. ibi, cæterum si casu contigerit. Istud verbum intellige, vbi notarius mortuus fuisset in hebdomada post rogationem, in qua publicare debeat notarius, & rogatum reducere in formam publicam, vt ante ipsum vers. Cæterùm.

Prima constitutio vult, & mandat, vt ex ipsius inspectione apparet, aliàs si negligentia partis tempore supradicto non fuerit facta publicatio, dicerem imputandum parti, per ea, quæ no. glo. in constitutione, Instrumentorum robur. in glo. in verbo, subscribat. & in simili tex. in l. contractus. C. de fide instrumen. & sic cessare deberet dictus versi. Cæterùm. Cogita, quia quotidianum est in practica. Et pro prædictis vide cap. Reg. Carolus Camerario, & iudici ciuitatis Theatinæ. Et quia per dictam constitutionem datur forma releuationis, de iure tamen communi est, quod si reperiatur imbreuiatura, quòd contractus notarij publici benè custoditi fidem facit, & exinde potest sumi publicum instrumentum, cap. penult. de fide fide instrumentorum. notat Goffred. de præscriptionibus. ad audientiam. Innocent. de procuratoribus. cap. 1. facit in Authent de defensoribus ciuitat. §. præcepta & post prædictum. & notatur. ff. de administrat. tutor. l. chirographis. in princip. & si fuerunt publicata, & negligentia, vel vetustate consumpta, debent renouari, vt in Authent. de hæred. & Falcidia. §. sed quando. vbi notatur. Sed in Regno Protocollum non facit probationem, nec semiplenam, per textum, qui dicit nulla, in constitutione, consuetudinem. in tit. de instrumentis conficiendis. Sed tex. dictæ constitutionis loquitur in publico instrumento conficiendo, non in protocollis, vt ex ipsius inspectione apparet in rubro, & nigro. Ioan. And. in addit. spec. in tit. de instrum. edi. §. videndum. circa primum tenet, quòd protocollum non facit fidem. Sed ipse idem in d. tit. § instrumentum. circa finem, tenet quòd benè faciat fidem, vt authoritate ordinarij iudicis publicetur, & extẽdatur per alium notarium, vt ibi per eum. Nec obstat quod dicit Innoc. in cap. 1. de procuratoribus quia loquitur de registris Curiæ Apostolicæ, & Regiæ, & non de protocollis notariorum. Et si diceretur: quare in multis partibus protocolla faciunt fidem? Responde, quia ibi protocolla habent signa, subscriptiones notariorum, & omnia alia substantialia, quæ requiruntur ex iuris dispositione in subscriptione publici instrumenti, iuxta notata per Specul. in titu. de fide instrumen. in principio. & sic faciunt non immeritò fidem, vt publica instrumenta. Nec ibi de consuetudine subscriptio iudicis, & testium requiritur. Et multum in hoc attenditur consuetudo, vt per Ioan. Andr. in dicto §. instrumentum. in fine. Sed secus est in protocollis, quæ non habent subscriptiones, & signa notarij, & testium, & aliorum, quæ requiruntur per dictam constitutionem, Baiulos, & consuetudinem. Propter quæ singula protocolla Regni possunt dici imperfecta, & fidem non facientia, vt per Ioan. Andr. in dicto §. videndum. Benè authoritate ordinarij iudicis crederem per alium notarium publicanda, vt per Ioan. Andr. in d. §. in-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec constitutio dat formam reassumptioni instrumentorũ, quando notarius mortuus esset ante reassumptionem, circa quod vide etiam iura sequentia. † practica tamen
1 est, quam hodie seruamus, vt Illustrissimo Proregi supplicatio porrigatur per quam petatur, vt instromentum mandet reassumi à quo rescriptum obtinetur Sac. Cons. directum, vt referat, an possit reassumi, Illudque à Præsidente alicui ex Consiliarijs committitur, & ab eo vt capiatur informatio mandatur in qua debent hæc probari notarij, iudicis, & testium mors, quod notarius vir probatæ fuerit opinionis, & quod eius scriptis semper fuerit adhibita fides.

Item scripturam, quæ reassumi petitur in protocollo adesse eam- eamq; notarij manu scriptã, q̃ notam habere testes asserãt, qua informatione capta omnibusq; his circumstantijs probatis decretum per Sac. Cons. in hac formam, interponitur, decreto Sac. Cons. prouisum est esse referendum posse reassumi, quo interposito fit relatio Illustrissimo Proregi manuque Præsidentis, Consiliarij qui fuit Commissarius, & Secretarij Sac. Cons. subscribitur, quæ relatio vni ex dominis Regiam Cancellariam Regentibus committitur, factaque relatione in Collaterali Consilio si videbitur, prout semper assolet, mandatur reassumi seruata forma Pragm. primæ, & secundæ de fide instrum. infra hoc tit. positarum.

Ex quibus sublata erit quæstio de qua per Afflict. dec. 48. &

1 ADDITIO. Qui interfuerint duorum. *Adde c. nouit, de iud. c. licet, & c. in omni negotio, de testibus. c. cum esses. & c. relatum. de cohu. originaliter Deuter. 9. Matt. 18 & 2. ad Corint. 13.* Superant.

a *Schedam eandem recipi.* Et in hoc casu quando aliquis alius notarius schedam notarij præmortui recipit, sicut hæc constitutio dicit: debet recipere ipsam schedam, & in publicam formam redigere

gere

mæ, & opinionis extiterit: & manus eius, qui schedam conscripserit, nota sit alijs iudicibus atque notarijs ciuitatis & loci: placet idoneorum testium, qui interfuerint, 1 duorum ad minus iurata testificatione recepta per alium eiusdem loci notarium a schedam eandem recipi. & instrumentum, prout est iuris, & moris, ab ipso conscribi. * A iudice, qui contractui siue negotio se interfuisse fatebitur subscribendum vel ab alio iudice ciuitatis eiusdem, si fortè prius extiterit humana sorte sublatus, qui tamen rei

rei agendæ non se interfuisse describet: sed qualiter inter acta premortuorum iudicum, atque notariorum, testium depositionibus roborata: descripti negotij seriem recepisse testetur. Cæterum, adhoc vt ipsi Baiuli cum personis sibi per nostram Curiam deputatis in dispendium rei familiaris suis laborare dispendijs non cogantur per speciales, & sacros nostræ mansuetudinis apices, prout statutus quilibet pro tempore fuerit, statuemus eisdem in expensis annalibus, & sufficientibus prouideri.

gere cum authoritate ordinarij iudicis, qui suam authoritaté præstabit in his, ad petitionem eorum, quorum sunt instrumenta, vt extra de fide instr. cap. penult. & ex hac constitut. benè colligi potest.

* ADDITIO. *Sed quid si iudex dicit, instrumentum aliter fuisse factum quàm testes & notarius asserunt, an cogatur se subscribere. dic quod non. ita Luc. de Pen. in l. quicunq. 1. col. cum seq. C. de tab. lib.* 10. De Bot.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

§. instrumentum, in fine. & facit dictum cap. Reg. Carolus, &c.

Quando autem ordinarij iudicis authoritate, publicatur, Ioan. Andr. in cap. penult. de fide instrumen. ponit formam, & dicit, quod vocatis qui tanguntur, vel in eorum contumacia, subscribat sic tabellio: Supradictum instrumentum de verbo ad verbum subscripsit de notis talis notarij mortui, & ipsum manu propria, quam benè noui, scripserat: & hoc de mandato talis iudicis: quo ad substantiam nullo detracto, addito, vel diminuto, vel transportato, in publicam formam redegi, & meum signum apposui: & hoc de iure communi. Sed in hoc Regno in foro laicorum, ad releuationem protocollorum attendas, & serues constitutionem, Baiulos & nostra, & adde suprà alleg. cap. Carolus. &c. Petrus de Monteforte.

In tex. tarenum vnum. Sed an dictum pretium ambo recipient à petente instrumentum, vel quilibet eorum tantundē? Responde, vnusquisque eorum tantundem recipit, ar. ff. de leg. 1. l. si quis Titio. & Seio. in Auth. de iud. §. nunc autem. in gl. in c. sed nunquid. Barth. de Cap.

In tex. necessitate. Quòd si notarius non facit schedam, siuè abbreuiaturam de contractu, de quo rogatur, an teneatur parti ad interesse, & sit puniendus? dic, quòd sic, si dolo id omittat. arg. C. de mag. conuent. l fi. in fi. Idem si negligentia, quia ex suo officio tenetur conficere schedam, & protocollum, vt in Auth de tabellio § fi. C. de off. præs. præt. l. si quos, & ext de fide

fide instrum. cap. pen. Barth. de Capua.

In tex. per Baiulorum officium compellantur. Sed pone, pars decessit relicto hærede pupillo, citatur pupillus coram Baiulo ad reficiendum contractum, iuxta formam huius constitutionis, nunquid possit forum declinare? Dominus Bartholomæus de Capua determinauit in consil. quòd non, illa ratione, quia refectio horum instrumentorum, spectat principaliter ad Baiulos, per hanc constitut. & si non debet fieri coram alio iudice, ex eo quòd natura causæ hoc non patitur: & ad hoc allegat authen. clericus. C. de episc. & cler. Sed durum videtur priuilegium pupillo auferre, nam sequeretur aliud absurdum, quòd in omnibus alijs causis, quarum cognitio spectat specialiter ad magistrum Iustitiarium, seu alios iudices, pupillus non posset declinatoriam opponere: quia natura causæ non patitur. In isto casu modicum operaretur priuilegium pupilli; & ideò videtur melius prouidendum iudicio meo. Ioan. Gril.

Sed quæro, nunquid hæc constitutio habeat locum in testamentis? Videtur quòd sic, per ea quæ notantur in constit. instrumentorum robur. in glo. dicunt quidam. In contrarium facit, quia in testamentis, requiritur maior solennitas, quàm in contractibus, vt l. hac consultissima. Cum ergo loquatur constitutio in contractibus non extendetur ad testamenta: quia verba contraxerunt, & gesserunt, non pertinent ad testandi ius. ff. de verb. sig. l. verba contraxerunt.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

2 48. & Capic. decis. 171. an † mortuis notario, & testibus instrumentum possit reassumi, cum secundum constitutionem istam duorum testium superuiuentium requiratur subscriptio quamuis ibi fuerit conclusum posse reassumi, nam cum hodie
3 id fiat authoritate Proregis cessat omnis disputatio, quia † per Regiam ordinationem in anno 1532. quæ est Pragm. 2. de fide instrumen. posita sub hoc tit. data est facultas Proregi dispensandi, vt in locum de mortuorum testium, & iudicis, alij testes
4 se subscribant, quæ autem † requirantur, vt instrumentum possit reassumi dicit Afflict. decis. 6. ex Abbate in cap. cum P. tabellio de fide instrum. & Anna singul. 254 remissiuè, Solan. ad Constitut. Sabaud. tit. de nudo seruando circa oppositiones glo. 1.

Amplia istam constitutionem, vt non solùm procedat in
5 notario mortuo, sed etiam † in absente, vel alias impedito tali impedimento quod non valeat instrumentum reassumere tunc

tunc etenim potest per alium reassumi prout Sac. Cons. decidit teste Afflict. decis 6.

Secundo amplia † ad testamentum, quod non obstante ex- 6
ceptione falsitatis apposita contra testamentum posse reassumi decisum fuisse per Sac. Cons. testatur Afflict. decis. 165. & Vinc. de Franch. decis. 485. in decisione Afflict. concluditur instrumentum fore reassumendum, sed conseruandum donec falsitatis causa decidatur. In ista nouissima decisione fuit conclusum reassumendum esse cum cassaturis, & lineamentis prout iacet.

Animaduerte tandem (dulcissimè Lector) quod licet in reas-
sumptione † instrumenti non procedatur via iudiciali, sed 7
sed humana, (vt diximus) attamen per Sac. Cons. fuisse datum primum, & secũdum beneficium in causa reassumptionis existente persona priuilegiata nobis tradit Vinc. de Anna sing. 254. quæ fuit magna decisio.

In

In reassumptione instrumentorum adhibeantur Iudex, & testes noui in locum præmortuorum cognito de fide, & moribus notarij. b.d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De fide instrumen.

IOANNA II. &c.

NE testificantium personarum defectu fides publica pereat, & veritatis sub modio posita delitescat rei gestæ memoria documentis publicis seriosè redigitur, & in præsentem notitiam cum cautela prouida renouatur. Scire vos volumus quod pro parte Verdellæ Ronchellæ de Neap. fidelis nostræ oblata fuit nuper nobis, & Consilio nostro petitio tenoris inserti, subsequentis Sacræ Reginali Maiestati reuerenter exponit Verdella Ronchella de Neap. fidelis Maiestatis eiusdem vt cû olim in anno à Natiuitate Domini IESV CHRISTI 1390. die 4. mensis Iulij, t 3. Inditionis, Neap. in testimonio publico constitutis quondam Abbate Ioanne tunc viuente, & Francisco Ronchello de Neapolis fratribus tam pro seipsis, quàm nomine, & pro parte Rentij Ronchelli communis fratris eorum, ac nomine, & pro parte dictæ exponentis, communis sororis eorum, de quibus pro rato, & ratihabitione promiserunt & ipsa Verdella, & Rentius, omni futuro tempore rata habeant, atq; firma omnia, & singula infrascripta, & contra non venire quoquomodo ex parte vna, & Saliceto de Mari de Neapoli filio, & hærede quondam Domini Petri de Mari de Neapoli milite pro seipso ex parte altera. Prædictæ partes in eodem publico instrumento ad certum contractum de matrimonio pariter contraheudo inter dictum Salicetum, & dictam exponentem pariter deuenerunt, cum certa promissione dotium infra certum terminum proinde assignandum dicto Saliceto contemplatione matrimonij supradicti; Et cum certa promissione dotium infra certum terminum proinde assignatum dicto Saliceto contemplatione matrimonij supradicti. & cum certa promissione antefati constituendi per eum dictæ exponenti. & cum certis alijs pactis, & conuentionibus habitis, & firmatis inter partes prædictas, contemplatione, & causa matrimonij supradicti, prout prædicta in actis nota, & protocollo Notarij Andreassi Cacabelli de Neapoli per totum Regnum Siciliæ, plenè continetur. In quo contractu interuenit dictus Notarius Andreassus pro Notario publico, & pro Iudice ad contractus interuenit tunc Ioannes Baya, tunc annalis Iudex ciuitatis Neapoli, & certi testes in numero opportuno, tunc similiter interuenerunt in contractu prædicto, videlicet quondam Iacobus Cicarus, miles, & legum Doctor, tûc Iudex Iacobus Cicarus, dominus Nicolaus de Voyno iudex Laurentius Brancia, Franciscus Piper, Franciscus Venata, Antonellus Spica de Neapoli: Et antequam de dicto contractu, assumptum seu confectum fuerit publicum instrumentum per Notarium antedictum: Dictus index Ioannes, qui interuenit pro iudice in contractu prædicto, & testes prænominati mortui sunt, sicut Domino placuit, superest tantum dictus notarius Andreassus, qui interfuit pro notario publico supradictis interfuit, & interest dictæ exponentis de prædictis contentis in contractu actis & protocollis habere publicum instrumentum, ne testificantium personarum defectu fides publica pereat, & veritatis essentia sub modio posita delitescat. Dignetur Maiestas vestra super prædictis de remedio opportuno benigniter prouidere, ac committere & mandare Baiulo & iudicibus Ciuitatis vestræ Neapolis, quatenus vocatis partibus coram eis, cum dictis actis nota, & protocollis suis prædictis, & alijs euocandis, vbi dicto Baiulo & iudicibus, & eius Curiæ, constituerit per acta, notam, & protocollum prædictum, & quod præfatus notarius & dictus quondam Iudex, fuerunt homines integræ famæ, & opinionis, ac manus & scriptura dicti notarij, sit alijs nota iudicibus, atque notarijs Ciuitatis prædictæ vestræ Neapolis, & quod dicti iudex & testes præmortui fuerunt, instrumentum prædictum prædicti contractus, de prædictis in formam publicam redigi, seu confici faciant per notarium antedictum, adhibito in prædictis, per dictum Baiulum & iudices, ac eorum Curiam, alio iudice publico, in loco & vice dicti quondam iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs testibus in opportuno, in locum & vicem dictorum iam præmortuorum. Qui iudex assumendus & testes prædicti se subscribant in locum & in vicem dictorum testium præmortuorum, non quod prædicto contractui se interfuisse fateantur: sed quod se assumptos per dictam Curiam, dicti Baiuli, in prædictis, loco & vice præmortuorum, iudicis & testium fateantur, & instrumentum ipsum sic sollemniter confectum, cum clausulis, & sollemnitatibus debitis, roboratum assignari mandent, & faciant dicti Baiulus & iudices, per notarium antedictum, dicto exponenti, prius soluto sibi salario propterea competenti, vt fides publica testificantium non decedat, & veritatis essentia sub latibulo posita præsidio reparata probandis exurgat. Postquam quidem petitionem oblatam, nos habita super prædictis nostri Consilij deliberatione matura, considerantes, quod non absque mysterio iuris norma dictauerit de contractibus, ne pereant protocolla transumi: Et proinde cupientes interuenit quod rei veritas pateat, & fides probatione publica non decrescat. Fidelitati vestræ præsentium tenore de certa nostra sciêtia, committimus, & mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, vocatis coram vobis partibus, quæ tanguntur, & prædicto notario Andreasso, qui interfuit pro notario publico in contractu prædicto, & a'ijs euocandis, vbi vobis constituerit per acta, notam, & protocollum dicti notarij Andreassi, quod ipse notarius Andreassus, & dictus quondam iudex fuerunt homines integræ famæ & opinionis, ac manus & scriptura dicti notarij sit nota alijs iudicibus, atque notarijs dictæ Ciuitatis Neapolis, & quod dicti iudex & testes præmortui fuerint, instrumentum ipsum prædicti contractus de prædictis, in formam publicam redigi & confici mandetis & faciatis per dictum nota-

notarium Andreassum, adhibito in præmissis per vos & vestram Curiam alio iudice publico de Ciuitate Neapolis, in locum & vicem prædicti quondam iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs testibus in numero opportuno in locum & vicem dictorum iam præmortuorum, qui iudex assumendus, & testes prædicti se subscribant in instrumento prædicto, dictus videlicet iudex assumendus in locum & vicem dicti iudicis præmortui. & dicti testes similiter assumendi in locum & vicem dictorum testium præmortuorum, non quod prædicto contractui interfuisse se asserant, sed quod se adsumptos per vos & vestram Curiam in prædictis, loco & vice præmortuorum iudicis & testium fateantur. ipsumquè instrumentum, sicut prædicitur, sollemniter confectum clausulis & sollemnitatibus roboratum assignare mandetis & faciatis per dictum notarinm expensis prædictis, vt fides publica testificantium mortuorum non decidat, & veritatis essentia sub latibulo posita præsidio reparari probandis exurgat: Constitutione Regni nostri Siciliæ si, & prout circa hoc refragatur in aliquo non obstante.

Datum Neapol. per Magnificnm Virum Franciscum Zuruli de Neapoli Comitem, &c. Anno Domini 1412. Die primo Iunij 10. Indictionis, Regnorum nostrorum anno tertio.

PRAGMATICA II.
Eodem tit.

ITem atteso che in questo vostro Regno è Constitutione che li contratti, testamenti, & altri qnal-
qua siuoglia dispositioni che se fanno, se deueno suscriuere lo Giudice, Notario, & testimonij di loro proprie mani, & non essendo suscritte, non fanno fede, perloche molte volte accasca ch'essendono morti li Giudici, notarij, & testimonij, li contratti, testamenti, & altre qualsiuoglia dispositioni, non se ponno reassumere, & reassunte non fanno fede, non possendose hanere le subscrittioni predette. Ilche cede in enidente danno delli sudditi di vostra Maestà Cesarea, quali per varij impedimenti non ponno fare reasumere, & suscriuere li contratti, testamenti, & suscrittioni predette. Per tanto si supplica vostra Maestà Cesarea, che li piaccia ordinare, che, non obstante detta Constitutione del Regno, quando li contratti, testamenti, & dispositioni si trouano esere posti in protocolli per mano delli notarij sono interuenuti à detti cōtratti, & constito della bona fama, legalità, sufficienza di detti notarij, che detti contratti, testamenti, & dispositioni, se posano reasumere per li notarij che sono viui, & loco de testimonij, che si troueranno morti, se posano sottoscriuere altri testimonij.

Placet Regiæ Maiestati, vt Vicerex, & Locumtenens generalis, accedente opinione Consilij, & partibus, summariè auditis, ex causis legitimis Cōstit. Imperatoris Federici Secundi, super hoc editæ dispensare possit. Concesa per Cæs. Maiest. Ciuitati Neap. 28. Iulij 1532. Ratisbonæ.

Instru-

Instrumentis confectis extra Regnum qualiter adhibeatur fides hic traditur. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 188.

ITem a seruat ipsa Curia, quòd instrumentis * confectis extra Regnum non creditur, nisi per modum, qui sequitur infrascriptum, qnia aut instrumenta Apostolica, vel alia non Regia nec regalia facta in Regno, quòd non adhibetur fides, si sunt facta extra Regnum dicta instrumenta Apostolica, vel alia, tunc si habetur aliqua summaria in- for- formatio extraiudicialis, quod notarius qui publicauit, sit notarius publicus, & locus vbi fuit confectum est notus, vt Florentiæ statur sibi. Si vero non est notus locus, puta vltra montes, est locus, qui raró nominatur & non habetur fides, quòd sit publicus notarius non statur: sufficit enim quòd habeatur summária fides, quòd sit publicns notarius extraiudicialiter, vt credatur dicto instrumento Apostolico, vel non Apostolico confecto & publicato extra Regnum.

a *Item seruat dicta curia, quod instrumentis confectis extra Regnum, &c.* Vide omnino Andr. de Isern. in repertorio suo, in verbo, instrumentum, in 1. ver. Ad. de Pau. de Cast. in l. 2. C. vbi de crimin. agi opor. in fi. vbi inquit quod ille tex. est ar. quòd nō detur fides instrumento facto in longinquis partibus, per illum qui ignorat an sit notarius. de quo dicit esse videndum Spec. in tit. de instrum. edit. § restat. ver. sed quid si producitur. subdit Pau. de consuetudine seruatur quod portatur litera testimonialis, qualiter ille est notarius factus per superiorem illius loci. ita Pau. Et de hoc an notarius possit conficere instrumentum extra territorium illius à quo constitutus est, vide Geminianum in cap. Romana. § fin. vlt. colum. vers. quæro an notarius, &c. de foro compet. lib. 6. vbi post aliqualem discussionem inquit, quód conclusio veritatis est, quód aut tabellio est constitutus ab Imperatore, vel à Papa, vel ab eo, cui speciali priuilegio concessum est per illos: & tunc potest vbique facere instrumenta: argum. 9. quæst. 3. cuncta, dum tamen priuilegium non sit restrictum ad certum territorium, quia tunc tenor priuilegij gij esset seruandus. de priuileg. cap. sanè. aut est creatus ab alijs inferioribus habentib. certum territorium, & tūc non potest exercere illud officium extra territorium constitutum, vt est casus hic: Tamen instrumenta, quæ facit in territorio, in quo est eis commissum officiū, faciunt fidem extra territorium, vt est casus in cap. cum dilectus. ita Geminianus. Matt.

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia, quòd instrumentis, &c. *Ad hunc Ritum vide Doct. in constitu. instrumentorum robur. sup. & Affl. decis. 251. & omnino Hippol. de Mars. in l. si quis ne quæst. colum. 29. cum sequen ff. de quæst. vbi latè declarat ad intellectum huius Ritus, & Andr. in constitut. instrumentorum robur. colum. 2. & Pau. de Cast in l. 1. col. 2. C. vbi de crim. agi opor.* De Bot.

Vide ad hunc Ritum Carauit. & in quantum hic agitur de sigillo, dicemus in Rit. de sigillis. b. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 277.

ITem curia ipsa non credit literis sigillatis alieno sigillo, qnantumcunque authentico, etiam si de hoc eodem literæ faciant mentionem.

DE

DE ATTESTATIONIBVS. Rubr. xxix.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT. 1

HAec Rubr. non habet concordantes, nosque eam posuimus, vt clarius hæc iuditiorum tela conspici possit.

Testium depositiones receptæ post terminum præsentari possunt vsque ad conclusionem. h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.88.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quando fiunt commissiones examinationum testium, illæ attestationes possunt produci in ipsa causa per partem vsq; ad conclusionem cum sigillis examinatorum, per quod testes iurauerint infra terminum iuxta constitutionem Regni, & hoc diù seruauit & seruat ipsa Curia, & quando præsentantur, fit actus per subactarios in principio earum, vbi subscribitur dies præsentationis earum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

CIrca istum Ritum animaduerte, quòd hodie in Sacro Consil. quotiescunque † est commissum examen testium extra ciuitatem; Illudque non est productum, & terminus est elapsus proceditur ad vlteriora in causa ad instantiam partis, quæ suum producit examen, verum additur clausula, quod quandocunque venerit examen recipiatur, & habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, quæ clausula generalis comprehendit omnes exceptiones, quæ opponi possent tum respectu temporis, tum etiā modi, & aliarum circunstantiarum, quæ testium depositiones respiciunt, Ideòque fit publicatio conclusio, & etiam monitio ad dicendum cum non deceat causæ expeditionem impediri ob defectum alterius partis, præsentato demum examine, licet contra illud opponere, & hæc est praxis, quæ in nostro Sac. Cons. seruatur. 1

DE PVBLICATIONE, ET REPVLSA. Rub. xxx.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec Rubr. perutilis est, ac necessaria, cum ad sententiam rectè proferendam multum conferat, vt partes dicta testium videant, illaque, & comprobare valeant, & impugnare, ideòque vnum est ex requisitis ad rectum ordinem iudiciorum.

De hac tamen publicatione iura ciuilia mentionem faciunt in §. quia verò in authen. de testibus, & in authen. at qui semel C. de testibus, iura canonica in cap. cum I, & A, de sentent. & re iudic. in cap. qualiter, & quando il secondo, & in cap. olim §. si vero de accusation. & alia per Muscatell. adducta in eius praxi Sac. Cons. par. 6. in principio. Habetur etiam de hac re apud Hispan. in l. 37. tit. 16. par. 3. & in l. 1 tit. 8. lib. 4. nouæ recollect. vbi Azeued. num. 36. Apud Gallos tit. de publication. attestation. vbi Rebuff. Speculat. in tit. de teste. §. satis vtiliter de attestation. publication. Marant. in 6. par. actu 11. Consal. de Paee in sua praxi in 1. tom. 8. tempore tit. de publicat. testium, & Muscatell. loco citato, quibus in locis videnda erunt, quæ ad hanc materiam pertinent, & per Carau. in commentarijs ad sequentes Ritus.

Publicatio peti debet elapso termino quatuor dierum, fitque ipso iure si non petatur, & ea facta datur terminus ad recipiendum copiam processus. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 72.

ITem quòd elapso termino tam in causa ciuili, quàm in causa beneficiorum dato, infra dies quatuor à die dicti elapsi termini petatur per partes principales, seù procuratores eorum † publicatio in causa. Et si infra dictum terminum non peteretur, habeatur ex tunc pro publicato in causa, & scribatur in actis publicatio tanquàm esset facta de consensu vtriusque partis, & facta publicatione eodem die detur terminus ad recipiendum copiam processus dictæ causę iuxta prouisionem iudicum, & naturam ipsius causæ, ita quòd elapso dicto termino ad recipiendum copiam dato, de cætero non audiantur, nisi steterit per magistrum actorum, vel subactarios Curiæ, quo casu teneatur magister actorum, seù ille qui fuerit negligens in dando dictam copiam ad pœnam tarenorum decem excomputandorum in gagijs eius, quod not.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc Ritu concordat Pragm. 1 t. de ordin. iudit. quæ istum Ritum sequitur.

† *Publicatio in causa*. Hæc autem † publicatio an sit de substantialibus iuditij, tradit glos. in l. prolata. n. C. de sentent. 1

Interloeut. omn. iudic. Cuius contrarium communiter tenent Doct. ibi, & Carau. hic affirmat nume. 4. & Marant. in 6.
2 par. actu 11. num. 3. quod prodest ad decisionem articuli, † an si om ttatur in processu per hoc dicatur sententia nulla, in quo secundum cõem opin. in d. l. prolatam vera est resolutio per eius omissionem non dici nullam, quod tradunt ibi scribentes omnes præter glosam, Innocent. Abb. & alios in c. cum dilectua de fide Instrum. Lanfranc. in cap. quoniam contra de probation. in ver. interloquutiones num. 58. & post alios tradit Didac. Perez ad Rub. tit. 11. lib. 3. ordinat. posset tamen dici q actus publicationis si omissus fuerit: licet non reddat senten-
3 tiam nullam; † Id tamen non procedere quando pars non potuisset habere notitiam dictorum testium, nam cum aduersus illorum dicta, & personas, repulsa competat, & illorum dicta ponderare expediret, videtur quodammodo sublata defensio, & per consequens defic t substantiale iuditij. Hodie tamen stante hoc Ritu, & Regia Pragm. 11. de ordin. iudii. cessat
4 hæc disputatio, cum ipso † iure intelligatur facta post elapsos quatuor dies, sed an † post publicationem factam possint re- 5
cipi testes regulariter dicẽdũ est non posse propter subornationis timorẽ, vt in Auth. At qui semel C. de probat. habetur in Constitut. Iurisperitorum, vbi Andr. & Afflict. & in l. 5. tit. 6. lib. 4. nouæ recollect. vbi Azeued. & in l. 34. tit. 16. par. 6. Sed hæc conclusio non procedit † vbi quis fuerit impeditus testes suos examinari facere, quod Sac. Cons. iudicauit, vt per Afflict. decis. 50. quod idem Azeued. in d. l. 5. num. 2. Item quando
† terminus non esset elapsus, & publicatio esset facta quia 6
cum nimis festinanter sit facta nõ impeditur, vt post Marrien. in dialo relato 3. par. cap. 46. num. 3. tradit idem Azeued. loco citato nu. 2. in fine, dum tamen non didicerit testificata, alias limitationes vide per Soccin. in reg. 403. testes publicati, Hypolit. in l. 1. §. fin. num. 6. cum sequent. ff. de quæstion. August. Berro. quæst. 37. Curt. in l. admonendi nume. 40. ff. de iure Abb. & Felyn. in cap. fraternitatis de testibus. Viglialobos libro comm. opinion. l. 1. nume. 181. Afflict & Vrsill. decis. 2 Anton. Gabriel. lib. 1. commun. opinion. tit. de testibus conclusione 21. & Azeued. ad l. 5. tit. 6. lib. 4. nouæ recollect.

Publicatio fieri potest attestationum vnius partis, deinde alterius, idemque fieri potest de responsion. contra dicta testium. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 86.

ITem seruat ipsa Curia, quòd si examinationes testium, scilicet vnius partis sunt præsentatæ in actis, & non examinationes alterius partis, puta, quia examinati sunt testes citius vnius partis, quàm alterius, tunc si Curia vu't, & hoc petatur, fiat publicatio attestationum illius partis, quę sunt in actis, deinde venientibus alijs attestationibus fit publicatio de eis venientib. vel præsentatibus: de alijs autem quæ primo venerunt, de quibus iam publicatio facta fuit, non fiet iterum, & idem intellige de responsionibus partium: nam fit multoties publicatio responsionum vnius partis tantum, & multoties alterius tantum, quandoque fit publicatio simul attestationum, & responsionum, & omnium aliorum actitatorum. Vnde notandum est, quòd publicatio potest fieri de quolibet actu per se: si quis vellet, tamen prædicta sunt in vsu, copiæ tamen responsionum dantur, prout in quadam alia obseruantia Curiæ.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc Ritus hodie practicatur hoc modo, si vna partium præsentauerit suas attestationes, & altera non, & terminus est elapsus, tunc fit publicatio † in causa instante illa cum 1
reseruatione, quod quandocunque venerit examen recipiatur, & habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, vt superiori Ritu diximus, cætera declara, vt per Carau. hic.

*Facta publicatione terminus ad repulsam à die assignata [illegible] 2
infra decem dies petatur infra quem examinentur testes, alias [illegible] audiatur. h. d. Tapia.*

IOANNA II. Rit. 73.

ITem quòd facta publicatione in causa, si partes vel aliqua ipsarum voluerint petere terminum ad repulsam * testium: petere debeant infra decem dies numerandos à die assignatæ copię processus dictę causæ, plus, vel minus ad arbitrium iudicum, iuxta quantitatem processus, & quòd detur terminus ad probandum iuxta materiam causæ, & locorum distantiam, & quòd dicta repulsa concedatur vtrique parti per [illegible] nem vnius termini, & infra terminum datum ad probandum in causa repulsæ iam dicti testes iurati examinentur, ita quòd de cætero non audiantur, nisi ex iusta causa.

* ADDITIO. R[illegible] sam. *In repulsa te[illegible] minatur post term[illegible], nisi ex iusta causa vide Aret. in c. vlt. col. 10. extra, de testib.* De Bot.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 F*Acta publicatione.* Ex hoc Ritu habemus testium † dicta, ipsosque testes posse repulsari facta publicatione.

Cum hoc tex. concordat l. 8. cum pluribus sequent. titu. 16. par. 3. & l. 1. tit. 8 lib. 4. nouæ recollect. vbi Azeued. qui nu. 16. enumerat Doctores tractantes materiam repulsæ testium, quos etiã ego hic referre volui. Ant Gomez. var. resol. tom 3. c. 12. Villalob. in suo erario commun. opin lib. 1. nu. 97. & seq. Bonifac. in peregrin. legum partit. ver. testes quæst. 7. Didac. Perez in Rub. tit 11. lib. 4. ordinat. Ferrari. in pract. in forma opponendi contra testes post publicationem, & in forma iuramenti testium in glos. protestante, Siluest. in summa ver. testes num. 1. Simanc. de cathol. institut. tit. 64. de testibus num 3. & sequen. nume. 52. Matth. de Afflict. in constitut. Regni Mores dissolutæ, Additio. Cappellæ Tholosan. decis. 3. & 4. Dec. & Doctor. in cap. insuper de testibus, fuit dubitatum in causa Ioannis Donati Turboli cum Scipione, & fratribus de Turbolo nũc
2 quid † possit repulsari testis ab illa parte à qua est productus. Secundò an possit repulsari eius dictum.

Quoad primũ, dubium faciebat communis conclusio, quod testis à se productus videtur approbatus l. si quis testibus. C. de 3
testib. & per Maran. in 6. par. principali 3. actu num. 9. qui tamen limitat in duobus casibus, primo quando noua causa oriretur, veluti inimicitia, quando vellet eius dictum impugnare vltra quas limitationes additur, & alia, quam tradit Iacob. Butrigar. in d. l si quis testibus, nempè si per corruptelam falsum deposuerit, secundum quam limitationem Sac. Cons. me referente, iudicauit in causa prædicta penes secretarium actuario figliola.

Quo ad secundum † an possim reprobare dictum testis 4
à me producti de iure communi non est dubium quod possum, vt tradunt Doctor in d. l. si quis testib. C. de testibus, & Maran. loco citato, & in spetie, quod quis admittatur ad probandum, quod testes dixerunt falsum, tradit Salicet. in Auth. qui semel nu. 1 in fine C. de probation. Hostiens. & Bellamera in cap. serieni de testibus, Ant. Gabriel. lib. com. opin. tit. de testibus conclusion. 21. num. 38. in fine.

Sed

4 Sed facta publicatione † non admitti ad probandum quod falsum deposuerunt tradunt Bart. in authen. qui semel, & alij adducti per Prosperum Farinaceum virum nostræ tempestatis peritissimum, atque laboriosissimum in suo elegātissimo tract. de opposition. contra testes quæst. 71. nu. 145.

Sed dubium oriebatur ex Pragm. 12. de ordin iudic. quæ est posita sub tit. de art. impertin. reijc. & incipit Cōtigit sæpè per quam statuitur, quod nullus possit etiam in causa repulsæ, idem vel de directò contrarium probare, cui respondebatur illam
5 Pragm. † non obstare quando pars vult probare testem falsum dixisse propter corruptionem, prout tradunt Abb. in cap. fraternitatis num. 11. de testibus, Paul. Castren. in l. diuus nu. 1. in fine, & num. 2. de re iudic. vbi Imo. & Alex. num. 6. Bossius in tit. si ex falsis instrumentis num. 12. Sforzia Oddo. de restitu. in integrum quæstion. 68. part. 2. artic. 10. num. 80. & Scaglion. in comment. ad d. Pragm. vers. fallit prima regula, & in ista causa dicebatur testes fuisse corruptos, & propter corruptionem falsum deposuisse, ex quibus Sac. Cons. eodem die iudicauit posse etiam repulsari dicta testium corruptorum.

IOANNA II. Rit. 280.

ITem quòd curiæ ipsæ & quælibet ipsarum etiam inter Longobardos, repulsationem, & reprobationem sacramentalium non admittant.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc Ritus duplicatur com Rit. 293. & hodie non seruatur, vt tradit Carauit. sed vbi viuitur iure Longobardorum esset seruandus, sic etiam nec seruatur Rit. 283. & Rit. 285.

IOANNA II. Rit. 283.

ITem seruat ipsa curia cum petitur repulsa, terminus ad repellendum testes datur isto modo, ad ponendum hodie, vel cras, ad probandum per totum talem diem: & seruatur ista practica.

IOANNA II. Rit. 285.

ITem seruat dicta curia, quòd cū actor, vel reus petit repulsam, tunc curia interrogat aliam partem si vult etiam repulsam, & vbi voluerit, datur ambabus partibus, vbi non velit, tunc scilicet, abinde ad 15. dies petat, vel circa iste alius: tunc curia præsumit, quòd ille qui tunc non voluit, fecerit causa protelandi, quia tunc noluit cum potuerit petere, & esset facta publicatio pro vtraque parte, & ideò quando postea petit, curia cum maiori deliberatione concedit dictam repulsam ei, qui tunc petijt, idest, magis differt curia antequam concedat multoties ante concedit ex causa prædicta, vel alia arbitrio dictæ curiæ.

IOANNA II. Rit. 74.

ITem quòd elapso termino dato ad dictam repulsam infra quatuor dies petatur, & fiat publicatio dictæ repulsę, & si peteretur post dictam publicationem repulsa repulsę concedatur vtrique parti per dationem vnius termini infra sex tātum dies numerandos à die assignatę copię dictę repulsę, & petatur vt fiat publicatio, vt supra, & si infra dictum terminum non fuerit petita ipsa publicatio, habeatur pro publicato, vt supra, quod seruatur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

OMnia quæ dicta sunt in Ritibus prædictis seruantur secundum Pragm. 11. de ordine iudic. quæ complectitur omnia disposita in supradictis Ritibus?

Termino elapso fit publicatio, qua facta si petatur repulsa concedatur. Item repulsa repulsæ, & præsententur scripturæ ad quas impugnandum Iudex parte petente det terminum saluo iure pupillorum, & cæterorum priuilegiatorum. h. d.

PRAGMATICA XI.

De ordine iudic.

CVrsu dilationum vt supra finito, siuè testes fuerint examinati siuè non, ipso iure in eam publicatum intelligatur, nisi partes ipsę vel aliqua ipsarum, infra quatuor dies post dictas dilationes decursas continuò coram Iudice causas allegauerint, quare dicta publicatio pro acta haberi non debet, & maximè si allegauerit Magistrum actorum qui ad testes examinandos accessisset adhuc non fuisse reuersum, quo casu Iudex pro eius arbitrio iusta causa pręcedente, ipsam publicationem retardare posset, publicatione autem facta, infra dies octo, processus copia partibus detur, vt amodo infra octo dies immediatè sequentes, Aduocatus & Procurator processum videre possint, & debeant, quibus vltimis octo diebus elapsis si aliqua partium die sequenti repulsam petierit, ipso iure concessa intelligatur, & pro dilatione habeat medietatem primę dilationis, qua dilatione decursa, si factę fuerint probationes, intelligatur in causa repulsę publicatum, & pro termino recipiendi copiam probatorum, & percunctandi probata per Aduocatum, & Procuratorem, intelligatur status terminus octo d erum, post quorum decursum, si sequenti die fuerit petita repulsa repulsę, intelligatur ipso iure concessa, cum dilatione medietatis termini dati ad probandum in repulsa, quibus terminis elapsis, si in dicto termino aliquę probationes factę fuerint, incontinenti intelligatur publicatum, postquam publicationem pręsentes producere debeant omnia instrumenta, cautelas, siuè scripturas infra quatuor dies vtiles, contra quas si aliquid probandum contigerit, illud fieri debeat infra terminum arbitrio iudicis statuendum, & ordinandum: Si autem post publicationem prędictam in terminis pręfatis non fuerit petita repulsa, vel repulsa repulsę, terminus ad producendum scripturas curret à die publicationis, quibus terminis finitis, causa pro conclusa habeatur.

In causis autem pupillorum, minorum, Ecclesiarum, viduarum, & aliarum miserabilium personarum, vltra terminos prædictos salua sint beneficia de iure, vel secundum formam Constitutionum, & Capitulorum eis concessa.

HAec Pragm. complectitur dispositiones omnium supradictorū Rituum cōcernentium tam publicationē quàm repulsam, & ideò vide quæ dicta sunt tam per Carauit. quam per nos ad dictos Ritus. Tapia.

Beneficia repulsæ, & nominationes petantur per procuratores. h.d.

PRAGMATICA LVII.

De offic. Sac. Conf.

EX prouisione facta per Sacrum Regium Concilium mandetur actorum Magistris eiusdem Sacri Concilij, sub pœna vnciarum auri quinque per quemlibet fisco Regio in casu contrarij applicanda, quatenus in causis dicti Sacri Concilij, in quibus sunt constituti procuratores per partes, nullatenus finant, nec permittant beneficia, repulsas & nominationes peti seu fieri per partes ipsas, sed per earum Procuratores, vt supra constitutos, alias si contrafecerint, procedetur contra eos ad exactionem dictæ pœnæ, & ad alia, prout iuris fuerit. Datum Neap. die 9. Iulij 1551.

Hieronymus Seuerinus Præsidens, & Viceprotonotarius. Nicolaus Vincentius Cæsarius Secret.

PRAGMATICA II.

De testium refrenatione.

CRimina & defectus ad infamiam testium si non fuerint semiplenè, vel per formam publicam probata, vel probati, puniatur apponens in decem tarenis, quæ pœna in fine officij à iudice exigatur, si neglexerit apponentem, & non probantem in dictam pœnam condemnare.

DE CONCLVSIONE, ET TESTIBVS POSTEA NON RECIPIENDIS. Rubr. XXXI.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE hac re non habemus proprium titulum, neque in libris iuris ciuilis, neque iuris canonici, nec istum actum iuditiarium cognouerunt antiqui Iureconsulti, ideòque concordantes non adducimus, loquitur tamen de conclusione
1 tex. in authen. de mand. princip. in §. quia vero multi, ibi † concluserint, quòd verbum declarat glo. 1. renuntiauerint depositioni testium, similiter apud iura Pontificia de conclusione meminit S. Pontif. in cap. Pastoralis de caus. poss. & propriet. in cap. cum dilectus de fide instrum. & in cap. auditis de procur. concordat tamen particularis titulus constitutionum Sabaudiæ, de concl. in caus. Agitur etiam in l. 34. par. 3. tit. 16. vbi Greg. Lopez in vers. *carta ò instrumento*, clarius in l. 6. tit. 11. lib. 3. ordinat. vbi Didacus Perez in ver. *pleito* conclus. in l. 10. vers. concluso il *pleito* tit. 16. lib. 4. nouæ recollect. de ea DD. in l. admonendi, & præcipuè Ias. de iureiurando, practici Maranta in suo Speculo part. 6 actu 15. Asinius in praxi. §. 23. tit. de conclus. in caus. per multa capit. Consil. de Pace in 10. tempore de conclus. & Muscatel. part. 7 glo. conclusio, & Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. quæst. 15. Afflict. decis. 115. 116. 157. 171. & 172.

Facta publicatione fit conclusio, & datur terminus ad allegandum, quo elapso ad expeditionem causæ proceditur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 75.

ITem facta publicatione T dictæ repulsæ, & omnium actitatorum prædictorum in dicta causa, ita quòd nihil restet fiendum, fiat conclusio T infra T quatuor dies numerandos à die factæ publicationis, & detur terminus procuratoribus dictæ causæ, quòd producant in dicta causa allegationes in scriptis, cum rubricis assumptis breuibus, vt melior potest, infra 15. dies numerandos à die factæ conclusionis, & aliàs ad arbitrium iudicum, considerata qualitate, & natura causæ, quo termino elapso, siue fuerint præsentatæ ipsæ allegationes, siue non, iudices dictæ curiæ procedant ad diffinitiuam sententiam ferendam breuius quàm poterunt, iuxta naturam causæ prædictæ.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T FActa publicatione. De publicatione diximus superiori tit. & ibi etiam de repulsa.

T *Fiat conclusio.* Carau. hic dicit † conclusionem esse renuntiationem quæ fit omnibus alijs probationibus idem tradidit Asinius post Paulum Castr. in l. admonendi num. 17. de iureiurand. & Felyn. in cap. 1. de fide instrum. & alij quos allegat in sua praxi. §. 23. nu. 1.

T *Infra quatuor dies.* Hic habemus conclusionem post quatuor dies à die publicationis, hodie tamen per Pragmaticam Cursu dilationum quæ est 11. de ordin. iudic. datur terminus octo dierum, quo elapso potest peti repulsa die sequenti, vt ibi, concordat tamen cũ illa parte pragmaticæ, vbi dicitur Postquam publicationem præsentes producere debeat omnia instrumenta, cautelas, siue scripturas infra quatuor dies, his tñ diebus elapsis causa pro conclusa habetur vt in dicta pragm. practicamus tamen in Sac. Conf. post publicationem factam citari partem ad sententiam tradidit Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 65. vbi præsumptione 66. tradit conclusionem præsumi factam tempore debito, posse tamen † conclusio- 1
nem à iudice reuocari tradidit Abb. in cap. quoniam contra num. 25. de probation. & alij per Menoch. adducti loco citato præsumpt. 63. quòd intelligit ibi dummodo subsit iusta causa, item non posse quando à partibus facta est conclusio, præsumi tamen reuocatam conclusionem in causa quando Iudex, testes, instrumenta, & alias probationes admittit scienter, non autem ignorans, vt idem Menoch. tradidit proximo citato præsumpt. 63. quod decisum fuit per Sac. Conf. teste Afflict. decis. 115. & tradidit Azeued. ad l. 10. tit. 7. lib. 4. nouæ recollect. num. 53.

T Fiat

Tes

Post conclusionem non recipiantur testes etiam ad veritatem indagandam. h.d. Reus.

PRAGMATICA XIV.

De ordin.iudic.

POst conclusionem causæ, quoniam non est cognoscere sed cognitum esse sub colore veritatis indagandæ, vel alio quocumque colore quæsito teste de nouo examinari, ex quorum dictis, causa quæ prius ex processu solemni clara apparebat sæpius in dubium reuocetur per dispositiones huiusmodi testium, non sinè manifesta subornationis suspicione, quam non solum post conclusionem, sed etiam post publicationem legum conditores timuerunt, omnino † prohibemus etiam in nostro Sacro Regio Concilio, nè sub veritatis indagādæ specie, manifesta falsitatis occasio præbeatur. Inhibentes etiam talem testium receptionem in nostro Sacro Concilio fieri, sub decreto, quod extra processum tales ponantur attestationes.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 OMnino prohibemus. Ex ista Pragm. habemus decisionem de qua superiori lege diximus non posse † testes recipi post conclusum in causa cum post patefacta partium iura subornationis timor adsit, quæ tamen conclusio limitatur non habere locum in † minore, ecclesia, & alijs priuilegiatis, qui
2 qui admittuntur etiam post factam publicationem, & conclusionem ad probandum, vt habetur per Afflict. decis. 216. Secundò non procedit quando post conclusum in causa præsentaretur aliqua scriptura, quam pars vellet impugnare, quia admitteretur testis ad ipsam conualidandam, vt tradit Afflict. decis. 271. qui limitat hoc non procedere in scriptura priuata decis. 272. Et in quantum attinet ad id, quod Afflict. dicit circa † præsentationem scripturarum, quod possit fieri etiam post 3
conclusum in causa, quando scriptura est publica, dic hodie per Pragm. 56. de offic. Sac. Cons. quam nos situauimus sub tit. de præsent scriptur. scripturas præsentari posse vsque ad listæ affixionem, quod nos practicamus † etiam tempore relationis causæ, & quoad impugnationem diximus supra in §. postquam Pragm. 11. de ordin. iudic. in tit. de præsent. scriptur. præsentata scriptura publica concedi terminum illam impugnare volenti, & eadem ratione illam præsentanti. 4

DE ARTICVLIS IMPERTINENTIBVS REIICIENDIS.
Rubr. XXXII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec Rubr. post præcedentem congruo situata est ordine, quia post publicatum, & conclusum in causa † articulos producere, & probationes facere est prohibitum, ideoque articuli impertinentes † dicuntur quasi ad causam non
2 pertinentes, de qua articulorum, & testium productione super eisdem, vel de directo contrarijs loquitur tex. in clement. testibus ut. de testibus, & cap. cum conuenissent extra eod. tit. & in Authen. qui semel C. de probation. & l. per hanc C. de tempor. appellat. cum quibus iuribus concordat l. 34. tit. 16. par. 3. & l. 39. & l. 39. eod. tit. l. 4. tit. 11. lib. 3. ordinat. vbi Didac. Perez, & habetur in Constitut. Rit. atque Pragm. sub hoc tit. situatis, & in specie de hac materia articulorum impertinentium habemus per Muscatell. in sua praxi Sac. Cons. part. 5. glos. impertinentes, & Vrsillum ad Afflict. decis. 7. & ad materiam videatur Capic. dec. 15. & 62. sunt † autem articuli pars intentionis, 3
eius quod quis probare intendit per testes, vel per scripturas, vt tradit Marant. 6. par. actu 4 num. 1. positiones vero ea pars Intentionis, quæ continet id super quo quis petit ab aduersario responderi, vt Maran. loco citato.

a IVrisperitorum. Magna fuit altercatio inter Doctores, an possint in appell. causa testes produci super eodem articulo, vt no. in l. per hanc. & ibi est vera opin. quòd sic. Quæ opinio hic reprobatur, vt nullo modo in eodem articulo possint iterum testes produci, postquam quis didicit testificata. concor. in hoc ius cano. extra de testibus cap. fraternitatis. & ibi de hoc. sed in causa appel. in eo articulo, in quo non produxit testes in principali, possunt ita demū produci, si doceat, se primo iustè impeditum, & propterea non potuisset testes producere in causa principali. ¶Vlt. dicitur quòd in causa appell. debet procedi vtraque parte præsente, vel parte appellata contumaciter absente. concor. C. de temp. app. l. 1. §. illud. appellante vero absente non proceditur: quia sententia est ex tunc firma, vt in præalleg. ll.

Articuli, & testes non admittuntur post publicatum in causa, nec etiam in causa appellationis, si vero articulauit, & testes non produxit potest in causa appellationis id facere si de impedimento probet. h.d. Tapia.

* ADDITIO. *Vide Capic. decis. 15. & Guid. decis. 585. vbi limitat, & omnino Felyn. in cap. cum Ioannes Eremita de testib. vbi an & quando possit in causa appellationis probari omissum in causa principali, an autem in causa appellationis possit articulari, quòd testes producti in causa principali aliter dixerint quàm scriptum fuerit per Notarium vide Ayo. Crauet. consi. 74. nume. 4. 5. An si in causa principali sit articulatum quòd valebat puta centum, possit in causa appellationis articulari quòd valebat quinquaginta, vide Alexan. consi 64. incip. visa consultatione volum. 2. num. 7. & Guid. de. Papa in decis. 585. & quid si producti sint articuli, super quibus testes non deposuerunt in prima instantia, vide Bald. in l. 1. si de inuest. inter domin. & vassal. & Felyn. in cap. fraternitatis de testibus, vide aliquas limitat. per Couar. lib. pract. quæstion. capit. 18. nume. 6 vide Capic. decis. 62. in princip. vbi ponit quòd in repulsa repulsæ possunt fieri articuli concernentes id, quod deductum est in termino, quod nota.* Iacob. Anellus de Bottis.

IMPER. FEDER.

IVrisperitorum a * altercationes b determinare volẽtes, sancimus: Si quando testes

b *Altercationes.* Quæ sunt. C. de testam. auth. at qui semel. in glo. nisi ad reprobationem &c. & opinio, quæ ibi approbata est, hic reprobatur.

a *Super*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

IVrisperitorum. Tria ponit. l. per hanc. C. de temp. app. quorum vnum tantum corrigitur per istam consti. alia duo stāt in suo robore. Dicebat enim non probatum probabo per testes, non obstante quòd publicatæ fuerant, & apertæ attestationes

ſtes in principali cauſa producti fuerint, & etiam publicati a ſuper eodem articulo à producente vel ab aduerſario teſtes * ammodo produci non poſſe propter b falſi fabricandi materiam, c propter cuius timorem poſt publicationem teſtium teſtes produci denuò iura in principalibus iudicijs vetuerunt. In appellationibus etiam d remouẽtes. Quod ſi nulli teſtes fuerint in cauſa principali producti, Ita demum in appellationum iudicijs eos appellanti producere liceat, ſi is, qui terminum ad probandu m in principali cauſa receperit, iuſta ex cauſa, impeditum ſe doceat, propter quã ſperatos teſtes producere nequiſſet. Alioquin ad probandum denuò nullatenus admittetur.

a *Super eodem*. Corrigitur in hac conſtit. l. per banc. quæ eſt. C. de temp. & repa. ap. quando videlicet ſuper eodẽ articulo. Sed ſi producantur ſuper nouo articulo conuexo, tũc. l. per hanc. ſtat in ſuo robore, & non corrigitur. Item in cauſa appellationis poſſunt inſtrumenta proferri: & ſuper veteri c ſiuè ſint in principali cauſa producti teſtes: ſiuè non ſuper eo, vt patet in l. per hanc, quæ in hoc ſimiliter ſtat in ſuo robore, nec corrigitur hic, nec ſubeſt timor falſitatis inſtrumenti, qui ſubeſt in teſtibus. Et not. Innoc. extra de teſt. cap. cum dilectus. dicit non poſſe ſuper nouis, ergo ex capitulis connexis produci poſſunt teſtes, & ſic concor. extra de teſtib. fraternitatis. Et dic vt ibi not. quod hæc concluſio in cauſa ſiuè renunciatio ad ſententiã eſt de proceſſu, ſiuè de ordine iudic. vt hic patet, & ſumitur in Authen. de teſt. §. quia verò multi &c. & C. de iudi. auth. iubemus. & legitur extra de cau. poſſ. & propr. c. cũ dilectus. ext. de proc. c. auditis.

*ADDITIO. *Intelligo vt per Marian. in repe. cap. fraternitatis. car. 6 verſ. & ex prædictis ego facio. extra de teſt.* De Bottis.

b *Falſi.* Sic. ff. de eden. l. 1. §. 2.

c *Propter eius timorem.* Vt ff. quemad. teſt. aper. l. 2. §. diem. & in Auth. de teſt. §. quia verò multi.

d *Remouentes.* Concor. C. de fideiuſſ. l. fin.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

tiones in cauſa principali ſecundum opin. approbatam. dic. l. per hanc. Hoc corrigitur, quia eſt timor falſi & ſubornationis teſtium: ſed per inſtrumenta potero probare in cauſa appell. etiam vetera, quia ceſſat timor, & hoc eſt ſecundum dictam, in quo non corrigitur. l. per hanc, nam producuntur in principali poſt aperturam, vt no. in authen. qui ſemel. de teſti. in glo niſi eſſet in cauſa concluſum, extra de fide inſtrum. cum dilectus. Item & poſt concluſionem, ſi iuſta cauſa moueat iudicem, puta ſi vidiſſet aduerſarium impediuiſſe vt non producerentur inſtrumenta, vel ea ſubtraxiſſet, vel ſimili cauſa dicit Bern. in cap. paſtoralis. in fi. de cau. poſſ. & propr. ¶Similis cauſa poſſet eſſe, ſi oſtendit iudici inſtrumenta: non tamen fuerunt in actis aſſignata. hoc caſu poſſet iudex de facto ſupplere, vt dicit Io. 30 quæſt. vlt. iudicantem. in vlt. glo. ¶Addit tamen in fine ſi parti non noceat, aliàs non creditur iudici, niſi quatenus conſtat. d. cap. quoniam. ¶Hoc in Regno eſſet aliter, vbi viuitur iure Longob quo ſtatur commemorationi iudicis, vt in Longobar. de debi. & gua. ſi quis amodo. Et ſic hoc caſu producentur inſtrumenta non obſtante concluſione, & dabitur copia inde parti, vt verè dicere poſſit contra inſtrumenta. In alijs membris licet aliàs eſſet concluſum illa non tanguntur, argum. C. de reb. cred. generaliter. §. nullo. ¶Quid tunc ſi committit iudex receptionem teſtium? Et coram illis producantur inſtrumenta, ſatis eſſet eis commiſſum recipere probationes. At ſi commiſit, & limitauit de teſtibus? videtur de inſtrumentis prohibuiſſe. ff. de iudi. cum prætor. C. de proc. maritus. ¶Poſſet dici, licet iuris rigor obſtet, quod de æquitate, quæ debet mouere iudicem poſſit, vt in d. cap. paſtoralis. in fi. ¶Nam & teſtimonia teſtium continentur in inſtrumento. de fide inſtrum. l. 1. quia parem vim obtinent in litibus. C. eo. l. in exercendis. vt ſi videat hunc producentem ſimplicem, arg. ff. de proba. cum de indebito. l. 1. ¶Iuris ignari credunt ſufficere coram eis oſtendere inſtrumenta quæ ignorantur, quia iuris ignorantia non debet nocere in damno. ff. de iur. & fac. ignor. l. error. Rigor dicit debuiſſe conſulere peritiorem & aduocatum ſuum. ff. de bonor. poſſeſſ. l. in bonorum. de ædil. edict. ꝑ ſi nolit. §. qui mancipia. ¶Aequitas tamen præualet, quam ſemper iudex præ oculis debet habere. ff. de eo quod cer. lo. l. quod ſi Epheſi §. vlt. C. de iudi. l. placuit. & d. c. paſtoralis. Item dicebat non oblatum offeram, † ſi dependet ex veteribus, & hoc eſt tertium, quod ſimiliter non corrigitur.

† ADDITIO. *Nc. quia ſentit quòd eſt probandum aliquid circa prius petita, non autem vt aliquid de nouo petat, & ita clarius declarat Felyn. in cap. ſignificauerunt. colum. 4. de except.* De Bottis.

¶De præcedentibus ponuntur per Moder. multa exempla, quorum vnum tantum proponere contentus ero. ſic. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in fi. Petijt à te decem, quæ tibi mutuaui, probaſti in principali pactum de non petendo, & fuiſti abſolutus, appellaui, in cauſa appellationis poſſum probare, ꝗ feciſti mihi poſtea pactum de non petendo. Dependet autem, quia pacta nouiſſima debent ſeruari. C. de pact. l. pacta nouiſſima. vltimum autem pactum dependet à primo: quia vltimum non dicitur, niſi reſpectu primi. ff. de reb. dub. qui duos, & rupto primo teſtamento rumpitur ſecundum dependens. ff. de his qui. vt indi. l. poſt legatum. §. principale. non econtra. ff. de vulg. & pup. ſub. l. ex pupillari. Item exemplum, ſi principale probatum eſſet, quod promiſſio de qua agitur fuit facta per metum, in cauſa appellationis. probabo quod incœpit ſoluere. C. quod me. cauſa, l. 2. ¶Sed an poſſit dependere ex oblatis aduerſarij, vel oportet dependere ex oblatis meis? Reſpondeo etiam aduerſarij, vt in omnibus exemplis, quæ ſumuntur, vt ff. de cura. furi. l. conſilio, §. 1. & in dicto exemplo de pacto de non petendo, vt patet extra de fide inſtrumen. cap. cum Ioannes. & quia poſſum ex oblatione aduerſarij, qua vtitur fundare intentionem meam. C. de eden. l. quemadmodum. in fi. argum. contra, quia de ſuo iure non de alieno &c. ff. ſi vſufruct. pen. l. vti frui. in princ. Sed ſatis eſt, quia ex quo poſitum eſt per aduerſarium cum per eum ius ſit mihi quæſitum. ff. de contrata. ſi poſt mortem. §. fin. ¶Et no. quòd dependens debet aliud dicere, quàm id à quo dependet: ſicut aliud debet eſſe quod excipitur, & aliud id à quo fit exceptio. ff. de lega. 1. Titiæ textores. de po. l. quod Nerua. Nam ſi idem non recipietur. Item oportet quod iſtud à quo dependet ſit validum: nam ab inualido dependere non poteſt, quia rupto principali, rumpitur dependens, ſiuè acceſſorium argum. C. de codi. l. 1. & d. l. ex pupillari. & de iniu rup. teſt. l. nam. & ſi. in fi. de re iu. cum principalis. argum. contra de liber. & poſthum. l. & ſi pepercerit. in fi. Item oportet quòd dependeat à confirmato: nam à negato non poteſt aliquid dependere, cum negatio nihil ſit. C. de

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD hanc Conſtitutionem vide concordantia iura, quæ ſuperius in Rubr. ſunt adducta, & quia Andr. & Affl. hic, Marant. & alij ad iura Regni hanc pertractauerunt materiam, quæ nota eſt omnibus procuratoribus, ideò perbreuiter tranſeamus: Illam tantum non omittam notabilem deciſionem Afflict. quæ eſt 216. vbi ponuntur plures caſus practicabiles, in qui-

ANDRAEAS DE ISERNIA.

C.de probatio. l. actor. ¶An in causa appellationis possit reprobare testes † productos in principali causa, quos tunc debuit reprobare? dic quod non: nisi in casu falsitatis, per ea quæ no.& dicuntur.C.de fide instrum. l fi. In fi.extra de prob. cap.1.extra de excep.cap.1.in gl. ¶Dilatoriam autem vel declinatoriam omissam in principali, non opponet in causa appellationis.C.de procurat. ita demum.

† ADDITIO. *Adde Afflict.in decis.166. & Capic. decis 157. vbi la'è.& Afflict. ibi ponit, quid si fuit petita repulsa in causa principali & non fuit concessa, an possit peti in causa appellationis. & determinat quòd sic.* De Bottis.

Quod si nulli testes. Idest,si non omnes,quos producere debuit,& non produxit iusta de causa impeditus, & sic vtimur, nam eadem est ratio: & ratio diuersitatis reddi non potest. Nihil enim est actum, cum quid superest, &c. C ad Syllan.l. pen.& ff.de tribu.l.idem.ff.de regul.iur.l.minus. ¶Et no.quòd hanc eandem distinctionem faciunt aliqui in articulis, vt si in principali infra biduum non dedit iusta de causa impeditus, det in causa appellationis: colligitur ex constitutione, lite legitimè contest. supra de process.iudi. ibi, vel noua causa, &c. quia si posset tunc in principali, poterit propter iustum impedimentum in causa appellationis, quæ quo ad multa censetur eadem, vt in l.ita demum. ¶Haberet siquidem restitutionem ex generali clausula, si qua iusta causa mihi videbitur. ff. ex quib. cau. ma. l. 2. in fi. ¶Quia si hæc distinctio fit in testibus, fiet & in articulis,per quos peruenitur ad dandos testes. ff. de spon.oratio. ideò enim ponitur, vt probetur. C.de proba.l ad probationem. ¶Si verò iustum impedimentum non probet, non ponet nouum: nec probabit in causa appellationis nisi sit dependens ex veteri, vt supra dictum est. ¶Item no.in fi huius constit. quòd declaratur id, quod dicitur. C.de temp.app. l. fin. §. illud. quod ex vna tantum parte proceditur in causa appellationis, scilicet, absente citato & contumace. Nam in principali hoc non posset.C.per vim vel alio modo. l.fi. habet locum etiam in criminali, vel si agatur causa nullitatis:de quo diximus plenè in tit.de inuestit. inter dom. & vasal. si quæstio ori.1.cap. Andr.de Isern.

IVrisperitorum. In tex. in fi. cum glo. 1. in fi. No. hic, quod parte appellata côtumaciter absente,potest procedi in causa appellationis, vt hic in tex. in fi. secus autem parte appellante absente, vt hic in glo.& idem in causa nullitatis, vt hic per And. Sed an sit recipienda appellatio vel ne, sine cognitione causæ appellationis, si iusta sit appellatio ita; vel nè, & fiat sine causæ cognitione, & parte non vocata? dic quòd sic, vt no.per Innoc.in cap.pastoralis officij.de offic.delega. An in causa appellationis sit dandus libellus,& facienda litis contestatio,vide glo.in constitut.Regni dilationes, in glo. mag.circa fi.quæ tenet quòd sic. Sed Marinus ibi in quæstione quæ incipit, sed nûquid in causa appellationis dicit quòd sufficit quòd de facto fiat litis contesta. Pamphilus Mollus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

in quibus admittuntur articuli impertinentes, & præsertim habetur limitatio de qua per Salycet.in Authen.& qui semel, C.de probation.& in constitutione obscuritatem, quod scilicet † minor, mulier, & ecclesia restituuntur aduersus probationes non factas, & sic possunt probare idem, vel de directo contrarium.

Articuli repulsatorij testium non recipiuntur inter articulos causa principalis, sed ex petatur terminus repulsæ,nisi ex causa inimicitiæ.h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 282.

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia quòd in exceptionibus. *Exceptio inimicitiæ in teste repellit examen. vide in glo.fin.in fi.in const. Reg. lite legitimè.* De Bot.

ITem seruat ipsa Curia, quod in exceptionibus, * & articulis primis, nulla exceptio vel articulus recipitur, vbi reprobetur aliquis testis partis aduersæ, cum tempore repulsæ quilibet potest reprobari, iuxta cap. præsentium. extra de testi. in dictis tamen primis exceptionibus, & articulis, quando reprobatur testis, quia inimicus, tunc ante repulsam recipitur talis exceptio, iuxta authen.si dicatur.C.de testibus, Quandoque etiam vidi in ipsa curia non recipere talem exceptionem inimicitię, antequam detur repulsa.

AD hunc Ritum vide Carauit. qui benè illum glosauit. Tapia.

In causa repulsæ non admittuntur articuli impertinentes. h.d. Tapia.

PRAGMATICA XII.
De ordine iudic.

COntigit sæpè post processus publicationem, sub nomine repulsæ articulos siuè positiones impertinentes poni idem, vel de directo contrarium cum primis capitulis continentes, vnde nascitur subornationis, & falsitatis materia, vnde opportunè prouidere volentes inhibendo mandamus, vt nullus in causa appellationis vel in repulsis,ponere habeat articulum, vel positionem impertinentem, cum ante publicationem in principali causa posita forent, nisi in casibus in quibus beneficia, vt supra, concessa forent, & pars quæ contrafecerit, pro quolibet articulo impertinenter posito in eadem sententia, in quinque tarenis condemnetur, procurator vero duplicatam pœnam soluere teneatur.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

DE hac re dictum est supra hoc eod tit. in Constitutione Iurisperitorum,vbi diximus posse in causa repulsæ probari testem falsum dixisse.

Articulos impertinentes proponens mulctatur pœna vnius ducati pro quolibet articulo impertinenti. h.d. Tapia.

PRAGMATICA XXX.
De offic.Sac.Cons.

FERDINANDVS I.

QVisquis contra legis ante vel post publicationem processus, seù post promulgatam diffinitiuam

finitiua m sententiam in prouocationis reuisionisque causa impertinentes articulos primæ positionibus causæ de directo aduersos, vel idem continẽtes formam attentauerit, pœnam carolenorum decem, vt minima nostrum in fiscum inferenda, quolibet pro impertinenti articulo mulctetur, & alia grauiori pœna Sacri nostri Concilij arbitrio ingerenda, in qua personarum & causæ qualitatis rationem haberi volumus, ea lege huic conditioni addita, vt quicumque procuratoris, actoris, & aduocati, tutoris, curatoris, atque alterius administratoris, dolo, culpa, vel calumnia in damnum inciderit, quam pœnam soluit, ab eisdem repetere possit, quos si in dolo fuisse liquido constiterit, superioris pœnæ duplicatæ, cliente absoluto, reos esse decernimus.

DE SVSPITIONIBVS OFFICIALIVM. Rubr. XXXIII.

CROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HVius titnli materiam nostri iuris interpretes pluribus in locis diffusè pertractarunt Ciuilistæ, Cannnistæ, Hispani, Galli, & nostri Regnicolæ, iura tum ciuilia, tum cannnica, tum etiam municipalia interpretando, qua de re ad notata per ipsos me remitto, aliqua tamen ad iurium huius tituli explanatinnem, quæ necessaria sum arbitratus ad praxim, qua nunc vtimur, annotauimus, cum (proh dolor) in tantum litigantium excreuerit malitia, vt quod retro annis rarò videbatur, nunc ita frequenter practicetur, vt dici possit nullam sinè linea transire diem, quamuis Illustrissimus Mirandæ Cnmes litigantium malitijs occurrere desiderauerit, particularem ad hnc legem condent. Immò quòd detestabilius est occasiones quærunt cum iudicantium consanguineis, atque affinibus inimicitias cnntrahendi, vt inde occasione nacta illos à iudicando repellant, & eò res deducta est, vt aures etiam principium apertas inueniant falsa, & calumniosa illis tradendo, immò occultas culpas fingendn quòd magnum Dei iræ signum est, cũ (vt ait Apnstolus) Magistros prurientes auribus inquirant, hoc est Iudices qui complaceant volũtati eorũ huic igitur morbn remedium adhibere curauit Excellentissimus Beneuenti Comes qui Dñis Regentibus, ac nostro Præsidi, & Regiæ Cameræ Locumtenenti cõmisit, vt Pragmaticam super hac re conderent quod propter nnstra scelera hucusque exequtinni minimè fuit demandatũ. sed ad nostrum institutum redeundn de hac re tex. loquitur Imperialis in l. apertissimi C. de iudit. & in l. qui iurisdictioni præest, ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. in priuatis, ff de iuditijs. Sum. Pontific. in c. pnstremò, & in c. cum speciali de appellation. in cap. si quis contra clericum de fnrn competenti, in cap. suspitinnis, & in cap insinuante, & in cap. causam qaæ de offic. delegat. in cap. accedens il secondo, vt lite non cnntestata, & in cap. Iudex ab apostolica de offic. delegat. in 6. in cap. cannnes suspecti 3. quæst. 5. & in canon. absens. 3. quæst. 9. quibus in lncis latissimè scribentes. Apud Hispan. extat l. 22. tit. 4. par. 3. vbi Gregnr. Lopez tnt. tit. qui est quintus lib. 3. legum ordinat. vbi latissimè Didac. Perez. Et in lib. nouæ recnllect. tit. 16. lib. 4. vbi Azeued. & inter capitula prætorum Hispaniæ ad est cap. 44. vbi eruditissimè Auiles. Apud Gallos constitut. extat Caroli Octaui, quam exornauit Rebuff. in suis commentarijs ad Constitut. Galliæ tract. de recusat. De eadem re adest statutum 39. in lib. 2. statutorum vrbis Ferrariæ, & in lib 2. statutorum Vrbis Romæ cap. 184. Speculat. in tit. de recusat. Lanfranch. & Stephao. Auferius tract. de recusation. vterque tomo 3. tract. par. 1. fol. 355. Maranr. in 6. par. in 2. actu vbi agitur de appellation. nu. 22. Cnnsal. de Pace in sua praxi tom. 1. 12. tempore num. 18. & sequent. Ioannes Milleus in praxi Franciæ Rub 6. Couarr. pract. quæst. cap. 26. Petrus Greg. Thnlos. in sintagm. iuris. lib. 49. cap. 3. Apud quos totam reperies materiam accuratissimè digestam.

Suspitiones officialiũ Ciuitatis Neap. coram Prothonotario decidantur, qui extraiudicialiter de causa suspitionis se informet, pœnamque imponat suspitionem allegatam non probantibus. hoc dicit Tapia.

IOANNA II. Rit. 365.

ITem a si contingat Iudicem ordinarium, vel delegatum

a ITem si contingat Iudicem ordinarium, &c. In ver. *non obstante dispositione iuris ciuilis*, circa med. Quod non requiratur insertio causæ de iure ciuili, est gln. Barto Bald. & alij Doct. in l. apertissimi. C. de iud. glo. Bartn. & Doct. in l. quia poterat. ff. ad Trebell. rationem autem ponit Petrus de Anch. in consil. 258 incipi. subtiliter, vbi inquit quod nnn est mirum si de iure ciuili recusatio ordinari etiã potest fieri sine causa, quia in leuibus, & in quibus de facili potest alius subrogari, sufficit pro ratione voluntas, per l. quia poterat. ff. ad Trebellian. qund dictum refert, & sequitur Fely. in c. quæ in ecclesiarum, in 16. cnl. vers 4 declaratio. de cnnstit.

In eo. Ritu, in verbo, *Officialium cum eis deputatorum*, &c. ¶ Adde tu, quòd appellatione officialium, comprehenditur etiam nntarius actorum, gln. nn. quam ego noto, & pondero in l. 1. in princ. in versi. ad renunciandum, ff. de falsis. ibi, officialis, &c. puta notarius, &c. Et idem vult Barto. in l. cum sententia. C. de sent. & interlnc. omnium iudi. vbi inquit, officialis qui incipit scribere causam, debet scribere vsque ad finem. Vnde infern quando agitur de suspicione magistri actorum, debet seruari dispositio huius cap. Et quòd venit notarius actorũ appellatione officialium, egn adduco tex. in terminis in cõstitutione, Occupatis. ver. horum officialium, &c. Tene menti, quia illum tex. pauci ponderant ad hoc. ¶ Et quòd iste tex. etiam intelligatur in magistro actnrum, patet in illis verbis, officialium cum eis deputatnrum, nam de iudice priut dixerat, ibi, iudicium ordinarium &c. tene menti. ¶ Et quod

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

REcusationis materia quibus in locis tum iuris ciuilis, tum cannnici tractetur, & à quibus nostræ facultatis peritis de illa disseratur in Rubr. latè diximus, nunc liceat aliqua annotare, quæ ad municipalia Regni huius iura conferunt, & exor-

§. Item volemo, & dechiaramo, che la pena introdotta per la precalendata pragmatica del detto Illustre Marchese di Mondegiar s'habbia da duplicare, cioè quando capita suspitionum non admittuntur, si paghino di pena trenta ducati, la metà l'Auuocato, & l'altra metà la parte come di sopra, & quando li capi saranno admessi, & nō si prouano, sia la pena di ducati cento, la quale volemo, che irremissibilmente s'habbia da essigere, ita, & taliter che non si possa procedere nella causa predetta di sospitione, nisi præpositis capitibus, & facto deposito simul & semel con la petitione che si darà della sospitione firmata di mano dell'Auuocato; Abdicando la potestà al Magnifico, & circūspetto Presidente che non debbia, nè possa commettere la causa della sospitione proposta, nisi præcedentibus omnibus prædictis, come anco abdicamo la potestà alli Giudici predetti, che non possano determinare che restituantur deposita, quando fuerit determinatum suspitionem non subsistere, ma che nella pena predetta s'intendano ipso iure condennati, all'hora quando si dechiara, che il Giudice possa procedere, non obstante sospitione allegata. Et perche da nō essersi tenacemente osseruato il secreto che si deue tenere di quello si tratta, & si vota dentro della Rota, si suspica che sia la causa principale delle sospitioni che si propongono, oltre delle diligenze, che si faranno conforme alle pragmatiche, & diffinitioni di leggi communi etiam contra quelli, che si iattano hauere saputo li voti; per maggior sodisfatione volemo, che li Magnifici, & Circospetti Presidente del Sacro Consiglio, Luogotenente della Regia Camera della Summaria, & Regente della gran Corte della Vicaria, il primo di dell'anno, che sarà di negotij, habbiano da pigliare giuramento à tutti li Consiglieri, Presidenti, & Giudici, & altri che si trouano presenti al votare, de silentio tenendo & secreto seruādo, & li predetti Presidenti, Luocotenente, e Regente della Vicaria, & anco li Magnifici, & circospetti Regenti la Regia Cancellaria, il medesimo di habbiano da dare, & prestare il medesimo giuramēto in mano nostra. Volemo anco, che ogni primo di del mese li predetti Presidente, Luogotenēte, & Regente ammoniscano li predetti officiali li ricordino, & auuertano il detto decreto de secreto seruando, il che volemo s'osserui inuiolabilmente, vna con lo disposto, & ordinato per li sopradetti capi, ordinationi, & ampliationi. Et acciò siano à tutti note, comandamo, che della presente se ne affigano copie autentiche in valuis delli Regij tribunali del Sacro Regio Consiglio, & Regia Camera della Sūmaria, & gran Corte della Vicaria, & l'originale in valuis della Regia Cancellaria.

Datum Neapoli in Regio Palatio die 31. mensis Octobris 1594.

El Conde de Miranda.

V. Moles Reg. V. Ribera Reg. V. Gorostiola Reg.

Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Gen. Mandauit mihi Don Bernar. de Barionouo.

HIc §. continet duo capita, & quantum ad primum circa suspitionem seruatur, & quantum ad secundum de secreto diximus tit. de secreto seruando in 2. lib. Rub. 29. vbi hic §. fuit positus. Tapia.

Ex

Ex cap. Neap. in anno 1583.

PHILIPPVS &c.

ITem si supplica V. E. sia seruita dechiarare la pragmatica dell'allegar sospetto il Giodice, & non incorra in pena chi l'allega per causa vera nō militante, già che non è questo solo caso, che alli Auuocati pare giusto, & militante, & alli Giodici pare il contrario, perciò non deue incorrere in pena alcuna essendo vera, si supplica de più intorno questo V. E. degnarsi ordinare che quando si allega sospetto alcū Cōsigliero detta sospitione si habbia da trattare in altra Rota, che in quella doue lui risiede per leuare à fatto ogni sospitione potria pretendere, che all'altri suoi compagni nōn mirassero rigorosamente nella allegata sosp itione. Seruetur pragmatica.

Suspitio Iudicis non potest allegari post litis contestationē etiam si affirmetur de nouo emersisse, h. d. Tapia.

REX ROBERTVS. Cap. 217.

PRolixitatem * tollere litium, & dispendia breuiare causarum benigno disponētes affectu, Huius constitutionis edicto præscribimus, exceptionē suspecti Iudicis delegati, vel ordinarij post contestationem litis oppositam; quæ dicitur postmodum emersisse, omnino cessare, & à Iudice non admitti; nisi dicta emergēs suspicio sic lucidè liqueat, quòd euidenter atque notoriè notabiliter se ostendat. Cuius constitutionis edictum etiam in pendentibus causis locum, & efficaciam volumus obtinere. Dat. Neapoli 1416. die 3. Iulij.

P*Rolixitatem.* Nota quòd fieri, & opponi potest exceptio suspecti Iudicis delegati. ¶ Vtrum autem sit necessarius libellus, cùm sit recusatio dicti Iudicis, vide glossam in l. cùm specialis, de iudic. & notat Specul. in tit. de iudic. recusa. §. qualiter. in princ.

Circa princip. Nota quòd post litem contestatam exceptio suspecti Iudicis delegati non debet admitti, nisi euidens sit, vt ex se notoriè clareat: secus de iure communi, vt in l. non distinguemus de arb. & in cap. si maritus. extra de offic. iudi. delegati. Pet. Pic.

* ADDITIO. Prolixitatem. *Circa hoc cap. potest peti vt nominetur ipse Iudex, vt per Franc. in cap. cum speciali; col. 5. in qua autem si pars, extra de appell. vide cap. inter monasterium de re iudic. hodiè in Regno seruatur ius Canonicum ex dispositione Regia Pragmatica, quæ incipit, item si contingat, per quam disponitur, quòd tam ordinarius, quàm delegatus potest recusari vt suspectus, & remoueatur in totum, & debet allegari, & probari iusta causa suspitionis coram diœcesano loci, seu eius Vicario, vt ibi habetur. Aduerte, quia Pragmatica dicit, quòd causæ allegentur, & si fuerint visa rationabiles, admittantur, & sic inspicitur allegatio: verum summaria requiritur probatio, quæ probatio facta in iudicio inducit notorium, vt not. in cap. cum olim de verborum significat. tenet Abb. in cap. inter monasterium. colum. fina. versicu. præterea probationes eisde re iudic. in 3. not. nam quando exceptio erat occulta potest proponi post litem contestatam, & Ias. in l. apertissimè, 2. not. C. de iudic. vide quæ ponit Capic. in decisio. 137. 138. 146. & 147.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 EX hoc capitulo habemus primo † recusationem ante litis contestationem opponendam esse, alias enim videtur in Iudicem consentire, qui consensus præiudicat, vt postea nō possit opponi recusatio, ita habetur in l. apertissimi. C. de iudit. & in cap. quod suspecti §. & reuera 3. q. 5. & in cap. pastoralis vbi glo. & Doct. de except. Rebuff. ad Constitut. Galliæ tract. de recusation. art. 1. glo. 2.

2 Colligimus secundo † suspitionem, quæ de nouo superuenit, dummodo clara, & euidens sit posse opponi in qualibet parte iuditij, ad quod facit tex. in c. insinuante de offic. deleg. His addatur, quod quando suspitio de nouo dicitur peruenisse ad notitiam litigantis, sed fuit ante litem contestatam orta, tunc potest opponi etiam post litis contestationem, sed tamen vsque ad conclusionem, vt declarat Rebuff. loco proximè citato, idque fuit decisum per Regiam Pragmaticam Ducis Ossunæ, quæ incipit vniuersis, & singulis præsentium, quæ infra hoc tit. est posita, & additum, quod post conclusionem in causa nullatenus admittatur, etiam si iurauerit de nouo ad eius notitiam peruenisse. Item non est omittendum, quòd Rebuff. citato loco asserit, quod † quando pro- 3
cessus est compilatus, & nouus accedat Iudex, tunc suspitio debet proponi antequam causa incipiat iudicari, vel referri, quia consentiendo sibi videtur præiudicare, sed quid si † su- 4
spitio opponatur contra Iudicem sententia iam lata, sed antequam publicetur, an debeat admitti, responde non esse admittendam, quia malitiosè dicitur proposita tradit Couarr. pract. quæst. cap 26. num. 3. quem sequitur Azeued. ad l. 1. tit. 16. lib. 4. nouæ recollect. nu. 33. sic etiam tradit Rebuff. dicto loco art. 9. glo. vnic. commissarios esse recusandos antequam accedant ad locum ad quem destinatur accessus alias non admittitur, quotiescumq; n. malitiosè proposito est recusatio nō erit admittenda, ita Rebuff. loco citato art. 1. glo. 1. cætera vide per nos adducta ad capitulum primum huius tit. & per Ioan. Ant. de Nigris hic.

Iudex qui allegatur suspectus debet exire ab aula, vel loco vbi sedent iudicantes, h. d. Tapia.

REX CAROLVS III.

VOluntas libera opportunè requiritur in actu consilij: quia dum impeditur libertas arbitrij, recti censura iudicij perturbatur. Huius itaque ordinationis edicto præcipimus, vt quoties in auditorio regio petitio alicuius legitur, etiam Domino patre nostro, seu nobis absentibus, quæ tangat curialem aliquem ibi præsentem, statim curialis idem, & aduocatus eius auditorium exeant, & expectent, donec ipsa petitio fuerit decretata, ne illius qui tangitur vitanda præsentia, titubationem consulentibus afferat, vel iudicium proinde rationis euertat, quòd si alicuius petulantia

vel neglectu, hoc non fuerit obseruatum, decretatio petitionis eiusdem facta, curiali præsente, nullius sit momenti vel roboris, & dictæ petitionis lectio in semestre spatium differatur.

Hoc capitulũ hodie ita seruatur in omnibus tribunalibus. Tapia.

A decretis incidentibus in causis suspitionis non admittitur appellatio, h. d. Tapia.

Ex Libro Notamentorum Sac. Cons.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

ILlustres, & magnifici Viri Collateralis, & Consiliarij Regij fideles dilectissimi. Essendo stato come sapete per li tempi passati con molta prudenza, & maturità, per obseruantia, & decreti osseruato che non se possa appellare dalle sententie, & decreti diffinitiui, che se fanno nelle cause de recusationi, & sospitioni, che se allegano de Giodici, & altri Officiali, hauemo inteso che alcune parti litiganti in fraude, di dette prouisioni facte per dilatare l'espeditioni di dette cause, conoscendo tenere mala causa, appellano dalli decreti che si danno in li incidẽti di dette cause di recusationi, è sospitioni, che se sono admesse, & nõ admettano appellatione nella causa de sospetione sono admesse, & se admetteno le sospitioni, & cõparse che se dãno sopra questo à questo Sac. Cons. & magnifico, & circumspetto Presidente d'esso, & come che il pẽsiero principale che si deue tenere da quelli che gouernano, è di prouedere, & obuiare, che la giustitia non sia dilatata à quelli che la tengono, ma che con ogni breuità sia à tutti administrata. Volẽdomo in questo prouedere, p quel che conuiene alla bona, & presta espeditione della giustitia, ci è parso con voto, & parere del Regio Collaterale Consiglio appresso di noi assistente fare la presente ordinatione, omni tempore valitura, per la quale ordiniamo, e comandiamo, che si come non se admetteno appellationi dalle sententie, & decreti diffinitiui di dette cause di recusatione, & sospittioni, tampoco si debbiano admettere l'appellationi predette dalli decreti, & prouisioni che si fanno sopra l'incidenti di dette cause, non obstante qualsiuoglia raggione, e causa che se allegasse, per qualsiuoglia delle parti litiganti in questo predetto Sacro Consiglio, Gran Corte della Vicaria, & in altri Tribunali inferiori, non obstante qualsiuoglia supplicatione, & altre dimande che si facessero, e così si essequa non fannosi il contrario per quanto s'hà cara la gratia, & seruitio di Sua Maestà.

Dat. Neap. die 19. mensis Ianuarij 1581.

Don Iuan de Cuñiga.

V. Salernitanus Regens.

Bastida de Muñatones Secret.

Al Sacro Regio Consiglio.

PHI-

Ex libro Notamentorum Sac. Cons.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

MAgnifice circumspecteq; Vir Regiæ Cãcellariæ fidelis dilectissimè. Per il magnifico Pietro Antonio Mastrillo Aduocato Fiscale della grã Corte della Vicaria ci è stato fatto intendere come nella causa della sospitione allegata per Horatio Prence Mastrodatti di detta gran Corte in persona del magnifico Consigliero Gio. Thomaso Vespolo dell'homicidio del quon. Gio. Iacomo Capocefalo per questo Sac. Consiglio mediante supplicatione s'è trattato d'admettere l'appellatione alli incidenti della predetta sospitione contra la forma delle Regie Pragmatice, & decreto interposto per il Regio collaterale Consiglio sotto la data delli 11. di Gennaro 1581. referente il quon. Regente Darocca all'hora Regio Consigliero, per il quale stà stabilito, che tanto nelle cause vertenti in questo Sac. Cõs. come nella gran Corte della Vicaria di sospitione non se debbia appellare dalle dette sospitioni, ne tampoco dall'incidenti nelle cause d'esse presenti, & future supplicatoci fussero seruita ordinare che non se debbiano admettere tale appellatione, alche volendo noi prouedere, come conuiene, ci è parso farui la presente per la quale vi dicemo, & ordinamo che in conto alcuno debbiate admettere appellatione alle dette cause de sospitioni nell'incidenti d'esse, ne espedire sopppliche sopra di ciò conforme alle dette Regie Pragmatiche, & præcalendato decreto, quale volemo che s'osserui ad vngem, & inuiolabiliter per tanto così l'esequirete, & farete esequire, che tale è nostra volontà, & intentione.

Datum Neap. in Regio Palatio die 30. mensis Octobris 1598.

El Conde de Olioares.

V. Gorostiola Regens. V. de Ponte Regens.
V. de Castellet Regens, Barionuouo fol. 215.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

DE hac Pragmatica loquitur Dominus Præsidens Vinc. de Franch. decis. 408 declarat intelligendam esse quando grauamen quòd infertur in incidenti non potest reparari indiffinitiua, in quo tamẽ decisionem desiderarem, quia verba huius pragmaticæ sunt nimis generalia, & assertio ipsius fundatur in malitia litigantium, & in celeri expeditione causarũ. Quamuis à decreto diffinitiuo recusationis non detur appellatio, neque reclamatio, admittitur tamen ius dicendi de nullitate, vt diximus.

Suspitiones Iudicis debent proponi ante conclusum in causa etiã si sint minores, & alij priuilegiati qui eas proponunt, & etiam si inuenerint de nouo ad eorum notitiam, si causa suspitionis orta sit ante conclusionem, h. d. Tapia.

PRAGMATICA V.

De suspition. official.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

DOn Petrus Giron Dux Ossunæ Dominus Domus, & status Vreniæ maior Camerarius suæ Maie-

Maiestatis, & in præsenti Regno præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis Viceres Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Vniuersis, & singulis præsentium seriem inspecturis tam præsentibus quam futuris: Semper intentio legislatoris fuit prout esse debet amputare in iudicijs dilationes, & obuiare calumnijs, & fraudibus litigantium, ac simul non tollere legitimas defensiones, & quoniam allegatio suspecti iudicis, quæ inter legitimas defensiones computatur, plerumque prout ex experientia compertum est, solet esse remedium ad calumniã, dilationem & fraudem: Ideò super istis quantum fieri potest prouidere volentes ad subleuationem subditorum, præsenti lege perpetuò valitura, Statuimus atque mandamus quod omnes, & singuli litigantes, T etiam fœminæ, & minores, & vniuersitates, & collegia quæcumque, vel eorum procuratores, aut personæ legitimæ debeant diligenter inquirere si in personam iudicum causarum, & aliorum omnium qui in causa votare, vel debent, vel possunt, adest aliqua legitima suspitio ex quacunque causa vsque ad conclusionem inclusiuè, & compertа causa suspitionis, illam legitimè præponere infra dictum tempus debeant, alias facta conclusione in causa, non audiantur penitus ad ipsam suspitionem præponendam, vel allegandam etiam si de nouo suspitio illa ad eorum notitiam præuenisse cum iuramento allegatur, quam allegationem per præsentem omnino reijcimus, & mandamus, quod non obstante dicta allegatione suspitionis ad decisionem causæ procedatur, prout procedi mandamus absque quod interloquatur super dicta suspitione, quod seruari volumus, & maudamus tam in Regio Collaterali Consilio, quam in Sacro Regio Consilio, Regia Camera Summariæ, Magnæ Curia Vicariæ, & alijs tribunalibus, & Curijs quibuscumque tam huins fidelissimæ Ciuitatis Neapolis quam totius Regni. Ex eadem etiam ratione pro celeri expeditione causarum statuimus atque mandamus, quod quotiescumque destinata fuerit aliqua dies, vel in Collaterario Consilio aut in Sacro Regio Consilio, & alijs prædictis Tribunalibus pro alicuius causæ expeditione, non retardetur eius expeditio dicta die destinata ob absentiam, vel infirmitatem, aut aliud quoduis impedimentũ vnius, aut plurium iudicum, qui in causa ipsa votare debeant, dum tamen remaneat numerus iudicum necessarius, tunc volumus atque mandamus quod ille iudex qui erit absens, vel infirmus, aut quouismodo aliter impeditus transmittere debeat suum votum in scriptis clausum, & sigillatum in posse Magnifici, & circumspecti Secretarij si causa votanda erit in Regio collaterali consilio, sin autem in Sacro Regio Consilio, in posse magnifici, & circumspecti Præsidentis ipsius, aut in posse magnifici, & circumspecti Locumtenentis Regiæ Cameræ si causa erit votanda in dictis Tribunalibus, & hoc etiam seruari mandamus in alijs Tribunalibus, dum tamen Iudex ille quem volumus teneri ad transmittendum votum suum in scriptis interfuerit in Tribunali, donec causa, & factum ipsius fuit per causæ Commissarium relatum, numerandum siquidem dictum votum ac si præsens fuisset, & non contrafaciant, vel veniant, seu aliquem contrafacere, vel venire permittant ratione aliqua sine causa, sub pœna etiam corporali nostro arbitrio reservata, & vt de præmissis ignorantiam allegare non possint, præsentes præsentari mandamus Tribunalibus huius Magnificæ, & fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, & affigi in valuis prædictorum Tribunalium, ac publicari per præfatum Regnum.

Datum Neapoli in Regio Palatio die 20. Mensis Iulij 1585.

Don Pedro Giron.

V. Cadena Proregens. V. Lanarius Proregens. Dominus Viceres Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Bastidæ de Munatones Secretar. In Pragmaticarum primo fol. 167.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

MVlta, quæ ad hanc Pragm. conferunt dicta sunt ad primam huius tituli legem.

T *Etiam fœminæ, & minores*. Huius Pragmaticæ verba occasionem dederunt, vt pluribus in causis in nostro Sac. Cons. 1
disceptaretur an stantibus his verbis essent excludendi † pupilli, mulieres, & aliæ personæ priuilegiatæ à beneficio restitutionis in integrum ob recusationem in tempore non propositam. Hic articulus fuit primo disputatus in causa filiorum Ioanois Baptistæ de Loffredo Marchionis Montisfortis viri nobilitate, ac probitate clari, & fuit decisum ista verba non excludere minorem à beneficio restitutionis in integrum, in hoc etenim minor est læsus, ex quo non fuit per eius defensorem Iudicis proposita recusatio, & in dicta causa fuit decisum admittendos esse prædictos minores ad proponendam recusationem Regij Consiliarij Ioanois Thomæ de Salamanca viri eruditissimi nunc meritissimi in supremo Italiæ Senatu Regẽtis, rationes, & authoritates plures fuerunt quas cumulant Frãciscus Pereyra ad l. si curatorem habens C. de in integr. restit. minor. in ver. læsis nu. 30. & Sforzia Odn in tract. de restitut. in integrum par. 1. quæst. 15. art. 7. & dominus Præsidens de Franchis decis. 431.

Adducebatur pro hac opinione Philippi Cornei cõsiliũ 198. nu. 7. volum. 4. vbi voluit, quod si per statutum disponitur, † quod 2
non possit contumacia, vel sententia retractari ex causa minoris ætatis, Illud intelligitur alio iure, quàm restitutionis in integrum, & sic minori succurritur etiam quod statutum loquatur de minore.

Secundo ponderatur tex. in cap. Imperialem § præterea si quis infeudatus de prohibit. feud. alienat. per Federicum, vbi traditur minorem non petentem Inuestituram infra annum feudum remittere, ait tamen † glo. ibi restituendum fore in 3
integrum, quam sequuntur ibi And. Bald. Aluarot. & Præposit.

Tertio adducebatur tex. in l. sicut in princ. C. de præscript. 30. vel 40. annorum quo disponitur † præscriptionem 30. an- 4
norum currere militibus, & absentibus, & tamen restitutio in integrum, ex hoc non denegatur per glos. ibi in verbo militia.

Quarto facit tex. in l. minor 30. annis § minores cum glo. in verbo stipulati ff. de minor. quo statuitur posse † minorem 5
eum tutoris authoritate compromittere, si tamen lædatur restituitur.

Quinto adducebatur glo. in l. vnic. C. si de mom. poss. iniquiens minorem † per legem, vel statutum maiorem effe- 6
ctum non esse à beneficio restitutionis excludendum sequuntur ibidem Barto. nume. 5. Bald. nume. 10. vers. in contrarium. Salic.

Ralie.nu.9.verſ.quæro 3. Angel.nu.4.verſ.in glo. fin.Bar.conſ. 10.num.3.verſ.ſuper ſecundo.

Sexto affertur doctrina Bald.in Authent.ſi captiui nume.4. verſ.aut ſex C.de epiſc.& cler. firmantis legem, vel ſtatutum,
7 † de minore loquentem in integrum reſtitutionem non excludere,& generale ſtatutum, vel diſpoſitionem quantumuis generalem à reſtitutionis remedio minorem non repellere, tradunt glo. in l. fin. in ver. conſtat C. ſi aduerſus rem iudicatam Roman.conſ.90.Iaſ.in l.poſtquam liti nu.16.poſt glo.in verbo nullum C.de pactis,ibique Purpurat.num.116. Aleiat. in fine, & Det.nu.30.Cyn.in l.2. C. ſi pendente appellatioo. Aymon conſi.201.nu.35.

Eſt namque in integrum † reſtitutio fauorabile remedium; & in dubio ſemper concedēdum Det.conſ 556.in fine, Afflict. deciſ.330.nu.2.Tiraquell.in primo retract.§.35.glo.2. nu.2.

9 Ponderatur etiam beneficium † iſtud cum ſit in corpore iuris clauſum per quamuis generalem diſpoſitionem minimè ſublatum cenſeri,& ſi clauſula derogatoria adijciatur glo.in l. 2.§.legatis in verbo conueniuntur ff.de iudit. Bart.in Authent. qua in prouincia num.3.C.vbi de crimin.agi oporteat.

Hinc videmus, quod vbi Princeps voluit minorem etiam à beneficio reſtitutionis excludere illud expreſsè denegauit,vt extat pragm. Excellentiſſimi Comitis Mirandæ determinans tempus petendi demanium ab vniuerſitatibus,& tandem cum opinio hæc ſæpius fuerit in praxi recepta, vt teſtatur Coarr. pract.quæſt.cap.26.nu.4.non videbatur immutandum, quod certam habuit interpretationem l.minimè ff.de legibus.

His, & alijs rationibus fuit per Sac. Conſ. interpoſitum decretum prædictum, idque fuit etiam decisum in alijs cauſis, & in Collaterali Conſ.iunctis dominis Conſiliarijs ſularum DD. dō Petri de Vera ab Aragonia noſtri Sac.Conſ.Præſidentis,& D.Nicolai Antonij Gizzarelli in cauſa Illuſt.Principis Roccellæ,cum Illuſt. Marchione Grutteriæ, & alias in eodem Collaterali Conſilio interuenientibus dominis Conſiliarijs Meſtaoza,Fabio da Anna, Areualo Sedegno, Ioanne Ruiz de Valdineſſo, & Franciſco Valcarcel, fuit idem deciſum in cauſa D. Antonij Caraccioli cum Illuſtriſſimo Cardinale Saulo, licet alias die 10.Iunij 1596. in cauſa Aſcanij Comi contrarium fuerit iudicatum, & quamuis in pragmatica adſit † clauſula non audiantur.quæ à limine iuditij reijcere videtur, ex allegatis tamen apparet reſponſum,cum licet denegetur Audientia, non tamen præſumendum eſt denegare velle reſtitutionem in integrum, quæ remedium eſt extraordinarium, & à iure in beneficium illorum introductum, qui per ſe ipſos ſe defendere non valent,& in ſuis terminis loquitur Crau.conſ.101. 10

Quæ tamen ſuperius diximus nō procedunt quando ſuſpitio de nouo perueniſſet,vel reſpectu perſonæ Iudicis, vel partis, ceſſat enim doli ratio,ita Rebuff.ad conſtit. Galliæ. art.1. glo. 6. atque ita practicatur. Vnum tamen non omittam, quod † quando Iudex ſuperuenit ad cauſam poſt concluſionem, ille actus,vel relationis, vel alius, qui coram ipſo ſit pro concluſione habetur,quod tamen diuerſimodè eſt practicatum prout litigātiū cauſæ,vel iudicis qualitas ſuſpitionis occaſionē dedit. 11

Nec erit prætereundum, quod quando eſt datus terminus ad allegandum Iudicem ſuſpectum,quòd ſi quis alleget ſuſpectos omnes Iudices illius ciuitatis, & alibi non poſſent commodè reperiri iudices, quòd hæc ſuſpitio erit reijcienda, ita Alexand.ad Bart.per illum tex. in l.hoc modo. ff.de cond. & demonſtrat.

Iudices notare non poſſunt in cauſis, in quibus conſanguinei ſunt aduocati uſque ad tertium gradum, nec aduocatus poteſt aduocare. h.d.Tapia.

PRAGMATICA XXIII.

De offic. Sac. Conſ.

REX FERDINANDVS PRIMVS.

AD tollendas ſuſpitiones,quæ litigantibus occurrere ſolent, decernimus non poſſe quemquam patrocinari,ſeu conſulere,publicè vel ſecretè in cauſis, in quibus Commiſſarius ſeu relator cauſæ eſſet ſibi conſanguineus vſque † ad tertium gradum incluſiuè,ſub pœna ſuſpenſionis ab officio. Idem de Procuratoribus,& Magiſtris actorum obſeruandum fore iubemus, vt nemo de cetero audeat eſſe Magiſter actorum in cauſa, in qua aliquis eius affinis vſque ad dictum tertium gradum incluſiuè eſſet procurator.

Ducis de Alcalà Viceregis.

Fuit ſuper hoc per Illuſtriſs.& Reuerendiſs.Cardinalem Pacecum, tunc in præſenti Regno Regiæ Maieſtatis Locumtenentem edita Pragmatica ſub die 28.menſis Martij 1555.ſtrictius, prouidens,tenore ſubſequentis.

Item ſtatuimus, quod nullus Iudex maior, ſiue minor etiam Regentes ſupremi Regij Collateralis Conſilij, & cuiuſuis alterius Tribunalis, etiam ſi eſſet caput ſeu Præſidens Tribunalis,poſſit votare, nec intereſſe relationi,& diſcuſſioni quarūuis cauſarum ciuilium,criminalium, ſiue mixtarum, nec etiam feudalium, † in quibus fuerit Aduocatus aliquis eius filius, ſiue frater vtriuſque, vel ex altero latere coniunctus,conſobrinus, † cognatus, vel nepos ſiue patruus, licet non ſit ipſe Commiſſarius cauſæ: Et nemo Aduocatus coniunctus alicui ex Iudicibus in prædictis gradibus poſſit ſecretè & occultè aduocare ſeu conſulere in cauſa, in qua aliquis ex dictis iudicibus ſibi in aliquo ex prædictis gradibus coniunctus iudicaturus eſt.

Quæ Pragmatica nouiſſimè confirmata eſt per Illuſt. Don Ioannem Manriquium tunc Locumtenentem generalem per aliud Capitulum in Pragmat.per eum condita die 26. Octobris 1558. contentum ſub his verbis, videlicet.

Illud præterea laudabile inuenimus,nec ſatis tamen rectè & caſtè obſeruatum,quod in Pragmatica edita ſub die 28.Martij 1555.continetur,atque comprehenditur, quæ in hæc expreſſa verba ſcripta eſt.

Item ſtatuimus quod nullus Iudex maior ſiue minor,etiam Regentes ſupremi Regij Collateralis Conſilij, & cuiuſuis alterius Tribunalis, etiam ſi eſſet caput ſeu Præſidens Tribunalis, poſſit votare nec intereſſe relationi & diſcuſſioni quarumuis cauſarum ciuilium, criminalium,ſiue mixtarum, nec etiam feudalium, in quibus fuerit Aduocatus aliquis eius filius ſiue frater vtrinque vel ex altero latere coniunctus,conſobrinus, cognatus, vel nepos, ſeu patruus, licet non ſit ipſe Commiſſarius cauſæ:Et nemo Aduocatus coniunctus alicui ex iudicibus in prædictis gradibus poſſit ſecretè & occultè aduocare, ſeu conſulere in cauſa aliqua in qua aliquis ex prædictis iudicibus ſibi in aliquo ex prædictis gradibus iudicaturus eſt.

Quorum ordinationes omnino ſeruandas eſſe, iubemus,declarantes,& quatenus opus eſt, illam ampliantes,idem ſeruandum eſſe de genero, & ſocero, vt ſub eadem comprehendatur diſpoſitione prohibitiua.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hac Pragm. concordat ad literam §. item statuimus ex pragm. 9. de offic. iudic. & §. illud præterea, & §. statuimus de Commiss. non destinan.

T *Vsque ad tertium gradum.* Hic gradus secundum iuris ciuilis, non antem canonici Regulam est intelligendus, vt post Romanum in l. si aliæ C. de successo. edicto tradit Ioannes Vioc. Anna singul. 397. post Roman. in d. l. si aliæ, quod tamen ipse limitat, decisumque testatur quando esset tertius affinitatis gradus, licet ipse de quarto loquatur.

T *In quibus fuerit Aduocatus.* Hæc pragm. præcedentem Regis Ferdinandi Primi sanctionem declarat, quæ nimis obscurè loquebatur, verba enim ad Aduocatum potius, quàm ad Iudicem directa videbantur, seruaturque hodie passim in Regijs tribunalibus, immò in causa Illustr. Principis Roccellæ cũ Illust. Marchione Grutteriæ disceptatum huius pragm. occa-
1 sione fuit. An † Iudex, qui erat frater consobrinus illius, qui fuerat Aduocatus, sed tunc erat effectus Regens apud Cattholicam Maiestatem potuisset interuenire, & fuit primo loco ex hoc, & alijs dictum, quod nõ interueniat, nullitatibus demum propositis fuerũt admissæ, & licet posteà in reuisione illius decreti fuerit dictum, quòd non interueniat, aliud recusationis caput fuit propositum, propter quòd inclinarunt aliqui ex dominis qui in hoc articulo contrariam sequuti erant sententiam.

2 Est itaque prohibitum † iudici in causa iudicare in qua patrocinium eius consanguineus præstat secundum gradum hic positum, quod ortum habuit ex eo quòd cum sit prohibitus aduocatus in causa iudicare in qua præstitit patrocinium iuxta tex. in l. fin. C. de assessor. in l. prætor iuncta glo. & quæ ibi Doctores tradunt ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. quisquis, vbi etiam glos. & Doct. C. de postulando, videtur eadem affectionis ratio militare in consanguineo patrocinium præstante.

3 Hæc tamen conclusio quod † Aduocatus iudicium proferre non possit ea in causa in qua patrocinium præstitit non admittitur, quando ille aduersus quem patrocinium fuit præstitum, suum præstat consensum. Cum .n. affectio partem illam respiciat, cuius causam iudex iste prius defendit, & ob hanc legislatores moti fuerint ad prohibendum ne aduocatus iudex esset in eadem causa, à cessante ratione, videbatur stante consensu prædicto posse interuenire ꝙ fuit semel, itq; iterũ iudicatum per Regiam Cameram in causa inter Ducem Suessæ, & Vniuersitatem Summæ, ac Regium Fiscum, in qua Peritissimus, & prudentissimus Regens Camillus de Curte Fisci tunc patronus causam defenderat contra Ducem, quem tamen ad Præsidentis munus assumptum ad quem ob successionem causa erat delata, Excellentissimus Suessæ, ac Vrenæ Dux, qui tunc Oratoris munere pro Inuictissimo, atque Cattholico Rege nostro apud Sedem Apostolicam fungebatur, non modo non recusauit, sed expresse per eius Aduocatos, & Procuratores consensum præstitit, vt io ea iudicaret, quamuis contrariam sententiam eruditissimè, ac per eleganter de more defenderit Ioannes de Montoya, & Cardona alias à nobis supra collaudatus Fisci partes tuendo in illa causa, cuius ad litteram allegationem hic subnectere volui, vt eius etiam scriptis, sicut, & nomine labores isti nostri exornentur.

Decreta lata per Regiam Camerã Summariæ, vnum, quod in causa Illustrissimi, & Excellentissimi Ducis de Sessa contra certos particulares terræ Summæ, & Casale Sancti Anastasij interueniat D. Camillus de Curte, qui in eademmet causa fuit Fisci patronus, & Aduocatus, & aliud, quod decreuit certas nullitates oppositas per dictum Casale, & particulares, non obstare, nullius esse impedimenti Regio Fisco, ad hoc, quod iterum non potuisset ipse nomine Fisci recusare eundemmet D. Camillum, & petere, quòd nõ interueniat, vt per vltimum decretum fuit iustissimè declaratum, & decisum plusquam manifestum, clarum, & indubitatum censeo.

Quia suspitio fuit proposita per dictos particulares, & Casale; in qua Fiscus nihil dixit, fortè iudicando, quòd erat sic clara, quòd Domini Iudicantes nullum facerent dubium, & vt annullatæ procedendo volebat, quòd dicta suspitio ad instantiam partis declararetur, vt fieri solet, sed cum in ea contrarium vidisset, suo nomine comparuit, & eum suspectum allegauit, nec † rei iudicatæ exceptio ei obstare potuit, cum 4
hæc non habeat locum, nisi inter easdem personas, & circa eandem rem, & ex eadem causa petendi, vt in l. cum quæritur cum duabus sequentibus ff de except. rei iud. Bart. & Bal. in l. & an eandem §. qui cum partem. ff. eod. & Doct communiter in c. fin de ord. cogn. cum alijs & cum præsenti in negotio non solum sit diuersitas causarum. vt postea videbitur, sed & personarum, non dubium quin tertio decreto duo prima non potuerunt obstare, mutata enim † persona, mutatur cau- 5
sa, vt in iuribus allegatis, & in cap. venientes, & cap. cum in tua de test. & c. cum super, c. fin. de re iud. Guid. Pap. q. 21. Belam. conclus. 150. & 314. & 468. Rota decis. 40. & 56. & 171. inter nouissimas.

Maximè quia dicti particulares, & Casale in dicta suspitione succubuerunt ex eo, quòd non allegauerunt aliqua, quæ postea Fiscus dixit, & allegauit nempe in casu simili eundem articulum iudicatum fuisse per Regiam Cameram, & iustissimè allegauit etiam aliam causam non prius deductam, scilicet affectationem partis, quibus stantibus res iudicata non poterat obstare, quia non poterat dici eademmet causa per consilium 6
Socc. 18 lib. 1. nu. 44 vbi rem † iudicatam non obstare dicit, quando diuersæ sunt causæ, etiam si inter eas videretur habere conformitatem quandam, & etiam si actum esset simpliciter tali actione, in qua plures causæ intercludi possent, quia si vna causa sola fuit prosecuta, ex illa sola obstabit exceptio, vt per gl. in cap. Abbate sanè, de re iud. lib. 6. & not Barto. in d. l. & an eandem §. actiones nu. 13. & 14. & idem Bart. in l. solutum. §. per liberam. ff. de pignor actio cum multis alijs.

Nec obstat præsentia, seu scientia fisci patroni ad hoc, quòd ei dicta decreta noceant, tum quia certum est, † ipsum non 7
potuisse fisci rationibus præiudicium facere ex traditis per Ias. in l. Diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. num. 9. vbi dicit, procurator Fisci licet habeat mandatum cum libera, illud habet à lege, & ideo per hoc non potest præiudicare Domino, per tex. in l. 1. in princ. versic. denique ff. de offic. procur. Cæs. vbi Bald. in primo notab. dicit, quòd licet procurator Cæsaris possit facere idem, quod ipsemet Cæsar intelligendum est ad sui commodum, nam in generali permissione non venit, quòd possit Fiscum damnificare, tum etiam quia quando ex dicta scientia aliquod contra Fiscum præiuditium possit inferri, ei
† competit, sicut aliis omnibus personis priuilegiatis restitutio 8
in integrum, vt est notum, & eam competere ob iudicem non allegatum suspectum, tenent infiniti Doctores, quos refert, & sequitur Couar. in pract. quæst. cap. 26 num 4. vbi hanc veriorem, & communem, & vsu receptam affirmat, & rationibus contrariis ab eod. Couar adductis respondet Odd. Sfor de in integr. rest. par. 2. quæst. 64. art. 6. & refert D. Vinc. de Franchis in sua decis. 431. vbi sic in Sac. Cons. iudicatum recenset, & passim omnes in nostris videmus tribunalibus, & optimè Caldas Pereyra in repet. l. si curatorem habent, in verb. læsis. num. 30. circa medium, vbi nullam aliam læsionem, nisi omissionem in recusando requiri affirmat.

Imò quando prima duo decreta cum eodemmet Fisco fuissent lata, præsupposita, quòd in secunda recusatione illa duo fuerunt proposita, & discussa nempè affectatio Iudicis, & per prius decretum fuisse latum in Regia Camera, quòd non obstante partis consensu, qui fuit Fisci patronus, non potest interuenire, vt Iudex in causa, in qua, vt Fisci aduocatus per prius interuenerat, poterat ipsemet Fiscus de nouo iterum, decretis non obstantibus, causas recusationis proponere ex supra adductis, & ex eo, quod tradit Anchar. cons. 84. prima par. videtur dicendum, vbi dicit, quòd ex † noua causa superuenien- 9
te recedere licet à qualibet dispositione, nec dicitur fieri contra voluntatem disponentium, quando si ita cogitassent, aliter disposuissent, quod procedit in iuribus condendis, cap. non debent de consanguinitate, & affinitate, cap. alma mater in princ. de sent. excom. & procedit etiam in iuramento, vt in cap. quemadmodum, de iure iur. licèt non minorem auctoritatem habeat, quàm res iudicata, & procedit in statutis quæ 10
præcisam habent naturam, sicut sententia, & exemplificat

stantiam

Anchar,

Anchar.in pluribus alijs dispositionibus, procedit denique in
re iudicata, vt per multa, quæ tradit Burgos.de Paz in cons.40.
10 num.27.cum seq. & quod proprium est in † Iudicis recusatio-
ne, quando vnus succumbit ex causa non benè proposita, ꝙ
possit iterum eam benè proponere, & obtinere, concludit post
multa Tiraq. cum quodam consilio Pauli de Cast. in tract. de
retract.lignag §.8 glo.7.nu.4.in fine.

Vltimò dicta prima decreta nulla ex notoria iniustitia arbi-
tror, quod apparebit manifestè, cum iustitiam causæ principa-
lis sole meridiano, & æstiuo clariorem esse demonstrauimus
ex sequentibus.

Dominus Camillus de Curte, tāquam fisci patronus, & Ad-
uocatus fisco conuento super nullitate emptionis Ciuitatis
Summæ factæ ab Illustrissimo, & Excellentissimo Duce Illust.
Comiti de Triuento ob defectum assensus non registrati, &
alijs, & ex hoc vendicare prætendente iurisdictionem, quam
Rex inuictissimus possidet à sui principio causam vsque ad fi-
nem, & eius conclusionem continuè tractauit, & dictum D.
Ducem nullum habere iustitiæ colorem plura dicendo, & al-
legando acerrimè defendit quo sic stante nullatenus potest in
eadē met causa Iudex existere ex tex. in l.prætor iūcta glo. &
quæ ibi Doct scribunt.ff.de iurisd omn.iud. tex etiam, & ibi
glo.& Doct.in l.quisquis C.de postul tex. melior, & qui non so-
lum in eadem causa eodem tempore sed, & diuersis tempori-
bus loquitur, in l.fin.in princ.& in fine. C. de assess.in illis ver-
bis, nemo ex his, qui aduocati causarum constituti sunt, vel
fuerint, etiam in hac Regia Vrbe in quocunque iuditio depu-
tati, & in alijs omnibus prouincijs nostro subiectis imperio,
audeat in vno, eodemque tempore tām aduocatione vti, quā
Consiliarij cuiuscunque magistratus, quibus Respublica geren
da committitur, curam accipere, cum satis, abundèque suffi-
ciat, vel per aduocationem caussis perfectissimè patrocinari,
vel assessoris officio fungi, nec cum ad vtrumque festinat, neu
trum benè peragat, & in fine ibi, eidem pœnæ quidem subij-
ciendo, etiam eo, vel eis, qui in his causis, quarum patrocinium
adepti sunt, quibusque aduocationem suam præstiterunt asses-
siones cuiuscunque magistratus colores, audeat, vel audeant
vendicare, ne affectionis suæ, vel aduocationis memor incor-
rupti Iudicis non possit nomen perferre, & tenet Bald.in l.nec
In arbitris, col.2.C.de arbitr & in l.apertissimi, C.de indit.glo.
in c.postremò, de appellat.vbi Doct.& præcipuè Philip.Frāc.
Ioan.Andr.in cap.fin.de testam.in 6 Speculat.tit.de legatis §.
restat, vers.item si fuerit, Ias.in l.solet, nu.1.ff. de iurisd.omn.
iud. Marant.in pract.par.6.num.42.Borret.cons.138. num.55.
Carauita super Ritibus in Ritu 11.nu.5.Carol.de Grass.in tra-
cta.de exception.except.24.nu.84.cum multis alijs.

Quod non solùm procedit in foro exteriori, sed etiam in fo
ro cōscientiæ, & vt per Beat. Anton. Archiep. Florent. in sum-
ma in 3.par.tit.6.c.1.§.1.quasi in fine, dicendo, quòd in illa
causa, in qua quis est Iudex, vel assessor, in eadem non potest
esse Aduocatus, quia duo officia in eadem causa prohibentur
exerceri, c.cum sacerdotis, de postulando, & c.1. & 2.4.q.4.
idem tenet noster Hispanus Auiles in capitibus prætorum c.
3.glo.ver aduocatos nu.1.& quasi per totam glo. plura in hac
materia allegat.

Et in tantùm hoc est verum, quòd dicta conclusio amplia-
tur procedere, etiam si causa non sit † eadem, vel idem nego-
11 tium, in quo quis fuit Aduocatus, sed eidem connexa, & ab eo
dependens, vt est de mente Abb.in d.c.postremò.de appel. &
expressè ibidem declarat Philipp.Franc. col.2. & idem tenet
Stephan.Aufrer.in tract.de recusat.num.14. Capic.decis.146.
num.2. & hoc impedimentum sic præcisum in Iudice, ꝙ nul-
latenus, † nec etiam ex partium consensu possit iudicare, veris-
12 simum, & iuri censeo consentaneum, ex glo.in d.l. prætor.ff.
de iurisd.omn. iud. sentiens, quòd iusta causa delegandi illius
tex.quæ erat, quòd Iudex primo in ea alterius partis fuerat ad-
uocatus, hodie est necessaria iure Codicis, pro qua ego pōdero
verba tex.in d.l.quisquis. C. de postul. ibi (non in eodem ne-
gotio sit Aduocatus, & Iudex) quæ verba sunt imperatiua, &
resistunt potentiæ, & habitui iurisdictionis, & prohibent actū,
quo casu actus † contra legem factus erit nullus, etiam si lex
13 vltrà non processerit, ponendo clausulam annullatiuam, vt per
omnes in l.non dubium.C.de legib.vbi Ias. 8. notab. & in si-
mili tradunt Bart. & alij in l.cum lex. ff. de fideiuss. Pondero
etiam verba tex. in l. fin. C. de assess.ibi.nemo audeat, nemo
enim idem est, quòd nullus homo, quia censetur compositum
ex ne, & homo & cum pluraliter formari non possit, quia in-
telligi-
telligitur pro nullo Alberic.notauit † signum esse vniuersale 14
negatiuum, citatque cap. nemo, extra de election. lib. 6. & l.
item si vnus.§ item si plures.ff de arbitr.& §.seruos, instit. de
rer.diuis.& alia iura & ver.audeat in l.positum, si quis contra-
uenerit, tanquam dolosus, & legis contemptor habendus est,
ex doctrina Innoc.in c.cum medicinalis de sent. excomm. in
fine, & maxima cum ratione, quia † audeat verbum, temeri- 15
tatem dicit, vt in clem. 1.& ibi Cardinalis de baptismo, & au-
daces dicuntur qui contra ius faciunt, dictus Cardinalis in cle-
men. 1.de offic.ord.& cum leges prædictæ sic præcisè, & ver-
bis sic grauissimis loquantur, actum in se prohibēdo nullo mo
do potest eis Iudex contrauenire, nec partes possunt † eorum 16
decisionibus renuntiare, quia leges sunt prohibentes, glo.in l.
1.& 2.C de fideiussores dotium dentur, glo.in l. à Diuo Pio ff.
de ritu nupt glo.in auth.imò, & ibi Bal.C.de action. & oblig.
Aret.Cyn.& Bal.in auth.si qua mulier C.ad Senat. Cons. Vel-
leian.cum multis alijs congestis per Tiraquel.in l.si vnquam in
præfat.num 139. C.de reuoc donat. Immò Iudex hodie te-
netur delegare causam in qua fuit aduocatus alias punietur
ex l.fin.C.de assessori: ita dicit Fulgos.in l. solet prætor, ff. de
iurisd.omn.iud nu.3.

Quod idem confirmatur non solùm arguendo ex verbis le-
gum, sed si earum rationibus † attendamus, tres enim conside- 17
rantur, Prima est, quia duo officia in eadem causa prohiben-
tur exerceri, quæ deducitur ex d.l.quisquis. Secunda, quia Iu-
dex affectionis, vel aduocationis memor incorrupti Iudicis
non possit nomen præferri, quæ ponitur in d.l. fin. C. de asses-
sor. Tertia & melior ratio est, quia in iuditio faciendo per Ad-
uocatum, aut ipse sententiando contra suam opinionem se in-
iustum, & cauillosum Aduocatum fateri debet, vel suam se-
quendo sententiam, illa, quæ ab ipso profertur, passionis, &
affectionis suspecta remanet, quam tertiam rationem mirabi-
liter considerauit lex hispana, 10. tit. 4. par. 3. in illis verbis
*otrosi decimos, que ningun home no deue oir, nin juzgar pleyto de
que ante el mismo ouiesse sido Aduogado, o Consejero, e esto tuuie-
ron per bien los sabios antiguos por esta razon, porque si el diesse
despues sentencia contra la parte, que ante ayudaba, o aconsejaba
mostrarseia por Aduogado tortizero, e otrosi se diese juycio por el-
la, sospecharian contra el, que lo fiziera por amor de ayudar a
aquella parte, que primero consejara*, quæ rationes omnes non
ad partium interesse, sed ad personam Iudicis notandam ada-
ptari possunt, & sic per partes non potest fieri, quòd si Iudex
se submisit cuicunque prædictorum periculo, non incurrat au-
datiam, seu temeritatem, quam dictæ leges, & earum rationes
prohibere voluerunt ob bonum publicum, quod in iuditiis de-
bet semper attendi, & iuri publico partium consensu non po-
test derogari, ex l.ius publicum, & l. iurisgentium, §. paciscar,
& l.inter debitorem, ff de pact.l. nec ex prætorio, & l.neque
pignus, §.priuatorum, ff.de reg.iur.cum vulgatis.

Nec me latet, quod Felyn.in cap.irrefragabili, nu.4.de off.
ordin. & ibi eius Additionator dicunt, quòd is.pro quo Iudex
fuit aduocatus, non potest eum recusare, quia sua non interest,
sed non propter hoc dicit, quòd ipse Iudex non debet se ab-
stinere, & salua pace tanti viri ego considero, quòd nec ipse,
nec hucusque alius, quem ego viderim, hunc articulum plenè
examinauit, nec discussit, nec video, quòd Felyn.aliud alleget,
nisi glo.in cap.fin.de testib lib.6. quæ dicit, quòd Aduocatus
† vnius partis potest per partem aduersam præsentari in te- 18
stem quod valde diuersum est, cum inter testes, & Iudices plu
res possint considerari differentiæ, & præsertim, quia testes
necesse est, quòd sint hi, qui sciunt factum negotij, & non alij
possunt produci, Iudices autem non sic, qua propter illa glos.
non facit pro dicto Felyn.cum à diuersis non fiat illatio. Nec
facit illa ratio per eum assignata, quòd parti, pro qua fuit Iu-
dex aduocatus, non interest, quia non facit ad difficultatem,
quæ in eo consistit, si ipsemet Iudex potest, vel non potest in-
teruenire, nec est vera, quia parti interest, quòd sententia sit
talis, quòd contra eam post prolationem nihil possit dici, &
cum contra sententiam latam in fauorem partis, pro qua fuit
Iudex aduocatus, possit dici postea de nullitate, vt supra fun-
dauimus, valde ei interest, quod talis, vt Iudex, non interue-
niat, & sic tàm dicta glos.quàm dicta ratio non faciunt pro di
cto Felyn.quod cum dictis duobus fundamentis tantum, hisq;
euidenter falsis fundatur, nec alia ratione iuridica fulciri pos-
sit, constat nullo iure ad id esse attendendum, dicta namque
† alicuius Doctoris, quantumcunque magni non sunt consi-
deranda nisi probet, quod dicit per legem aliquam, aut auctē-
ticam

ticam scripturam, vt inquit Archidiac. in cap. nolite. 11. q. 3. idem Archid. in cap. ego solus, 9. dist.

20 Nec etiam est credendum glosæ, † quæ legem pro sua opinione non adducit, vt inquit Bal. in l. Respublica, C. ex quib. caus. maior. & alibi dixit idem Bal. in cap. nihil, in final. col. de elect. quòd id, quod lege non cauetur, in practica non est sequendum, nec amplectendum, Immò possumus iudicare contra communem opinionem, quæ non habet casum legis pro se, seu iuridica ratione non probatur, præferendaque est opinio quæ fundatur melioribus, ac efficacioribus rationibus, vt voluit Ant. in cap. tua nos, de vsur. & Ias. in l. illam, nu. 9. C. de collat. Dec. cons. 560. num. 6. & 7. & cons. 481. nume. 2. & alibi sæpè scribentes, & cùm nec Felyn. nec alius ad rationes, quas pro mea ponderaui opinione, nec animaduertit, nec respondit, non temerè salua eius pace, & cum ei debita reuerentia, crederem verissimum esse, Iudicem esse non posse eum, qui Aduocatus fuit in causa etiam ex consensu partis cōtra quam suum præstitit patrocinium, vt pro parte dicti Illustriss. Ducis prætenditur,

In quo si aliquod posset adesse dubium, vt verè non potest, non poterit tamen dubitari, quin suspitio, quæ ex antecedenti aduocatione nascitur est sic grauis, sic notoria; & sic qualificata, quòd enumerari potest inter eas, de quibus Bal. tractauit in l. eos, la prima. C. de appellat. vbi per dictam legem tenet, ꝙ

21 † suspitio quando est iuris, & de iure, non indiget recusatione, quod Bal. dicit nume. 4. his verbis, pone sententia arbitratoris petitur reduci ad arbitrium boni viri, & per sententiam reducta, quæ sententia est diffinitiua, tanquam lata super transactione, & tanquam à diffinitiua est appellatum, vel non est pronunciatum super reductione, sed lis pendet, nū quid eidem arbitratori poterit delegari, Respondeo non, vnde ipso iure non tenet delegatio, quia facta lege prohibente, nec expedit excipere de suspitione, casus est singularis istius legis, ista enim est suspitio iuris, & de iure, quæ non indiget recusatione adeò quòd si procederetur spontè coram eo, processus esset irritus ipso iure, idem dixit Gregor. Lop. in l. 22. tit. 4. par. 3. in gl. magna, colum. 2. ante medium, qui casus si nō idem, nullus nostro magis similis esse potest, quia si quis non potest esse Iudex in causa, in qua fuit arbiter, ex eo procedit, quod suam declarauit sententiam quod idem est in Aduocato, & sicut in arbitro Bal. dicit, quòd non potest procedere, etiam si non recusetur idem in Aduocato dicendum, non potest negari, & Iudex, cui aliqua ex dictis suspitionibus potest opponi, potest abstinere, sicut quotidie videmus, quòd se abstinent, & non iudicant, nisi expressus consensus principalis extiterit.

22 Nec sufficit consensus procuratoris, † qui non potest renonciare exceptionibus domini, vt per Bart. in l. si fraudator. ff. de his, quæ in fraud. cred. quem sequuntur Ant. de Butr. & Abb. Panorm. in cap. 1. vt lit. non contest. Ioan. Andr. & alij in c. 2. de donat. Alex. de Imol. in l. pactum curatoris, C. de pact. & licet aliqui Doctores teneant, ꝙ exceptioni declinatoriæ, & alijs dilatorijs parui momenti possunt procuratores renunciare, hoc in casu suspitionis non potest intelligi, vt in proprijs terminis recusationis in casu restitutionis in integrum, tenent omnes Doctores, quos citant Maurit. Couar. Odd. Sforz. Caldas Pereyra, & Vinc. de Franchis in locis supracitatis, & facit optimè doctrina Felyn. in c. cum olim el 1. nu. 9. de offic. deleg.

O*bscuritatem.* Quæritur hic, si vidua facit citare pupillum vel econtrario, an liberè possit eum trahere, vel ipsa trahi in quod forum vult, per priuilegium eis indultum per l.quãdo Imperator inter pup.& vid. videtur quòd sic: per præallegatam l.quando Imperator inter pup. & vid. Et facit ad hoc, ff.ex quibus cau. maio. l vlt. Quidam tamen sentiunt contrarium, tanquam persona priuilegiata quæ petitur trahi, habeat duo priuilegia, & quia rea, & quia concurrit cum priuilegio personæ actoris: & ad hoc illud generale, de iuris & facti igno. l.1.& ff.de reg.iur.l.fauorabiliores. & quasi expressum dicitur. ff.de minor.l.verum.§. fin, & quia facta compensatione priuilegiorum actor rei forum sequatur, vt C.de iur. om. iud.l.2.ff. de iud.l.hæres absens. & ubi in rem actio. l. ult. & hoc tenent plures magnæ authoritatis. Sed pro probanda prima opin. posset dici sic, quod una persona priuilegiata posset trahere aliam in quod forum uelit, & ea ratione, quia priuilegiatus utitur priuilegio suo contra priuilegiatum: & quia in princ. iudiciorum magis fauemus actori quàm reo. ff.de iud. l. si quis intentione. & l.solemus. Est ergo enomula illa ratio, quia reus non posset conuenire, quia habet duo priuilegia: & quia concurrit suum priuilegium cum priuilegio actoris. & quia reus. Nam ut probatum est, actor habet duo, & reus habet unum: quia actor habet priuilegium suum, & habet priuilegium, quia in princ. iudiciorum magis fauemus actori quàm reo, ut dictum est. Et hoc probo fortiori argumento: ecce enim si habet duo fora, electio est actoris, ut C.de episc.& cler. l. clericos. in princ. & ff.de iudi.l.2. Quia si electio esset rei, ipse reus semper negaret, & uariaret: de uerb.obligationib.l. inter stipulantem. §.1. & de loco maximè, ff.de eo quod certo loco, l. nonnunquam, in princip.& uideas maximam absurditatem quæ eueniret ex hoc: nam si actor traheret eum in uno foro, ille conuentus uellet aliud, at si esset in alio diceret se uelle esse in alio: nam ante litem contestatam mutare posset uoluntatem, ut ff.de iur.om. iudi.l.si conuenerit. & solu.mat. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. & sic in infinitum uariaret. Quæ nariatio in iudicio est erubescenda, ut C.de modo mulct.l.eos, ad fin. & ubicunque generaliter, ut ff.de instit.l.si pupillus, §.quòd si aliàs. & ff. de decur.l.1. Et ad prædicta facit, quia ex persona actoris forum metimur. ff.si pars hær.pet.l.1.in prin. Et inspicimus quid petatur, non quid debeatur, ff.de iurisd.omn.iudi.l.pen.§.fin. Barthol.de Capua.

An clericus pro bonis patrimonialibus possit petere beneficia? uide Andr.de Iser. in constitut. statuimus & Specu. titu. de restitut.in integrum, §.qualiter, uersic.sed nunquid clericus. Diom. Marico.

An autem actor laudatus possit ex persona sua petere beneficia? puto quòd non: quia iudicium non dicitur fieri cum eo, sed cum conuento: adeò quòd non potest in se suscipere iudicium inuito actore: & liberare emptorem à iudicio, prout declarat Pau de Cast.in l. 1. C. ubi in rem actio. in l.delegare. de nouatio.& Bart.in consi 219. Agitur contra Tiolum.

Et dic quòd non potest procedere, ubi ipse uult suscipere in se iudicium, & liberare emptorem ab instantia iudicij animo nouandi: sed si solum vult suscipere iudicium, & facere defensionem pro suo interesse, in hoc admittitur, & ita quotidie practicatur.

An autem tertius comparens pro suo interesse post publicatum in causa, si est persona priuilegiata, an possit petere beneficia, & examinare? dic quòd sic, quia admittitur cum suo priuilegio, & sicut potest examinari in causa matrimoniali. ex quo in eo non obstat publicatio, vt dicit Ange.in l.si suscepta. ff.de inoffic.testam ita etiam vigore beneficij, quod potest peti etiam facta conclusione in causa: & ita practicatur. Verum si causa est indiuidua & lis, non gaudebit illo beneficio, sed procedetur contra eum ad instantiam actoris, per id quod dicit Bald.in l.3.§.sed & verum. ff. de minori. Diomedes Maricon.

No.ex tex.ibi, non sicut, quòd licet minor deceptus, interueniente tutore habeat electionem petendi in integrum restitutionem, vel agendi contra tutorem, & no. glo. supra in constit.min.iura. tamen secus est in muliere læsa, interueniente mundualdo soluendo, vt hac constitutione.

¶In tex.casus. No.hic aliqua priuilegia mulierum, vide alia 24. per Spec.in tit.de dona.inter vir.& vxor. Pet.de Montef.

¶Per

¶Per iudices mag. Cur. Vicariæ obseruatur, quòd mulieres indifferenter restituuntur quando læsio est in promptu, ex aliquibus omissis, vel productis, & non probatis, prout hic no. licet tex. aliter loqui videatur.

¶In tex. soluendo non sunt. Quid ergo si non sunt soluendo? ex hac litera colligitur, quòd non restituuntur, sed si ita intelligatur, tam nullum esset priuilegium mulierum, cum in alijs, & in maioribus concedatur in integrum restitutio, si procuratores non sunt soluendo. ff. de dolo. l. idem, & ff. mand. l. si procurator. secundo responso & no. extra de in integrum restitutio. cap. 2. per Ber. videtur hic ergo addendum, maximè argum. dictorum iurium. Sed verius videtur, vt intelligamus sicut glo. intelligit, enim non sit nostrum hanc constitutionem extendere, nisi quatenus litera dicit, & dominus Andr. de Iser. nihil innouat per suum dictum in hoc casu, & sic satis videtur approbare glo. Diomedes Maricon.

IOANNA II. Rit. 71.

Item quòd in causis, in quibus petuntur beneficia restitutionis in integrum, & peti possint, detur terminus in primo beneficio petito & concesso ad probandum, medietas videlicet termini dati in primo beneficio, & quòd testes iurati examinentur infra terminum datum, tam super primo, quàm super secundo beneficio, ita quòd de cætero non audiantur.

IOANNA II. Rit. 96.

Item quod in quibuscũque causis * ciuilibus quæ in præfata curia pro tẽpore agitantur post conclusionem factam in illis per actores vel conuentos, aliqua petitio restitutionis in integrum offerri non potest.

* ADDITIO. Item quòd in quibuscunque causis. *Hic Ritus fuit obseruatus per Sacrum Consilium in causa Benedicti de Pomis, de mense Septemb. 1556. Franciscus Cãpellonus actuarius.* M. A. Puluer.

a Beneficium. Hæc lex corrigit ius commune, quod vult, vt cum restitutio petitur per procuratorem debet habere speciale mandatum, vt ff. de min. illud. §. si talis. ¶Hæc lex non vult quòd exigatur speciale mandatum, sed sufficiat generale.

* ADDITIO. *An fiscus habeat restitutionem in integrum. vide Guid. in decis. 302. Quid si Prorex Regni Neapol. delegat. causam feudalem inter fiscum & priuatum alicui, an iste delegatus possit facere in illa causa procuratorem fiscalem, vide Afflict. decis. 306. Quid de villis. vide Mars. in sing. 699. & in vniuersitate per Laur. Silua. in cons. 4. col. fi.* De Bot.

Fisco confirmatur priuilegium petendi restitutionem in integrum, nec mandato speciali ad illam petendam, opus est. b. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

Beneficium a * restitutionis in integrũ nostræ reipublicæ in iudicijs, & contractibus antiquis legibus reseruatum, non ipsi præcidimus, sed illud nobis integrè reseruamus, sanctioni pręsenti manifestius inserentes, Vt ad petendam restitutionem eãdem speciale mandatum, quod in minoribus, & mulieribus exigitur, quorum procuratores, & defensores restitutionem implorant, à procuratoribus statutis à nobis, vel à magistro Iustitiario nostro, aut regionum Instit. quibus in causis ciuilibus, & b criminalibus nostris statuendi procuratores, & defensores concedimus facultatem, nullatenus exigatur.

b *Criminalibus.* Vereor ne si lex ista intelligatur indistinctè, multis alijs legibus contraria opponatur, quod non credo Imperialis propositi extitisse, vt C. de inoffic. testam. l. si quando. in princ. Dico ergo secundum iura, cum lex noua loquitur non tollitur distinctio legis veteris, vt in Authen. de admini. offic. coll. 4. §. vltimo, C. de app. præcipimus. in fine. ff. de le. & se. con. non est nouum. & l. ideòque. & l. posteriores. Dicas ergo, si causa est criminalis, publica vel priuata, ex qua non imponitur pœna capitis, sed relegationis, vel minor, puta motionis ab ordine: constituitur in ea procurator, cum pœna relegationis infligitur absenti accusato, sicut in pecuniaria causa fertur contra absentem sentẽtia, vt ff. an per alium causa app. l. 1. & ff. de pœ. l. absentem. non distinguo vtrum in causa capitali sit lis contestata, vel non contra reũ, vt C. de procu. l. nihil. Põt tamen interuenire minor, vel fœmina, & qui alias non possunt esse procuratores, non vt allegent iura principalis causæ, sed causam absentiæ accusati, vt ff. de proc. l. seruum. §. publicè. & l. absens. & C. de accus. l. reos. aliter verò seruatur regula, quæ est ff. de publ. iudi. l. pe. §. ad crimen. G.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Beneficium, Hæc lex loquitur de restitutione, quæ competit fisco, & Rẽgiæ Curiæ quæ restituitur ad exemplum minoris. C. lib. 11. de iure reipublicæ. l. rempublicam. ex quib. cau. maiores. l. 3. Et petitur per procuratorem Curiæ seu fisci. Non obstat quod non habet speciale mandatum. Fit enim hic procurator per Regem Iustitiarium vel Institiarium regionis, sic supra de offic. iudic. l. præsides. qui videtur factus esse ab ipso Rege potestatem eis dante. Omnia enim nostra facimus, &c. de vete. iu. enu. l. 1. §. sed neque. pro quo est. ff. de mann. vin. pater. in fi. de leg. 2. vnum ex familia. §. 1. Et propterea deceptus fuit hic glossator dicens, quod in criminalibus à relegatione supra non possit dari hic procurator. Quia verum est in alijs. ff. de publi. iu. l. pen. §. ad crimen. At fiscus in quibuslibet capitalibus accusat per procuratorem, vbi sua pecunialiter interest, vt si instrumentum sit subreptum, in quo fiscus erat institutus hæres. Nam accusabit de falso: & petet hæreditatem, sicut posset priuatus, ff. de iure fis. l. 1. circa princ. vel quod Princeps non potest, nec debet Rex venire ad accusandum, accusabit per procuratorem: quia & illustres hoc faciunt, C. de iniur. l. fi.

ADDITIO. *Adde qui dicantur illustres? vide tex. in cap. constitutus. ver. Illustris Princeps pro fenso. um. de testib. tex in cap. fi. in vers. illustres personarum. & ibi Dominicus. de re iudi. in 6. tex. in cap. dilecto. vers. in Christo filius charissimus noster Rex Vngaria de iurtius. tex. in clem. pastoralis. in ver. Charissimum filium nostrum Robertum Regem Siciliæ illustrem. de re iudi. Abb. in cap. sanè de offic. deleg. Abb. in cap. cum causam. de iuram. calum. Bar. in l. 1. in § si quis ff. de appell. Bald. in l. ad similitudinem. C. de episc. & cler. Alber. de Rosa. in l. imperium. ff. de iurisd. amen. ind. Bal. in c. cum accessissent. de constit. Martin. de Laud. in tract. de Principe. Item Rex Franciæ appellatur Illustris. tex. est in princ. in cap. nouit. de iudicijs.*

Nec mirum, quia & mulier coniugata, supra de pæna contu. in criminali causa. l. 2. & de minoribus sup. eod. tit. l. minorum ¶Accusabit ergo fiscus per procuratorem, quãdo sua interest, vt videmus: alias non: quia publicum iudicium competit cuilibet de populo, non fisco & Principi condenti legem: quia in generali sermone non continetur Princeps loquens. ff. loc. qui insulam. C. de solut. inquisitio. Nam & milites, & qui merum imperium habent, non accusant si eorum interest. ff. de accus.

ADDI-

accuf. l. qui accusare. ¶Quid autem si interest fisci, & Regis ratione iniuriæ sibi factæ, vt quia occisus est, vel vulneratus, vel iniuriatus officialis suus, an accusabit per procuratorem fisci? satis videtur quod sic: quia milites & omnes prohibiti, accusare possunt, quando suam vel suorum iniuriam prosequuntur. C. qui accus. non poss. l. prohibetur. Sed iniuria facta officiali, fit domino cuius personam repræsentat, vt C. de statuis & imagin. l. 2.

ADDITIO. *Adde quid de iniuria facta viro, an censeatur facta vxori, & quid econtra, vide per Felyn. in procem. Gregor. in 5. col. vers. quamuis vxor.*

Et quia quod facit officialis, facit dominus, C. de iure fis. l. prohibitum in fi. & arg. C. de test. mil. l. 1. in fi. Item si permittitur vbi pecuniariter interest: multò fortius vbi ratione iniuriæ: quia præponderat lucro fama & iniuria. ar. ff. d adul. l. miles. §. 1. de pænis, in seruorum, in fiu. Nam si competit cuilibet de populo, & Princeps de populo est Populi enim appellatione continentur milites, Senatores, & Patricij. Instit. de iure natu. §. lex autem. Princeps enim connumerat se inter commilitones, ff. de milit. tast. l. 1. & consul est, ff. in procem. io si. Quælibet etiá ciuitas restituitur, C. de off. iuaqui vic. alt. obt. l. s. ¶De republica Romanorum non est dubium, quia idem quod fiscus est. ff. de bon. poss. l. non est ambigendum. Item & quilibet potest denuntiare fisco, & prosequi causam fisci pro parte fisci, no. ff. de iure fis. l. 1. §. 1. in glo. & si obest, ideó calum. &c.

AD materiam huius constitutionis dicemus aliqua in tit. de iur. fisci. Tapia.

Delicta minorum arbitrio Iudicis puniantur. h. d.

PRAGMATICA I.

De minoribus.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

ET si verum sit minoribus ex animo delinquentibus iura non subuenire, nisi quatenus interdum miseratio ætatis indicantes ad mitiorem pœnam perduxerit, sitque propterea perspicuum, non necessitati, sed Iudicis arbitrio esse relictum, an minores delinquentes, mitiori, & non ordinaria pœna plectendi sint. Non tamen defuerunt qui minores delinquentes omnino mitiori, & non ordinaria pœna puniendos esse asseuerarunt. Quare, vt nulla in posterum dubietas oriri possit, sancimus, statuimus, & declaramus iudicátium esse arbitro, an ordinaria vel mitiori pœna minores delinquentes, feriendi sint, cõsiderata delicti atrocitate, personæ qualitate, delictorũ reiteratione, ac cæteris alijs considerandis rectè perpensis. Non itaque necessitatis, sed iudicis arbitrio id omne relictum post hoc omnes intelligant. Quæ omnia cum voto, & deliberatione Regij Collateralis Consilij penes nos assistentis, per nos sancita, disposita, & statuta perpetuò valitura esse volentes: Mandamus Illust. Spectab. & Magnificis viris, magno huius Regni Camerario, Locumteneti, Præsidentibus, & Rationalib. Regiæ Cameræ Sũmariæ, Prothonotario, Viceprothunotario, & deputatis in Sacro Regio Consilio, Magistro Iustitiario, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ. & alijs Tribunalibus, & Officialibus Regijs, ad quos spectabit, & præsentes peruenerint, præsentibus, & futuris, seu eorum Locatenentibus & substitutis, quatenus præsentes Pragmaticæ sanctiones obseruent obseruarique faciant in omnibus. & per omnia iuxta earum seriem, & tenorem & cõtrarium non faciant, pro quanto gratiam prædictæ Regiæ Maiestatis charam habent, ac pœnas desuper contentas arbitrio nostro reseruatas cupiunt euitare. Et vt de illis ignorancia aliqua allegari non possit, eas publicari mandamus, tam in hac fidelissima Ciuitate Neapoli quàm in toto Regno.

Datum in Palatio Regio prope Castrum nouum Neapoli die 26. Octobris 1558.

Don Ioan Manrique.

V. Albertinus Regens. V. Villanoua Regens.
V. Villanus Regens. V. Pignonus Regens.
V. Reuerterius Regens. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Ioanni de Soto.

DE ASPORTATIONE PROCESSVVM. Rubr. XXXV.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc titulus concordantes non habet agitur tamen in titulis de fide instrum. de generalibus concernentibus materiam in hac Pragmatica contentam.

Processus conclusus cum serie cartarum integer asportetur sententiandus Iudici. h. d. Tapia.

PRAGMATICA XIII.

De ordine iudic.

COnclusione facta teneatur Magister actorum processum in causa factum Iudici de causa cognoscenti præsentare infra octo dies à dic conclusionis ordinatum in Quinterno signato per numerum chartarum, in quo dictus processus à rescripti præsentatione, vel à citatione vsque ad conclusionem inclusiuè appareat descriptus, Ita quod vnus actus ad alterum sinè præposteratione sequatur cum apparitione Millesimi, indictionis, mensis, diei, & loci, cum descriptione personarum scripturas præsentantium, registratione fideli dictarum scripturarum productarum, cum extractione in margine summarij cuiuslibet actus, aliũ verò processum originalem, cum scripturis, & actibus productis, & factis per partes vnde fit extractus processus, vt supra, iudici præsentandus, dicti Magistri actorum perpetuò penes se detinere debeant, nec illum partibus vel iudici dare debeant; ad pœnam falsi, sed illum penes se retineant tamquam matricem Notarij: Mandantes processum, vt supra, iudici præsentandum, scribi debere per

ipsos Magistros actorum si boni, & aperti fuerint scriptores, alias per eorum substitutum, bonis, & apertis litteris scribentem, & fidelem copiam ex originali in publica forma readsumentem sinè vlla cassatione vel interlineatura, quæ si quandoque fieri contigerit, Magister actorum in publicatione de ea mentionem facere debeat quem processum sic readsumptum fideliter, & auscultatus cum originali concordet.

Item Magister actorum sua manu subscribere debeat, cum appositione signi consueti, attestando manu sua scriptum, & cum originali concordet repertum, nec possit ipse Magister actorum, vel substitutus, pro dicto processu Iudici præsentando, mercedem aliquam recipere. Iudex verò causæ processum sibi præsentatum referre, & expedire debeat, iuxta Pragmaticam super expeditione causarum ordinatam, eoque per vltimam sententiam finito, ipsum transmittat, perpetuo conseruandum in Archiuo Ciuitatis, vbi iura publica seruari consueuerunt, ad pœnam priuationis officij Magistro actorum, qui in prædictis, vel aliquo ex eis contrafecerit, prohibentes neminem præter Magistrum actorum vel eius substitutum scribere debere citationes, vel alios actus ad pœnam vnius vnciæ pro quolibet actu exigendam ab eo qui contra præsentem prohibitionem tales actus scripserit.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragm. exornatione non indiget cum per se clarè loquatur, nec mei est muneris materias transplantare, agit tamē hoc loco Scipio Rouit. in eius commentarijs de conclusione, de qua nos supra peculiari tit. egimus, sed in quātum ad conseruationem processus in archiuio ciuitatis non seruatis sed processus apud actorum magistri seruantur.

DE ACCESSV OFFICIALIVM SVPER FACIEM LOCI. Rubr. XXXVI.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

DE hac materia non habemus titulum concordantem, agitur tamen de ea in l. si irruptione, §. ad officium ff. finium regundorum, vbi Albericus, & in cap. quia indicante de præscrip. Apud Hispanos in l. fi tit. 5. par. 6. Et apud Mediolanenses in statu. Mediol. cap 92. vbi Horat. Carpan. plura ad hanc materiā annotauit, agit præterea de hac re Anton. Gom. variarum resolutionum cap. 9. tom. 2 nume. 5. circa finem, qui ad plures infert quæstiones, que oculorum visu decidūtur.

Hæc autem oculorum inspectio est valida probatio, præualet enim testium depositionibus, & ea quotidie vtimur tam ad ciuiles, quàm criminales causas decidendas, & sæpè vidi contra testium dicta iudicari per huiusmodi probationis modum, & dum essem Auditor in Prouincia Principatus Citra fuit per Regiam Audiētiam absolutus quidam inquisitus de assassinio, aduersus quem deposuerat quidam testis de tractatu Assassinij, qui affirmabat se audiuisse in quadam domuncola ex ijs. quæ existunt in loco vbi Nundinæ Ciuitatis Salerni contrahuntur, & cum esset Regia Audientia in voto illum torquendi viso loco, quia pimpossibile erat vt audiretur, fuit (vt dixi) absolutus.

Accessus Officialium fiat quando aliter causa expediri non possit, qua infra mensem post visuram loci expediatur. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA LXIII.

De offic. procur. Cæsar.

ITem perche nelle liti nelle quali è necessario l'accesso delli commissarij sopra la faccie del luogo, & particolarmente nelle liti di confini che sogliono essere tra le vniuersità si fanno grossissime spese in condure detti Commissarij, & quel che è peggio dopoi la visura del luogo si tardano tanto à spedire le cause che il Commissario ò non si ricorda più di quel che ha visto, ò per morte, ò mutatione di detto Commissario si commette la detta causa ad altri. Per tanto si supplica V.E. resti seruita comandare che quando si giudica necessario il detto accesso, ò si dia facultà al Giudice di determinarla T esso solo sopra il luogo, ò almeno comandare che subito ritornato dal detto luogo si debbia fra vn mese determinare la differentia predetta. Et perche non si possi dopò la visura del luogo differire la espeditione per alcuna delle parte che potesse dimandare, ò termine, ò beneficij si stabilisca che non si possi andare à vedere il luogo, se non quando possi senz'altro termine deciderti quel giudicio di petitorio, ò possessorio che si ritroua incaminato, ordinando espressamente alli capi di Tribunali che habbiano particolar pensiero di fare osseruare l'ordine che per V. E. si farà sopra ciò. Placet vt supplicatur.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 CIrca hanc materiam accessus seruantur hodie disposita per istam, & sequentes Pragmaticas, sub hac † tamen forma, aut enim agimus de accessu intus ciuitatem, & eo casu nō requiritur neque relatio, neque Præsidis interuentus in rebus modicis, quia etiam domi decernunt Regij Consiliarij, quod accedat Commissarius super faciem loci, aut verò petitur accessus totius Sac. Cons. & tunc potest decerni quod fiat accessus absque interuentu Præsidis, non tamen fit absque illius præsentia aut vero agimus de accessu extra ciuitatem, & tunc fit relatio in Sac. Cons. de meritis causæ cum interuentu Præsidis etiam quòd vnus ex Regijs Consiliarijs debeat accedere, & cognito de necessitate ipsius interponitur decretum, quod fiat accessus

accessus, circa quod, seruantur etiam disposita per Pragm. Illustriss. Comitis Mirandæ, quæ inter nouiter impressas est posita sub tit. de offic. Sac. Cons. & est 63. nos autem infra hoc tit. collocauimus.

T *Esse solo.* Hoc seruatur in rebus minimis, vel quando per Sac. Cons. Commissario causæ vel alteri, qui ad loci visuram destinatur decidendi facultas cōmittitur prout decreuit in causa inter Vniuersitatē Ferrandinæ, & Illustr. Marchionem Grutularum super quoddam territorio hiberon tempore à flumine bausento nuncupato irrigato, Sacrum enim Concilium totum negotium decidendum remisit Peritissimo, ac moribus ornatissimo viro Alphonso Areualo Sedegon, qui post hæc scripta, ante tamen impressionem in Regnum Siciliæ, vt Consultoris Excellentiss. Proregis munere fungeretur à Rege nostro Philippo gloriosissimo fuit missus.

Et aduerte, quòd † isto casu visionis loci permittitur iudici secundum conscientiam iudicare, quia constat iudici, vt iudici, vt tradit post alios Iason. in § si minus instit. de actionibus, cum alias teneatur ; secundum allegata iudicare l. illicitas §. veritas, ff. de offic. præsid. cuius quidem rei ea est ratio, quia hæc visura loci est ocularis probatio per quam iudex veritatem dictorum à testibus percipere potest,

Commissarijs, & Præsidentibus Regiæ Cameræ, ac Iudicibus Mag. Cur. Vic statuitur salarium quod eis competit pro accessu, quod non fiat absque interuentu Præsidentis, etiam quando accessus fit ad instantiam Vniuersitatis taxetur numerus eorum, qui debent comitari Consiliarios. h.d. Tapia.

PRAGMATICA LXIII.

De offic. Sac. Cons.

PHILIPPVS &c.

DOn Ioannes de Zunica Comes Mirādæ Marchioque Labagnesæ, & in præsenti Regno præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. Consueuerunt Regij Consiliarij, dum accedunt super faciem loci extra territorium huius Ciuitatis Neapolis pro eorum salario recipere scutos auri tres pro singulis diebus vltra victum, & mercedem pro lectica, & equis: & cum ad nostras aures peruenerit quod inde orta est occasio maximā quantitatem pecuniarum erogandi, præcipuè cum accedunt ad instantiam vniuersitatum, quæ etiam per suos ministros fraudantur, super quo ad releuandos Regios subditos prouidere volentes (vt conuenit) ad moderandas Immoderatas expensas, & fraudibus obuiandum præsenti Pragmatica perpetuò valitura, Decernimus, atque statuimus quod hinc antea non possint Consiliarij, & Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ recipere plusquam ad rationem ducatorum octo pro quolibet die, in quibus includantur mercedes lecticarum, & equorum, expensæ pro ipsorum victu, & famulorum. Ita vt non possint aliud quidquam recipere à quocunque etiam minima, & à spontè dantibus. Mandamusque quod in interpositione decreti pro accessu interueniat Magnificus, & Circumspectus Præsidens Sacri Regij Cōsilij, & aliter Decretum interpositum sit ipso iure nullum. Volumus etiam quòd quando accedunt ad instantiam Vniuersitatum debeat per Sacrum Consilium, antequam Consiliarij discedant ab hac Ciuitate taxari numerus personarum vniuersitatis, quæ debent Consiliarium comitari, & eorum salarium, quodque non accedat nisi vnus Aduocatus, & vnus Procurator, inhibemus prædictis Consiliarijs, & Præsidentibus nè simul comedant cum partibus, Aduocatis, & Procuratoribus aut Agentibus; Salarium verò Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ taxamus, & limitamus in ducatis sex tantum cum eisdem conditionibus. Et ita mandamus inuiolabiliter obseruari sub pęna Regiæ indignationis.

Datum Neap. in Regio Palatio die 14. mensis Aprilis 1587.

El Conde de Miranda.

V. Moles Reges. V. Lanarius Proregens.
V. Berricanus Proregens. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mādauit mihi Bastidæ de Muñatones Secret. In Prag. primo tol, 10.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec pragmatica quo ad salarium est immutata per aliam pragm Illustrissimi Comitis de Lemos per quam auctum est salarium, quam situauimus supra titulo de salario Official. & in quantum agitur de interuentu Præsidis in decreto accessus seruatur in nostro Sac. Cons.

Confirmatur Pragmatica proximè posita, & insuper mandatur, quod decretum accessus non fiat nisi relata causa, & in limine expeditionis constituta, quæ expediatur statim post reuersum à visura loci. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA LXIII.

De offic. procur. Cæsar.

§. ITem se ben per altra Pragmatica per noi fatta li mesi prossimi passati fù ordinato che quando si hauesse da prouedere che accedat Commissarius super faciem loci, tal prouisione si facesse nel Sacro Regio Consiglio con interuento del Magnifico, & Circospetto Presidente di quello con essersi stabiliti anco quel tanto che si ha da dare il di al Commissario della causa per lo accesso per sue spese, & prouisione, & anco il numero delli Auocati, Procuratori, & agenti che con esso haueranno da andare andandosi ad instantia di vniuersità per euitare li grā dispendij che in ciò à loro detrimento si faceuano & altro come in detta Pragmatica più largamente si contiene.

Per la presente anco prohibemo à qual si vogliano Regij Officiali lo accesso predetto super faciem loci mentre che verte differentia di territorij, ò altro doue sarà necessario detto accesso trà vniuersità, & Baroni, & altre particolari persone, eccetto se la causa sara stata referita, & letta prima, & posta totalmente in limine expeditionis di manera tale che li sia preclusa la via alle parte di dimandare beneficij, repulsa, ò altra qual si voglia dilatione, e che dopoi il ritorno dal luogo fra vn mese omnino tal causa si spedisca, ita che ritornato che sarà il Commissario dalla visura del luogo statim debbia referire la causa predetta, & quello che dalla visura fatta per esso sarà risultato, & attendere statim alla totale speditione di detta causa, di manera tale che precisè, & con effetto tra vn mese, ò quanto più presto si possi fare la detta causa resti del tutto spedita, ordinando à tutti, & qual

si voglia Giudici della gran Corte della Vicaria, Presidenti della Camera, & Consiglieri del Sacro Regio Consiglio, & à qualsiuoglia altro Giudice che quomodolibet li toccarà di andare à detta visura di luoco, vt supra, che debbia così osseruarlo precisamente sotto pena della Regia indignatione, e nostra.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec pragmatica seruatur quo ad relationem, quæ fit ante accessum, & cùm interuentu Præsidis, non tamen ita punctualiter quoad expeditionem causæ post accessum propter defectum partium, non iudicum.

DE SENTENTIIS IN SCRIPTIS PROFERENDIS. Rubr. XXXVII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HIc titulus quo ad secundam partem attinet, scilicet de scriptura sententiæ particularis est, neque alios concordantes habet, attamen vt institutum prosequamur ordinem, concordantes titulos de sententia non omittam, concordat igitur tit. ff de re iudic. & C. de senten. & interlocutio. omn. iudic. & C. de sentent. ex breuic. recitand cum alijs titulis sequentibus, adsunt etiam iuris canon. similes tituli de senten. & re iudic. & consimilis titul. in lib. 6. decret. Apud Hispan. in 3. lib. par totus tit. 12. & tit. 15. in lib. 3. ordinat. Extat etiã tit. 53. lib. 2. legum fori, & tit. 17. lib. 4. nouæ recollect. Apud Gallos Constit. Caroli Septimi quam glosauit Rebuff. tract. de sentent. apud quem legitur. Apud Ianuenses extat tit. de sentent firmitat. in lib. 3. statutorum. Specular. de sentent. & re iudicat. Federic. Schenech de sentent. & re iudicat. in tomo 5. tractat, fol. 2. Francisc. de acceptantibus de sentent. diffinitiua, & interlocut. Petr. Gregor. Tholosan. in sintagm. iuris par 3 tit. de actionib. lib. 50. cap. 1. Horat. Carpan. de materia latè, sed per conclusiones in commenta. ad statut. Mediol. ad cap. 31. 41. & 131. Iodoc. in praxi cap. 219. & sequent. Io. Mille. in praxi Franciæ rubr. 26. Marant. in 6. parte principali in fine cap. de sentent. Consaluus de pace in 11. tempore fol. 81. Muscarell in 6. par. eius praxis nostri Sacri Consilij glo. sententiaui fol. 133.

a AB omnibus. Sententias omnes diffinitiuas. No. quod dicit omnes, nã qui omne dicit, nihil excludit, vt C. man l. à procuratore, & ff. de leg. 2. si ita sit relictum. & sic corrigitur authen. nisi breuiores. quæ est. C. de sent. ex peric. reci. Vel posses distingueret verum causa sit talis, quæ libellum desideret offerendum, et tunc sit necessaria sententia in scriptis ferenda, aut non desideret libellum offerri: & tunc sententia non feratur in scriptis, vt infra, de dilatio. & extra l. 1. And.

Sententia debet in scriptis proferri alias est nulla. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

AB a omnibus Regni nostri fidelibus quemcunq; dignitatis gradum, aut iurisdictionis obtineant, obseruare præcipimus, quòd omnes sententias diffinitiuas in scriptis proferant, Quòd si fortè facere neglexerint, nullius momenti verbales, & non scriptæ sententiæ reputẽtur. Ipsi quoque de suo damnũ quodlibet, & expensas litigantibus resarcire cogantur.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

AB omnibus. Dicitur verius. ¶ Et sic videmus seruari, quòd non loquatur de causis breuissimis, vt narrat gl. quia non est nouum, vt posteriores leges trahantur ad priores. ff. de leg. l. sed & posteriores. Et non quidem in libello offerendo in modica causa infra duos augustales dicitur expressè quòd non infra de dila. de exec. l. 1. sic erit de sententia, vt respondeat exordio causæ sic scriptis proposita; quoniam ad principium posterior formatur euentus. C. lib. 10. de impo. lu. de. l. 1. in fi.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hac constitutione concordat dispositio tex. in l. 2. & 3. C. de sentent. ex breuic. recitand. quæ conclusio hodiè receptissima est in Regno, cum in omnibus ferè curijs sententiæ
1 tiæ prius scribantur, & postea legantur, † cuius rei interualtas duæ præcipuè aducuntur rationes prima ab Azone ad l. 2. de sentent. ex breuic. recitan. quia in sententia debet contineri forma libelli, secunda à Maranta in 6. part. in cap. de sententia num. 14 in fine, & est ne veritas occultetur: posset enim postea alio modo scribi, quam fuit voce dictum, ex qua descendit, & tertia, vt omnis iurgij inter partes tollatur occasio cum altera dicere posset, & probare sententiam pro se, altera verò etiam
2 pro ipsa fuisse prolatam: sed an requiratur, † quod omnino sit scripta in carta, ita vt si scripta fuerit in pariete valeat tradit Geminian. in cap. fin. de sentent. & re iudic. in 6.

Quod verò diximus sententiam fore in scriptis proferẽdam tradit etiam Carpan. ad cap. 31. statut. Mediol. num. 52. vbi post Vantium tract. nullitat tit. de nullitat. ex defectu processus, nume. 39. tradit; quod † licet sententia per testes probari 3
possit, tamen tunc non habet solita priuilegia. Hanc etiam conclusionem in praxi seruari tradit Marant. non obstãte capit. Regni detestantes, per quod videbatur inductum, vt omnes causæ sola facti veritate inspecta deciderentur, quia per illud non videntur sublatæ sollennitates in sententia requisitæ, sed limitatur conclusio ista in Episcopo, qui diffinitiuam potest sententiam absque scripto proferre in causis tamen breuioribus 4
bus inter suos clericos, vt consulut Angel. in cõs. 115. per tex. in Auth. nisi breues. C. de sent. ex breuic. recitand. quod etiã practicatur in Regno, in causis etenim à 30. carolenis infra fine scriptis proceditur, & per consequens absque scriptura profertur sententia, quod pluribus casibus fieri posse, habemus ex Carauit. ad Rit. 215. qui est positus à nobis sub tit. de summar. iudic.

Hæc

5 Hæc autem sententia † postquã est scripta, debet à iudice legi, in loco pro Tribunali sedente, vt habetur ex tex. in l. 1. C. de sent. ex breuic. recitan. quæ licet arbitri nomine vtatur, illud tamen verbum declarat Glo. ibi quæ arbitrum iudicẽ appellat ordinarium, quam rem pluribus verbis exornauit Vantius tract. nullitat. dicto tit. de nullit. ex defectu processus, hoc tamen non procedit in persona superillust. & Illustriss. vt sunt Rex, & Episcopus, vt tradunt Afflict. hic Marant. loco citato num. 43. & Carpan. d. cap. 31. nume 56.

6 Hinc est, quod † in Sac. Cons. ab actorum Magistris ipsius sententiæ leguntur, & licet in dies prolatæ sententiæ ab ipsis legantur, consuetum est tamen, vt die antequam feriè indicantur omnibus Consiliarijs coadunatis in vna ex aulis, omnes actorum Magistri sententias vicissim legunt, & eo tempore nemini licet capite cooperto in aula stare. Hic tamen mos sententias per actuarios legendi receptus est in omnibus regni curijs, vt tradit Marant. loco citato, & ego seruari vidi in Regijs Audientijs: quod receptum esse in Gallia testatur Petrus Gregor. Tholos. in sintagm. iur. par. 3. lib. 50. cap. 8. nu. 21.

Hoc tamen fallit quando foriudicationis sententia legitur in Mag. Cur. Vic. eam enim ipse causæ Commissarius legit integram, alia verò circa sententiam vide per Doct. in Rubrica huius tituli allegatos.

Sententia in causa criminali prolata absque accusatoris, siue coadiutoris assistentia Iudici ad quem notificari debet, & interim nihil innouandum alias iudicantis arbitrio punitur. h. d. Tap.

REX CAROLVS II.

PLerunque contingit * sinè accusatore, vel denuntiatore iudicem ex officio, non dato coadiutore ad negotij prosecutionẽ procedere: quo casu, si sententia absolutoria feratur pro reo, cum non sit persona loco aduersarij designata, quæ valeat appellare, de facto de quo absoluitur reus, vltra non quæritur, quo fit, vt iniqua sententia robur obtineat post tempus interponẽdis appellationibus præfinitum, & nonnunquam probata crimina remaneant impunita. Idcirco statuimus, quòd Iudex talẽ absolutoriam sententiam proferens, T superiori suo, ad quem regulariter appellatur, ab eo tenorem suæ pronuntiationis statim significet per suas literas processum & sententiam continentes. Qui superior si infra decem dies, à receptionis ipsarũ literarum tempore numerandos deliberet coram se de iuribus processus, & sententiæ cognoscendi, id iudici, qui pronuntiauerat quem cito poterit, studeat intimare, sicque idem superior causam examinet & decidat, ac si per accusatorem ab initio causa proposita fuisset ad eum post sententiam appellatum, nec aliquid innuuet Iudex pronuntians, quemadmodum innouare non debet quando interponitur appellatio ab eodem. Sed si superior infra mensem ex quo inferioris susceperit literas, vt præfertur, quòd velit de iuribus sententiæ & processus cognoscere pronuntiantem Iudicem certum non fecerit, post ipsum mensem sententia in rem transeat iudicatam, si non in ea nullitas arguatur. Iudex verò, qui post pronuntiationem suam superiori significare processum, & sententiam non curauit, dolo videatur egisse, de quo pro conditione negotij nostro arbitrio puniatur. Et nihilominus superiori infra mensem postquàm sibi innotuit de pronuntiatione facta, pronunciantem compellat mittere sibi sententiam & processum, quem si sibi videbitur examinet, & sicut iustum fuerit corrigat & emendet.

P*Lerunque contingit*, No. istud cap. quãdo agitur contra aliquem ex offic. non dato coadiutore, nec appareat accusator, vel denuntiator & datur sententia absolutoria, quod pronuntians totum processum, significet superiori suo, aliàs punitur, vt hic. Is enim corrigit, & emendat processum & sententiam iudicis, à quo extitit appellatum.

* ADDITIO. Plerũque contingit. *Vide ritum magnæ Curiæ, incip. item in causis, in fi. vbi prohibetur appellatio.* De Bottis.

Ibi, *qui superior*. No. casum, vbi dies qui dãtur ad appellandum à die latæ sententiæ, nõ computãtur ab eo die, sed à die receptionis literarum.

Ibi, *iudex verò*. Dolus enim præsumitur contra Iudicem negligentẽ in præmissis obseruandis. Barthol. de Capua.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc capit. hodie non seruatur cum in omnibus Regni Curijs adsit coadiutor, postquam Barones Regni merum imperium obtinuerunt, respectu verò regiorum tribunalium sententiæ † latæ absque interuentu fisci patroni nullæ sunt, vt 1 habetur in pragmatica 16. de offic. Procurat. Cæsar. & in pragmatica 36 de offic. Sac. Cons. quæ sub tit. de iure fisci à nobis est posita.

T *Superiori suo ad quem appellatur*. Ex his verbis colligit Ioãnes Ant. de Nigris ad Iudicem proximum superiorem immediatum appellandum, † esse quod tamen non procedere 2 quando ad Regem, vel Mag. Cur. appellatur idem tradit. circa quod animaduerte non licere hodiernis temporibus Baronum vassallis, regia adire tribunalia Iudicis mediati omisso medio, 3 qui Iudex secũdarũ, & tertiarũ causarum nũcupatur super quo expediuntur quotidie prouisiones per Collaterale Consilium, & quando in Sac. Cons. petitur remissio ad Iudicem secundarum, siue tertiarum causarum statim conceditur si baro habeat hoc in priuilegio.

Item ipsemet Ioannes Ant. de Nigris dicit hoc capit. non habere locum hodie ex dispositione ritus 258. vbi habetur fiscum † non appellare à sententia absolutoria lata in causa 4 criminali, quod in dies seruamus, sed in locum appellationis fiscus auditur per viam recursus, & ideò oblata supplicatione pro parte Regij Fisci nostri Sac. Cons. Præsidenti tam à decretis per magnam Curiam, quàm etiam per Sac. Cons. latis fit decretatio, quod magna Curia, in causis in ipsa pendentibus, siue Regius Consiliarius causæ Commissarius in Sac. Cons. pendentis relationem faciat ad finem videndi si est deferendum petito recursui, cuius decretationis vigore fit relatio in Sac. Cons. & tunc si grauamen illatum est ita notorium, vt dissimulari non possit reuidetur causa ex eisdem actis, & ideò requiritur maius grauamen, quando agitur per viam recursus, quam si agatur per viam appellationis, vt à senioribus accepi, & præsertim à peritissimis viris Regentibus Vinc. de Franch. & Marthos de Gorostiola.

Sententia scribitur manu Iudicis supra processum iuxta formam hic traditam. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 98.

ITem * seruat ipsa Curia, quando deputatus est processus, & deinde secundum ordinem dictæ Curiæ est visus per omnes iudices seu examinatur in Camera, iudices qui debent dare sententiam simul cum Regente, pront continetur in alia obseruantia, ponunt manum suam in processu hoc modo in fine processus, videlicet, fiat sententia condemnatoria, per quam dictus talis conuentus condemnetur ad dandum, tradendum, & assignandum dicto tali conuento in prædicta causa domum prædictam.

*ADDITIO. *Et ita videtur militi Francisco de Rapolano de Senis legum doctori dictæ Curiæ iudici, & ego Hẽricus Accon Zaccus iudex dictæ Curiæ concordo: quod nota.*

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc Ritus hodie non seruatur. benè verum est, quod tam in Sacro Consilio, quàm in Mag. Cur. Vic. Commissarius causæ notat, quòd à maiori parte est conclusum super processu, qui traditur actorum magistro à quo sententia scribitur, & postea à Iudice subscribitur, quam tamen ad literam describit Consiliarius iunior de aula in quinterno, quod seruatur penes secretarium.

Magna Cur. Vic. sententias non profert alternatiuè in exilium, vel ad pœnam pecuniariam. h. d. Tapia.

RAGMATICA XLV.
De offic. Mag. Iust.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

ILlustres, & Magnifici Viri Collateralis, & Consiliarij fideles dilectissimi. Hauemo visto vna copia di decreto interposto per questa gran Corte, sotto la data delli 12. di Gennaro passato, per il quale si condanna in essilio vno Gio. Andrea Sbano, per causa de' suoi delitti da questa Città di Napoli, suo territorio, & distretto, & dalli luochi della residenza della nostra persona, & del Collaterale Consiglio, & dalla propria Patria, per dui anni continui con pleggiaria di seruar li fini, ò vero che paghi ducati quaranta in potere del Magnifico Percettore delli prouenti di questa gran Corte, & se ben si è visto, che la gran Corte de la Vicaria molte volte in diuersi delitti ha interposto decreti, condennando in essilio, ò vero à pagare tanti dinari, tutta volta perche questa è vna specie di compositione, & s'è visto, che alcune volte questo si è fatto in delitti, nelli quali non potria questa predetta gran Corte componere senza nostra licenza; Per tanto per obuiar à questo, vi ordinamo, che debbiate reuocare, & annullare, si come noi in virtù della presente reuocamo, & annullamo lo detto decreto, fatto in detta causa del detto Gio. Andrea, & procederete alla determinatione, & espeditione della causa predetta, come detto decreto fatto non fusse, & da quà auante nelli decreti di condennatione di essilio, ò in altra pena non ci si debbia apponere simile causa di pagamenti di denari nel modo, che si è apposto nel detto decreto di detto Gio. Andrea, & nō farete il contrario, per quanto hauete caro la gratia Regia, & seruitio di Sua Maestà.

Datum Neap. die 27. mensis Februarij 85.

Don Pedro Giron.
V. Cadena pro Regente. V. Lanarius pro Regēte.
Bastida de Muñatones.
In bannorum primo Magnæ Curiæ Vic. fol. 182.
Die 2. Aprilis 1585.

Neap. fuit præsentata coram Illustribus Dominis Io. Lopes de Berricano pro Regente, & alijs Dominis Iudicibus, prout in originali, & lecta.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec pragmatica hodie seruatur ex ratione de qua in ea, solet tamen aliquando Illustrissimus Prorex licentiam concedere per sex menses, vt fiant huiusmodi condemnationes, in Sac. tamen Cons. non vidi eam seruari, sed quando casus se offert fit condemnatio, quod exulet, vel soluat ducatos tot, Id tamen perrarò accidit.

DE APPELLATIONIBVS. Rubr. XXXVIII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc titulo concordant similes tituli in lib. ff. & C. concordant pariter ex iure canon. tit. de appellat. in 2. lib. Decretal. & alius cōsimilis in lib. 6. De hac ēt re habetur in Decret. 2. q. 6. & in lib. Clem. ēt. habemus ēt tit. de appellat. Idē tit. apud Hispanos reperitur latè positus in lib. part. tit. 23. part. 3. & in lib. legum fori lib. 2. tit. 15. & in lib. 3. ordinat. tit. 16. nec non in lib. nouæ recollēt. lib. 4. tit. 18. Habemus etiā apud Gallos plures constitutiones illius Regni Regum, quas sub tit. de appellationibus collegit Petrus Rebuff. qui illas accuratissimè commentatus est. Apud Mediol. eandem habemus Rubricam ad cap. 131. de appellation. Apud Ferrariens. idem tit. lib. 2. cap. 65. & apud Ianuenses etiam in lib. statut. cap. 3. lib. 3. Hanc materiam latissimè prosequuti sunt plures nostri iuris interpretes, inter quos magnus ille Iureconsultus Speculat. nuncupatus in tit. de appellation. lib. 2. par. 3. Bonincont. Bononiens. Federic. Scheoc Germanus Ioannes Ferrariens. Montanus, Guido Papa tract. de appellat. in 5. tom. tract. Petr. Gregor. Tholos. in sintagm. iur. vniuer. lib. 50. cap. 2. Marant. in suo Specul. in vltima parte actu 2. tit. de appellat. Iodoc. in praxi cap. 219. & nonnullis cap. sequent. Apud hos igitur scribentes, nec non apud Glossatores supradictorum iurium, ac titulorum, legi poterunt, quæ ad hanc materiam pertinent, quæ cum latissima sit & ab omnibus cognita in ius generali declaratione non insisto.

Quinquaginta dies per Imperatorem statuuntur ad prosequendam appellationem, numerandi à die appellationis, facultate concessa Iudici ad quem tempus ad præsentandum processum statuendi, dummodo 50. dies non excedat appellans, & si non fuerit appellationem prosequutus sententia lata firma permaneat, nisi nulla fuerit postmodum declarata. h. d. Tapia.

IMPERATOR FEDER.

a APpellationum. Si quis appellat ad Principem, habet spatium quinquaginta dierum ad apostolos præsentandos, quot sufficit magistro Iustit. vel iudicibus magnæ Curiæ præsentare. Si autem appellet ad alios iudices, tunc prædictum tempus est in arbitrio eius iudicis, à quo appellatur: dummodo non excedat dictum tempus quinquaginta dierum. de iure vero communi non erat in hoc tempus taxatum, sed semper erat in arbitrio iudicis à quo appellatum est, vt C. de appellatio. l. si præses. & ibi nota. ¶Item si appellat, & non prosequitur appellationem, perinde habetur ac si non appellasset, con cor. C. de temp. appella. l. illud.

T APpellationū a * Tempora, per quas diffinitiuæ

* ADDITIONES. *Vide Alex. in l. fin. C. qui admit. Ant. de Bu.*

Bot. & alios in cap. dilecto. de appell. Bart. in l. cum procuratori. § si anim. u. ff. de no. oper nunc & addit. ea cum, vbi tangunt si appellauit viua voce prima die, & deinde infra decem dies appellauit in scriptis, quo tempore currit dilatio quinquaginta dierum, M. Ant. Fuluerinus.

¶ *Adde quod si non observatur modus inductus per hanc constitutionem, quòd appellatio deseritur, vt per Lud. Rom. in consil. 2. visis mihi. Limita non habere locum in interlocutoria, Maran. fol. 92. & 193.* Iacobus Anellus de Bottis.

tiuæ ſententiæ † ſuſpenduntur certo dierũ à ſpatio iuſſimus limitari, ſtatuentes, in quacunque parte Regni ſententia extiterit per quoſcunq; officiales ſeu iudices quoſcunq; prolata,

a *Spatio.* Quinquaginta dierum. Sed an dies interpoſitæ appellationis computetur inter hos quinquaginta dies. & lex videtur dicere, quòd nec dies interpoſitæ appellationis; nec etiam quinquageſimus dies, id eſt, vltimus computetur, ſecundum vnam expoſitionem illius, vt ff. ſi quis cau. l. 1. vt ſic proceſſus iudicij appellationis repræſentari poſſit infra quinquaginta dies alia vltima die, & facit pro hoc. ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. ¶Sed contra puto, & dico diem appellationis interpoſitæ computãdum inter hos quinquaginta dies: ſic enim erat olim iure veteri in biduo & triduo interponendæ appellationis, vt à die latæ ſententiæ computaretur, vt ff. quando appel. ſit. l. 1. §. biduum. ſic & hodie iure nouo Auth. vt decem dierum ſpatium interponendæ appellationis à die recitationis ſentẽtiæ computetur, vt in Auth. colla. 3. de appel. circa principiũ. ¶Immo plus dico, ſcilicet, quòd computatio fiat de momento ad momentum, vt ſi appellatio fuit interpoſita hora tertia: poſſit poſtea in hac die vſque ad horam tertiam iudici appellationis repræſentari proceſſus, & ſic ſuppleatur ſibi in quinquaginta primus dies, quòd defuit in primo, videlicet, in die interpoſitæ appellationis, argum. ad hoc ff. quando appell. ſit. l. 1. §. quod in ſententijs. & argum. ff. de mino. l. 3. §. minorem, & in præalleg. auth. vbi dicit, à die recitandæ ſententiæ, &c. & ſic videtur innuere tempus ab hora ſententiæ numerari. Quod puto verùm, & quòd dies

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Appellationum tempora. Hæc benè gloſſatur & de communi materia. Dicit tamen glo. quòd tempus aliàs terminus datus de iure communi, ſcilicet 30. dierum ad petendum apoſtolos, & proceſſum non mutatur, pro quo eſt, quia hæc conſt. restringit tempora appell. ¶Sed ſi poſſet petere apoſtolos poſt 30. dies qui dantur à iure communi, eſſet prorogare, non conſtringere. Item ſtatuitur tempus ad præſentandum proceſſum iudici appellationis, non ad petendum apoſtolos, & ſic cum de tempore petendi non mutetur, ſtabitur iuri communi quia quod non mutatur, &c. C. de appel. ar. l. præcipimus. in fi. non enim præſumendum voluiſſe tollere tot iura, quæ loquuntur de petendis apoſtolis infra 30. dies, argumen. C. de inoff. teſtam. ſi quando l., Legis correctio euitanda eſt, de inoff. do. l. 1. & d. l. præcipimus. in fi. nec præſumuntur tunc correctæ etiam ex identitate rationis legis correctæ: vnde oportet, quod expreſſe corrigatur. Et dicitur expreſsè lex per aliam corrigi, quando eſt ſibi directo contraria, vt not. in conſtit. ea quæ, in primo lib. conſtit. Regni. et tunc exponetur proceſſum iudicum ſcilicet petitum infra 30. dies, & cum inſtantia, ſcilicet ſæpius, ff. de ho. di. l. vt ſæpius dicat actum binum, argum. ſupra. C. de episc. aud. l. 3. ſed ſi lex non diceret ſæpius, de primo actu tantum intelligeretur, ff. de verb. ſignif. l. bou s. §. 1. Verba debent determinate ta de qua quis loquitur. ff. de leg. 3. l. fideicõmiſ. § ſi quis. ff. de eden. l. veluti. ſufficeret ergo tunc bis peti. ¶Quid ſi eodem actu dicat, peto & iterum peto? non videtur ſufficere, quia plura eodem impetu facta pro vno reputantur. ff. ad l. Aquil. l. illud §. fin. Deinde ponit glo. alium intellectũ, quod ille ſcilicet 30. dierum includatur in ipſo termino à lege ſtatuto ad præſentandum, & ſic infra 50. dies quandocunque poſſit petere, & præſentare, pro quo eſt, quia proceſſum iudicij non petitum infra 30. dies quomodo præſentabit infra 50. dies, ſi poſt triginta non poſſit petere? Simpliciter dixit hæc conſtitutio noua, & poſterior, quod præſentaret proceſſum infra quadraginta dies, non dixit, ſi fuit petitum infra 30. arg. C. de ead. tol. l. 1. §. pen. ff. de publi. l. de precio. expreſſiſſet ſi voluiſſet tempora appellationum, ſicut illa de petendo. ¶Et hæc de præſentando grauant appellationem in vno, quod præſentat infra 50. dies, cum haberet ſex menſes, vel ad arbitrium iudicis, quo longius poterat eſſe. C. eo. præſes in glo. & l. ſi quis appellatio. Item hic iudex præfigit non ſimpliciter arbitrio ſuo, ſed pro locorum diſtantia, & congruè dicitur, quòd releuatur in alio, ſcilicet, vt poſſit quandocunque præſentare. ff. de iuretur. an. cum qui. ſed hic ſufficeret appellare, & præſentare proceſſum infra terminum, nec eſt curandum de petitione apoſtolorum; quia breue tempus datur ad præſentandum, quod non erat de iure Romano: & ſic antiquitus ſeruabatur, & videtur verius. At vbi deberet petere apoſtolos, ſi iudex non det, proteſtetur: aliàs videtur deſerere appellationem. C. eod. iudicibus. & l. quoniam nonnulli. ff. de lib. dimiſ. l. 1. Licet ipſe iudex dare debeat non petenti C. eo. l. eos. in fi. ſed ſi non dat, punitur, in authen. vt nul. iu. §. illas. quæ pœna iudicis non dantis non excuſabit non petentem, quin cauſam videatur deſerere, argumen. ff. de adulter. l. 1. §. ſi publico. ibi, ipſum onerat, non mulierem excuſat. ¶Sed quid ſi præſentauit poſt

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Concordat cum hac conſtitut. l. 22. tit. 23. par. 3. & l. 1. tit. 15. lib. 2. legum for., & lege x tit. 16. lib. 3 ordinat. vbi videndus erit Didac. Perez.

Ex iſta conſtitut (vt Marin. Caram. Andr. & cæteri ſcribentes regnicolæ tradunt) ius nouum in regno habemus per quod
1 † breue tempus quinquaginta dierum ſtatuitur ad proceſſum præſentandum, Apoſtolos petendum, & appellationem proſequendum, & in aliquo ius commune corrigit circa proſequutionem, releuat tamen in alio, quia poteſt petere Apoſtolos etiam poſt triginta dies, quod iur. com. erat ſtatutum tempus ad illos petendum alias non poterat appellationem proſequi.

2 Habemus igitur ex iſta conſtitutione, quod lata † ſententia ſtatim, ac pars condemnata eius habuit notitiam debet appellare, vel ſaltim infra decem dies iuxta ius commune in authẽ. Hodie C. de appellation. & tunc à die appellationis interpoſitæ habet quinquaginta dies infra quos tenetur præſentare proceſſum, & appellationem proſequi, hoc eſt, & partem citare ad videndum aperturam ipſius, & ad alios actus, & ſic ad tria tenetur appellans infra tempus appellare, proceſſum præſentare & appellationem proſequi, aliter vno ex his deficiente appellatio declarabitur deſerta, niſi eſſet ſententia nulla, quo caſu poſſet reſcindi iuxta hic tradita.

T *Appellationum.* Dic † plura introducta eſſe à iure remedia per quæ grauatus poſſet de grauamine ſibi illato releuari, nempè appellationem, ſupplicationem, prouocationem, relationem, reclamationem, reſtitutionem, quærelam, reductionem, de quibus omnibus agit Marant. in 6. par. princ. in vltimo act. tract. de appellatio. aliqua per Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 116. nu. 46. 48. & 54. & cæteris ſequent. 3

T *Appellationum tempora.* Benè dicit in numero plurali, 4
quoniam hæc conſtitutio tria compræhendit † tempora, quæ conſiderantur circa appellationem primum infra quod tempus debeat pars, quæ ſentit ſe grauatam appellare, ſecundo infra

dics interpositæ appellationis, & etiam vltimus quinquagesimus fint inter hos dies numerandi: facit peroptimè supra de appa.l.prima, vbi dicit triduum dari in qualibet citatione infra ciuitatem facienda computato in dicto triduo die citationis, & die quo citatus debet se in iudicio præsentare. ¶Hæc omnia, quæ dicta sunt de temporibus præsentandi iudicij, & appellationis interpositæ dicantur de temporibus appell. interponendæ, vt tẽpus 10.dierũ, infra quod hodie iure nouissimo potest appellari, a die recitationis sententiæ numeretur, vt in præalle.l.& Auth.de app. in princ. colla.4.& fiat computatio de momento ad momentum, vt superius est relatum. And.

lata.delegationis iure, vel ex officio ordinario cognoscentes, à qua fuerit audientiam no-

nostri culminis appellatum a quinquaginta dierũ * spatium à die appellationis interposi tæ

11 *Quinquaginta dierum*. Simile spatium 50. dierum datur ad proponendas excusationes à tutela vel cura, vt ff.de excus.tut. scire oportet.§. 1. & Instit.de excus.tut.§.qui autem se excusare volunt.cum sim.

Quinquaginta dierum. Instit.de excu.tu §.qui autem. ff. de excusat. tut.l quinquaginta. cum concord.ibi positis

* ADDITIO. *Etiam si appellauerit prima die post sententiam, vt per Alex.in l.si. nu 7. C.qui admitti. Etiam vt de quod seruatur de stylo sacri Palatij, decis. Afflic.50.& 79.scilicet quãdo fuit impedimentum, non potuit haberi copia, dicerem non currere tempus, sicut dicimus in cap.ex ratione, de appell.& c.fina.eo.tit per Imol.quia etiam si hæc constitut. hoc non dicat, sunt seruandæ leges antiquæ, vt dicit glo. supra in constitutione, exceptione, in ver.fuisationis.facit l.1. in fi.C.de anna.except. & quòd tempus non currat impedito, vide tex.in c.quia diuersitatem. vbi Abb.in 3.not.de conces.præb.* De Bottis.

a *Infra*

ANDRAEAS DE ISERNIA.

post terminum, † & pars consentiat, vt babeatur pro præsentato infra terminum? Respondeo, non valer: quia causa finita erat per desertionem, & extincta appellatio: & sic sententia erat rata, vt d.l. quoniam. Habetur appellans ac si renuntiasset, etiam in termino dato à iudice, qui accus non poss.l. sed & si post renuntiationem, causa restaurari non potest.C. de pact. l.postquam.

† ADDITIO. *Vide Luc.de Penna, in l.3. col.1. C. de primipi. lib.12.* Iacob. Anellus de Bottis.

¶Ex sententia & appellatione interposita & prosecutione appellationis debito tempore sortitur iurisdictionem appellationis Iudex, non ex conuentione litigantium sola: & ideò pactum tale non suscitabit quod extinctum erat. ff de pact. l. si vnus.§ sed si pactum conuentum. Proficiet tamen pactum ad nouum contractum, quod hic non est, quia sola conuentio priuatorum non dat iurisdictionem.C.de iurisd. omn iudic. priuatorum. nec nuda voluntate nascetur iurisdictio, & actio, arg. ff.de negot. gest. Pomponius. Nam actio extincta non resuscitatur.ff.de solut.l.qui res.§. aream. maximè odio litium. d.l. postquam. argum. contra, quia actionem ineptam non potest quis facere aptam, ff.ad exhib.l. Iulianus.§.Celsus. Et hoc prodest ad multa, vt si post terminum ad probandum datum partes consentiant, vt testes habeantur pro productis infra terminum: quia non possunt partes mutare iuris formam, ff.de oper. libe.cerdonem, de admini.tut.l.quidam decedens.ad leg.Falc. quod de bonis,§.1.de pac.ius publicum. Sed infra terminum partes possunt terminum prorogare cum consensu iudicis, & diceretur vnus terminus.ff.de procur. l. sed si maneat, de arb. si cum dies, §.1. Constitutio supra lite legitimè contesta. dari dicit vnum terminum. Et sic non obstat, quod dictum est supra l.in pecuniarijs, quod partes possunt consentire, vt stetur dicto vnius: quia ibi erat validum dictum eius, hic omnino inualidum, ex quo appellatio erat deserta, quia non præsentauit processum infra terminum, multò magis si post desertam appellationem, vt si post lapsum termini pars litiget: & non opponat id, quia non propterea præiudicabit sibi: quia vbi expressum non nocet, nec tacitum, arg. ff.ad munic. l. Lucius. §.pen. C.sol.mat l.1.extra de arb.cum tempora. ¶Item si non præsentauit infra terminum, vel est lapsum tempus ad prosequendum appellationem, an pronunciabitur de hoc? Respondeo non, imò iudex appellationis significabit hoc iudici principalis causæ vt ipse hoc sibi cognito mandet executioni, d.l.quoniam nonnulli. Et no.in l.eos, in princ.in glo.ne forte &c.

Non instanter instet. ¶Debet ergo appellator prosequi causam appellationis statim, cum præsentauit appellationem, hoc est, quod dicit vt responsum debitum consequatur, scilicet, de appellatione, quam fecit, sit iusta vel non, quod ex prosecutione apparebit, hoc est officium iudicis appellationis pronuntiare sententiam iustam vel iniustam, in d l.eos, in princ. non potest intelligi responsum debitum, scilicet, vt iudex dicat, bene vene-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

infra quod tempus debeat Apostolos petere, ac præsentare simul & processum, tertio infra quod etiam debeat appellationem prosequi. Circa primum tempus de iure ff. infra biduum,
5 † vel triduum debebat appellare grauatus, vt habetur in l.1.§. biduum, ff. quando appellandum sit, de iure verò C. decem dies statuuntur ad appellandum ex tex.in Authen hodiè C.de appellation. & circa hoc nihil est immutatum, nam si infra decem dies appellatio non fuerit interposita sententia in rem iudicatam transitum faciet c. ad præsentationem de re iudic.
6 Computantur tamen † decem isti dies à die notificationis sententiæ, vt in c.concertationis de appellat.in 6 tradit post alios Maran.in praxi 6.par.princ.in cap.de appellation. num. 165.& Didac. Perez ad d l. 1.tit.16.lib.3. ver. *cinco dias* quidquid iure ciuili à die sententiæ tẽpus currere dixerint in l.1.§.biduum,& §.dies autem ff.quando appel.sit. De iure vero Hispanor. diuersa tempora sunt statuta, nam l.part.statuit decem dies, vt in l. 22.tit 23.par.3. Lex fori tres.vt in l.1.tit. 15 lib.2 legum fori quæ corrigitur per l.1.tit.16.lib.3 ordinat. Quo vero ad secundum † tempus petendi Apostolos dic olim triginta dierum spatium fuisse statutum ad petendum, & recipiendum Apostolos iuxta tex.in l.iudicibus C.de appellation. & c. ab eo de appellation. lib. 6. quod si infra dictum tempus non petebantur cẽsebatur appellationi renũciasse, & declarabatur deserta d.c. ab eo, & Clement. quamuis de appellation. & circa hoc, vt tradit And.hic est immutatum, quia etiam si petantur infra 30. dies non declarabitur deserta appellatio, & sic infra 50 dies possit præsentare, & litteras dimissoriales impetrare.

Quò vero ad tertium tempus attinet prosequendi appellationem dic iure com.inspecto † post appellationem interpositam annum fuisse concessum ad prosequendam appellationẽ, quo elapso ex causa alius dabatur annus auth.ei qui C. de tempor.appell. quod hodie est immutatum, nam dantur 50. dies per hanc constitutionem infra quos debet etiam appellationem interpositam prosequi, alias appellatio declarabitur deserta, si autem appellationem prosequantur infra dictos quinquaginta dies non tamen poterit causam terminare, aut processum in totum compilare, tunc habet etiam primum, & secundum fatale, quod iure communi erat indultum, vt tradit Maran.loco citato num. 188. ex quo habemus omnium supradictorum declarationem à num. 164. vsque ad nu. 195. Sed hæc quæ diximus quo ad desertionem circa præsentationem processus hodie ex equitate Sac.Cons. aliter procedunt, nam quotiescunque ab aliqua ex curijs Regni ad Sac.Cons.appellatur etiam si post 50 dies præsentetur processus antequam sit interpositum decretum declaratorium appellationem esse desertam reuidetur causa ex eisdem actis prout de stylo Sac.Cõs. testatur

tæ habeat appellator: a infra quod processum iudicij, & appellationis nostræ curiæ p̄sentet. Et vt oīs omnino allegādæ difficultatis occasio in posterū conquiescat, appellationes ipsas magistro Iustitiario, b seu iudicibus magnæ curiæ nostræ sufficiat præsentari. Cæterum si ad alios maiores iudices à minorum sententia fuerit appellatio interiecta, qui nobiscum in Curia commorantur, tunc pro locorum distantijs, & causarum qualitatibus necnō & personarum pronunciationibus iudicibus præsentādum c appellationum tempora præstitui volumus appellanti, d dummodo prædictorum quinquaginta dierum spatium non excedat indulta dilatio. Quæ omnia

a *Infra quod.* Terminus datus à iure communi ad petendum apostolos, & processum, videlicet triginta dierum, vt C. de appellat. l. iudicibus. non mutatur hic: quod dic. secundum Azo. in sum. de appell. §. libello autem. & C. de appell. l. eos qui. §. pen & l. quoniam nonnulla, in præalleg. l. iudicibus. & ff. de li. di. l. vna. Nisi diceres quòd ille terminus triginta dierum includatur in isto termino à lege statuto ad præsentandum, vt sic infra quinquaginta dies quandocūque possit petere præsentare. G.

b *Seu iudicibus.* Quinimo executoribus litium, vt in Authent. vt spon. lar. §. hoc quoque sancimus.

c *Seu appellationum tempora.* Et ita committitur arbitrio iudicantis quantum tempus statuat appellanti ad præsentandum processum iudici appellationis, vt C. de appel. l. præses. & ibi de hoc extra de appellatio. cum Romana. & cap. oblatæ. Tamen hic additur, quia terminus iste non debeat excedere spatium quinquaginta dierum, vt hic. & si non statueretur à iudice aliquis terminus, haberet appellator spatium quinquaginta dierum inductum per hanc l. sicut hic inuenitur.

d *Dummodo.* Et ita spatium huiusmodi quinquaginta dierum est meta, vltra quam non licet progredi, sed infra benè potest subsisti, sicut in meta triennij, infra quam potest durare instantia ciuilis iudicij, & meta biennij infra quā durat instantia iudicij criminalis, vt patet C. de iudic. properādum, in princ. & vt infra certum tempus cri. quæstio ter. l. vlt. Et sicut in præscription. 30. & 40. annor. dicitur, vt C. de præscription. 30. vel 40. annorum sicut in rem & l. omnes. sed è conuerso in spatio quinquaginta dierum, quòd datur ad proponendas excusationes à tutore vel curatore, vt in præalleg. l. scire oportet, §. aliud. vbi dicitur, quòd nunquam datur minus spatium quinquaginta dierum, sed excedere benè potest, vt ibi patet.

*ADDI-

ANDRAEAS DE ISERNIA,

veneritis, sed responsum super eo, de quo adijt iudicem. Et sic tenetur non tantum ad processum, sed prosequi quod iure Romano vocatur, introducere causam appellationis, & tunc prosequitur quando citari fecit appellantem ad prosequendum iure Romano, non cogitur appellator nisi quando est in confinio temporis anni, vel biennij C. de temp. appel auth ei qui. vers. appellatore, & in Auth. de his qui ingredi. ad appell. vnde illa sumitur. ¶Iure canonico diffinitur, vt illud tempus possit præueniri, non quod debeat prorogari. extra eo. tit. c. oblatæ. ¶Quid ergo si præsentato processu iudici appellationis recessit appellator de licentia iudicis appellationis, non tamen instetit; an habeatur ac si non prouocasset? Respondeo, iudex male fecit, quia debuit dicere iusta potius, quam licentiare, & sic facit litem suam, per quod tenetur parti læsæ ad interesse. ff. de iudi. l. si filius. Instit. de obli. quæ ex quasi male. in princ. etiam si per ignorantiam, quæ culpæ debet annumerari. ff loc. l. si quis fundum. §. si quis vitulos. Non tamen habetur ac si non appellasset is, qui licentiatus per iudicem recessit, quia hæc litera exigit duo, scilicet, vt recedat sine licētia, & vt non instet, ergo alterum non sufficit. ff. de itin. act. priu. l. 3. §. hoc interdictum, vt non decipiatur per iudicem, argum. C. de his qui ve. ni. ætat impe. l. 1. Authoritas iudicis facit licitum, quod alias erat illicitum, arg. ff. quod fal. tu. auth. l. 1. in fi. potest parcere contumaci. C. quomodo & quando iud. l. s. ff de iud. non quicquid. ¶Quid si non recedat de Curia iudicis appellator, non tamen instet prosequendo causam appellationis; Idem videtur eadem ratione, quia duo ponit iudex; tamen arctat eum præfigendo diem, quo incipiat prosequi in vtroque casu. Item & si iudex hoc non faciat, appellans tamen potest petere vt procedatur non per hanc constitut. quia hoc non dicit, nec iure Romano, quia propè finem temporis, vt est dictum, licet mos gerendus sit reo. ff de probat. l. circa. in fina tamen biennij hoc fit in principali. C. quomodo & quando iu. in authē. qui semel. Innocen. dicit quod iudex abbreuiat hoc tempus. extra de appellat. cap. cum appellationibus. dummodo nimium non præcurrat, vt in cap. oblatæ. Iuristæ habent hoc pro opinione, sed non approbatur in d §. appellatore. d. authen. ei qui. in glo. quæ incipit, ei qui appellat. in versic. & etiam ante ratio magna est. ¶Et quotias Iuristæ sunt in diuersis opin. & vna canonizatur, prosequuntur opin. canonizatam, vt est videre. ff. de iudi. l. si de vi,

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

testatur Afflict. decis. 79. & decis. 243. in fine, & Rouit. ad Pragmaticam primam de appellation. Idque in dies seruamus,
9 immò † hodiernus stylus introduxit, vt si post paucos dies præsentatur processus elapsis 50. diebus datur terminus ad non posita ponendum, illa enim modica mora non habetur in consideratione firmo remanente antiquo stylo, quando plures sunt elapsi dies, sed dominus Præsid. de Franch. non benè sentiebat de prædicto stylo Sac. Cons. dicebat enim isto casu inuestigandam esse à Iudice iustitiam causæ, quod si de ea liqueret etiam post lapsos plurimos dies dandum esse terminum ad non posita ponendum, sin autem de iniustitia appellantis appareret causam declarandam esse desertam, fuit tamen ferè semper seruatum quod diximus de Affli. decis. & quamuis stylus prædictus videatur aliquantulum aduersari dispositioni huius constitutionis, illa tamen reuisio causæ videtur fieri ex quadam Regia æquitate, & authoritate quia vitur Sac. Cons. quod est supremum Tribunal Regio nomine senetētias proferens, propter quod non videtur recessum ab hac constitutione, & hoc casu etiam quando appellatio ast declaranda deserta seruamus præsentato processu cognoscere de iustitia causæ, de qua si euidenter liqueat non declaramus appellationem desertam. Idq; seruatum vidi in aula in qua resideo, & præsertim in quadam causa referente peritissimo, ac maximæ probitatis viro Alphōso Areualo Sedegno Hæc autem reuisio † soli Sac. Cons. competit. 10
Ideòque cum per Mag. Cur. Vic. fuissent prolata decreta, quod causa reuideatur ex eisdem actia fuerunt reuocata per Sac. Cons. quia quod Sac. Cons. permittitur propter Regis assistentiam non potest cæteris Tribunalibus esse permissum, eo magis, quod Sac. Cons. † gerit vicea præfecti prætorio. Ideòq; 11
potest appellationem desertam reparare, vt tradit post Innoc. in c. ex literis de in integr. restitut. & Guido Pap. decis. 156. Marc. Anton. Surgen. de Neap Illustr. c. 19. num. 9. & cap. 18. num. 12.

Quod verò ad tempus prosequendi appellationem attinet animaduertendum duxi † respectu reclamationis interpositæ 12
à sententia Sac. Cons. aduersus non persequentem reclamationem

omnia in ipso Apostolorum * tenore volumus contineri. Illud etiam præsenti cōiungimus sanctioni, quòd si post appellationem præsentatam appellator sine licentia iudicis, ad quem appellauit, discesserit, nec † instanter instet, vt responsum debitum consequatur, quasi nunquam a appellauerit, rata sententia permanebit. † Nisi b ipso iure nulla à iudice superiore dicatur.

* ADDITIO. *Sed apostoli, cuius expensis sint dandi, vide Luc. in l. in sacris colum. 3. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* De Bottis.

a *Appellauerit.* Nec videtur enim venisse, qui discedit, vt ff. de rei ven. is qui se obtulit. in fi. ¶ Nec sufficit accedere ad iudicem, sed oportet venientem instanter de suo facto testificari: alter similis est ei, qui nunquam accessit, vt ff. de excu. tut. scire oportet. §. sufficit. in ver. scire autem, &c. nec etiam ante debet discedere, quam à iudice ante desideriū proficiscendi licentiam consequatur, vt C. de Dec. lib. 10. si quis Decurio, vel propriæ rei causa. Nec videtur quid facere, qui partem induitdui facit. C. qui testamen. fac. poss. l. furiosum.

b *Ipso iure.* Vt ff. de appell. si expressim, & famil. erciscun. quædam. in fi.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

vi. extra de causa posseff. & propriet. in cap. pastoralis, quia non dedignantur leges sacros canones imitari, vt in Authen. vt cler. apud propri. episc. §. penult. ¶ Quid si præsentauit processum, & impetrauit citationem instanter instando, si non procedat vltra, ita quòd aduersarius non sit citatus: habebitur ne ac si appellatum non fuisset? videtur quòd sic. si accipimus instare esse prosequi causam appellationis, pro quo ff. de in ius voc. l. libertus. Imò si fecit citari, & citatio non tenuit, quia facta die feriato, vel alias circunducto edicto, ff. de iudi. & l. post. nō videtur per istos actus instare, quia ante litem contestā vel ante illos actus, qui pro lite contesta. habentur, non dicimur instare, sed instare velle. ff. rem rat. hab. l. amplius. & verba cum effectu accipienda sunt. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi exi. l. fin. de verbor. significat. nomen. in fi. & hoc cum actus huiusmodi nulli sunt. ff. de conditio. & demonstr. l. hæc conditio. Secus si esset validum id, quod incœpisset, puta, citatus est appellatus, & comparuit appellatore non comparente, tunc agetur causa ex vna parte d. l. fi. § illud. ¶ Et quantum ad pœnam huius constitut. vitandam instare dicitur primo actu valido. ff. de verb. signif. boues. §. hoc sermone. principium enim est potissima pars eius quod agitur. ff. de orig. iur. l. 1.

Rata sententia. Et nihilominus damnabitur, quando fecit citari appellatum, aut appellans citatus est ad prosequendum & non comparuit appellat, aut comparuit, sed sine licentia recessit, tanquam contumax in principali causa ad tertiam mobilium condemnatur supra de pœn. contu. in ci. ca. l. pœnam. & si ambo recesserunt condemnandi sunt in decima parte litis eo. titu. sæpè contingit. nam Indistinctè loquuntur, non distinguendo in causa principali & appellationis, & sic indistinctè intelliguntur, quia eadem ratio est in causa appellationis scilicet, quia iudicem eludunt, & causam prorogant, ergo idem ius. ff. ad leg. Aquil. illud. de verbor. oblig. l. à Titio. In casu istius literæ non condemnaretur, quando præsentauit processum, si non instet & recedit. non enim spreuit iudicem, quia non fuit vocatus, sed ob negligentiam, quare non institit puniri debet, quia sententia rata manet, tunc iudex appellationis nō habet, quid facere vltra. ¶ Nunquid coniuncta persona pro appellatore sine mandato instabit satisdando de rato, vt sententia non maneat rata, sicut si non appellasset argumen. ff. de procurat. l. sed & hæ. & l. Pomponius. non distinguunt in causa principali, vel appellationis? Dicunt quidam, cauebitur de rato inquantum est actor, quia appellat. C. de appell. si qui. sicut reus in exceptione. ff. de probatio. in exceptio. nec non de iud. soluendo iudicati, quia fuit condemnatus & conuictus reus à principio. vnde sicut fuit reus in principali ita in appellatione, quia eadem est ratio. C. de procurat. ita demum. nec mirum, quia & alibi vtraque præstatur cautio. ff. de procurat. non solum. §. est & alius, & l. si defunctus §. fin. vt quia est actor & reus vtrunque præstat. Verius est vt tantum præstet de iudicato soluendo. ff. de appell. reci. l. 2. in fi. glo. nam cum in causa principali defenditur per alium, defendetur & in causa appellationis. ff. ne per alium causa appellationis. l. 2. in fi. & facit ff. de appell. l. ex consensu. §. filium, & appellare potest coniuncta persona, vt d. l. 1.

Appellatio-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

nem currere fatalia de quibus in tex. in Authen. ei qui C. de tempor. appellat. vt dicit Pragmatica 54. de offic. Sac. Consil. infra hoc tit. posita.

Et inquantum hic Andr. tradit appellationem esse desertam secundum huius constitutionis dispositionem etiam præsentato processu post lapsum 30 dierum, etiam partibus, vel expressè, vel tacite consentientibus, cuius dicta declarauit Afflict. hic à num. 9. vsque ad num. 14. dic Afflicti † traditionem de non
13 seruata huiusmodi sententia esse verissimam, quia parte cōsentiente, nunquam vidi ex officio declaratam appellationem desertam. Hanc Afflict. traditionem videtur confirmare Azeued. ad l. 2. tit. 18. lib. 4. nouæ recollect. nume. 30. post Viuium. com. opinion. ver. appellationis persequendæ dicens † partes
14 tes hunc terminum prorogare non posse, sed suspendere ne causa declaretur deserta.

Intellige tamen quod circa † desertionem appellationis di-
15 ximus procedere nedum in causa ciuili, sed etiam in criminali, quod tradidit Montal. ad l. 23. tit. 23. par. 3. & Aueudan. respon so 2. num. 5. quos refert, & sequitur Didac. Perez ad l. 2. tit. 14. lib. 4. nouæ recollect. num. 19. quod hodie practicamus in Sac. Cons. nam quotiescunque pars appellans, vel non appellat infra decem dies, vel non prosequitur appellationem præsentando processum, & alia (vt diximus) vel si fuerit præsentatum, & non est prosequutus infra biennium currunt tempora statuta in l. properandum C. de iudit. & in Authent. ei qui appellat. C. de tempor. appellat. dicit tamen Azeued. loco citato nu. 3. & 10. supremos Iudices de iustitia causæ cognoscere lapsu termini à iuribus illis constituti non obstante. Hodie tamen regia emanauit ordinatio per quam statutum fuit quod tempus aduersus fiscum non currat propter multitudinem causarum criminalium & impedimenta, quæ ab inquisitis dabantur.

Tandem animaduertendum † est, quod ad pronunciandum appellationem desertam ex lapsu termini à nostra constitutio- 15
ne statuti requiritur, quòd integer labatur terminus. etiā quod sit certum, quod in tempore remanente nihil possit agi ita in specie Rebuff. lib. 3. ad constit. Galliæ tract. de appellation. art. 4. glo. 1. num. 14. & 15. Azeued. ad d. l. 2. tit. 18. lib. 4. nouæ recollect. nu. 35.

Et vltimo ex eodem Azeuedo post Rebuffum dicto lib. 3. tit. de Dilation. art. 1. per totum, & tit. de appellatio. art. 6. nu. 3. † habemus impedito appellare non currere tempus, vbi nu. 5.
declarat, quæ sint impedimenta, ex quibus ne tempus currat 16
excusatur, vtpote quando appellans fuit in vinculis detentus à Iudice à quo, vel ab alio captus l. succurritur cum l. sequent. & l. ab hostibus ff. ex quib. cau. maior. vel si eius nuncius fuerit in via impeditus cap. significante de pignoribus, vel si fuerit occisus l. cum à matribus C. qui petant tutor. vel si iusto nimium, vel aquarum impedimento detentus l. 2. ff. si quis caution. ex quo fortasse

ANDRAEAS DE ISERNIA.

A*ppellationum*. No. tex. ibi, ſuſpenduntur. Alibi dicitur, quod appellatio ſuſpendit, alias extinguit pronuntiatum. l. 1. §. diuus ad Turpill. & de appell. l. expreſſis. & vide Goffr. in ſumma de offic. deleg. §. finitur per appellationem. Et hoc verum, niſi appellatio fuerit fruſtratoria, vt no. glo. in c. cupientes. de elect. lib. 6. ver appell.

In tex. ibi, ſpatium quinquaginta dierum. Quærit glo. an dies interpoſitæ appellationis coputetur inter hos 50 dies; argum. pro, & contra: & finaliter dicit, quòd talis dies computatur, ſicut computatur dies citationis ſententiæ in 10. ad appellandum. Ideò dicit glo. quòd tempus appellationis ſententiæ currit de momento ad momentum, vt ſi appellatio fuerit interpoſita hora tertia, debeat repræſentari iudici ad quem, hora tertia, argum. ff. quan. appell. fit. l 1. §. in ſummis. & §. dies. & ff. de minor l. 3. §. minorem. ¶Sed an poſſit abbreuiari tale tempus? & quid ſi partes conſentiant appellationi? per Cyn. in auth. ei qui. C. de temp. appell in vlt. quæſt. & ſi contra tempus ſtatutum à iure appellans non petat, aut iudici ſe repræſentet, remouetur ab agendo, & pœnam appellationis ſuſtinet. 2. q. 6. cap. ab eo. ¶Quid ſi fuerit impeditus appellans in hos 50. dies, impedimento iuris vel facti, quod auxilium dabitur ei? dic reſtitutionis in integrum, vt in ſimili de tin. actoque pri l. 1. §. ſi quis autem. ¶Sed quantum tempus ſibi reſtituetur? vide glo. in cap. ſi electio quæ. de elect. lib. 6. in glo. fin. in verbo, non ergo.

In tex. ibi, inſtanter inſtet. Sed nunquid appellans poſſit ſe pœnitere? dic quòd ſic, vt de appell. l. ſi quis libellos, parte nõ contradicente. & de temp. appell. l. per hanc. vide in conſtit. officiorum. ¶Et quis exequatur ſententiam, à qua fuit appellatum? vide in l. à diuo Pio. de re iudi. ¶Et no quòd ſuccumbens in cauſa appellationis condemnatur in expenſis, de quo per Cyn. in l. generaliter. C. de iureiuran. & de appell. c. vt debitus. & cap. & c. cordi. in fi. lib. 6. & 2. q. 6. c. forma apoſtolorum dimiſſoriis. vide euſdem quæſt. §. forma. ¶De libello meræ appellationis, vide in c. Raynaldus. extra de teſt. ¶Forma verò conteſtationis ponitur per Egid. in ver. qualiter fit litis conteſta. ¶Forma ſententiæ ponitur in c. Raynutius. & in c. Rayn. extra de teſt. & in l. reos de app. per Cyn 5. q. & vide in c. appellationis. de iur calum. lib. 6. Barthol. de Capua.

¶An in cauſa appellationis poſſint teſtes ſuper nouis articulis principalibus produci? dic quòd non, vt in conſtit. iuriſperitorum. licet de iure communi eſſet altercatio in l. per hanc, de temp. appé. per tex. & ibi Inno Ho? & Bernar. in c. fraternitatis. de teſtib. & in c. cum Ioannes, eremita de fide inſtrum. & in c. 1. de teſtib.

In tex. ibi, quaſi nunquam appellauerit. & remittitur ad iudicem à quo appellauit: & damnatur in expenſis, vt extra eo. c. ſecundò. §. quòd ſi app. Et habebitur pro deſerta, & damnabitur in expenſis, vt in c. reprehenſibilis. eo. tit. in glo. punitur. & c. ſeq. & tunc iudex debet ſeruare ordinem, vt dicitur per Doct. in l. 1. ſi appel. pend. ¶Et ad hanc conſtitut. vide And. in tit. quo tempo. miles c. ſancimus.

In glo. ſecunda, in fi. Et quòd fiat computatio de momento ad momentum in appellatione, not. glo. in l. 1. §. dies. ver. quid ergo. ff. quando appell. fit. Petrus de Monteforte.

Appellationum. In ver. iudicibus. Sed nunquid ſufficit præſentare notario actorum? videtur quòd nõ: vt hic, & C. de aſſeſ. l. 1. vbi dicitur quòd notarius non habet, niſi ſcribere. facit. C. de iure fiſci. l. 2. in fi. lib. 10. In contrarium videtur veritas, quòd ſufficiat: immò non ſolùm notario, ſed & famulo iuſtitiæ, vt in Authen. vt ſpon. larg. § quorum. Et nota quòd hic ſunt ſtatuti quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum in cauſa appellationis coram iudice appellationis: ſed de iure communi dantur duo menſes appellanti ad præſentandum, vt in Authen. de iud. §. appellatione. Barth. de Capua.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

fortaſſe fundari poſſet quod tempore æſtiuo non deberet currere tempus Aprutinis, & alijs qui propter aeris mutationem ex qua mors facillimè ſequitur, Neapolim venire impediũtur, quòd erit ſuo tempore cogitandum, vel etiam ea tinnne paupertatis Doctor. in cap. ex ratione. de appellation. & ſi aliæ adſunt cauſæ iuſtæ iudicis arbitrio relinquitur l. 1. ff. de iure deliberan.

T *Suſpenduntur*. Hoc verbum intelligitur de appellatione,
19 cum per ipſam † executio ſententiæ ſuſpendatur, non autem
per ſupplicationem, iuxta tex Authen. quæ ſupplicatio C. de
20 precib. Imperat. offerend. quia à ſententia † præfecti prætorio
non appellatur, ſed reclamatur, vt habetur in d. Authen. quæ
ſupplicatio, & in tit. de ſent. præfect prætor. ſicuti etiam plu
21 ribus † caſibus non appellatur, quos numerat Speculat. tit. de
appellation. Petr. Rebuff. ad Conſtitut Galliæ 1. par. tract. de
appellat. art. 2. gloſ. 1. & habetur in l. 16 tit. 22. par. 3. & in l. 2.
tit. 18. lib. 2. ll. fori, Carpan. ad ſtatut. Medinl. cap. 149. num. 89.
22 quemadmodum etiam à † ſententia condemnatoria ſuper
mercede, famuli non appellatur ad finem retardandi Anna
ſing. 42.

T *Appellationum tempora præſtitui volumus*. Ex his verbis
23 orta eſt practica, † qua in dies vtimur, quòd etiam ante 50.
dies ſolemus decreta domi interponere mandando partibus,
vt præſentent acta infra tot dies cum comminatione, quòd
cauſa declarabitur deſerta. Cum hac parte concordat tex. l. 2.
tit. 16. lib. 3 ordin. vbi Azeued. in principio quæſtionem tangit
24 quando Iudex † poſſit terminum ad proſequendum appellationem appellanti præfigere, & concludit ſub hac diſtinctione, aut in continenti, & poteſt, aut ex interuallo, & non poteſt, quam diſtinctionem hic dic non admictimus, ſicuti etiam nec practicari vidi, quòd parte non præſentante proceſſum iuxta comminationes prædictas declaretur appellatio deſerta, quod fieri poſſe tradit idem Azeued. poſt Afflict. hic ad d. l. 2. tit. 16. lib. 3. ordinat. in ver. *finque ſir ne et juyzio*, Immo ipſo appellãte, &
† non proſequente poteſt appellatus etiam anno non expe- 25
ctato pro expeditione cauſæ inſtare, vt in Rit. 151. quod idem habemus ex Azeued. poſt Præpoſit. in cap. perſonas nu. 9. de appellation. ad d. l. 2. tit. 18 lib. 4. nonæ recollect. nu 36.

T *Inſtanter inſtet*. Colligimus ex his verbis quòd tertio loco in principio huius conſtitutionis propoſuimus neceſſarium quidem eſſe poſt præſentationem proceſſus appellationẽ proſequi, nam alias cauſa declaratur deſerta.

T *Niſi ipſo iure nulla*. Ex iſto tex. habemus deciſionem quæſtionis de qua Afflict. hic an deſerta cauſa poſſit de nullitate tractari? & per hanc conſtitutionem habemus, quòd poſſit procedi ad deciſionem nullitatis ſententiæ, ſed quo ad ſententias Sac. Conſ Afflict. hic tradit non ſufficere quamlibet nullitatem, vt ſententia Sac. Conſ ſuam non obtineat executionẽ, ſed illam, quæ defectum continet iuris naturalis, quod idem Afflict. deciſum teſtatur per Sac. Conſ. deciſ 283. & de Franch. deciſ. 243 num. 5 vbi hoc declarat. & diximus ſupra in tit. de offic. Sac. Conſ ad Pragm. 5. verſ. tertio intellige, propter quod abſtineant aduocati à proponendis alijs nullitatibus, quia efficient, vt partes ſoluant pœnam à Regia Pragmatica ſtatutam, vt quotidie practicamus, ad quæ euitanda deſideraui Pragm. ſæpè enim & partes, & Aduocati tirones incidunt in laqueum iſtud quæ autem ſint cauſæ propter quas ſententia poteſt declarari nulla Afflict. hic allegat Speculat. in tit. de ſentent. §. iuxta, & ſequent & enumerantur per Præpoſitum, & Philippum Francum in cap. dilectum de appellation. in 6. de quo Vant. in tract. nullitat. latiſſimè, & Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 135. num. 4.

PRAGMATICA I.

De appellationibus.

APpellationum tempora per constitutiones sacras præfixa seruari volumus coram quibuscunque Iudicibus etiam in Sacro nostro Concilio, in quo etiam T circa fatalia dispositionem dictarum Constitutionum, locum habere decernimus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

7 CIrca fatalia. Amplia istam Pragm. procedere etiam in causis reclamationum in Sac. Conf. introductis, prout decreto Sac. Conf. prouisum fuit, et habetur in sequenti Pragm.

Tempora appellationum seruantur etiam in causa reclamationis in Sac. Conf. h. d. Tapia.

PRAGMATICA LIV.

De offic. Sac. Conf.

PHILIPPVS.

DEcreto ipsius Sacri Regij Concilij prouisum est, quod Pragmatica Regis Ferdinandi Primi bonæ memoriæ, quæ mandat appellationum tempora seruari etiam in Sacro Concilio circa fatalia, obseruetur etiam in causis reclamationum, etiam à sententijs eiusdem Sacri Concilij interpositarum, & interponendarum, hoc suum, &c.

Neap. 13. Augusti 1539. Antonellus Secret.

IOANNA II. Rit. 6.

ITem quòd causa appellationis inchoetur per aperturam processus.

VIde ad materiam appellationis, quæ superius diximus ad Constitutionem appellationum tempora. Tapia.

IOANNA II. Rit. 253.

ITem in eisdem curijs, & qualibet ipsarum in omni causa appellationis procedi possit sinè libello, & litis contestatione, & causa appellationis inchoet per aperturam processus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus, & alij duo sequentes sunt duplicati cum Ritu antecedenti circa id, quod causa appellationis incipiat ab apertura processus, quo verò ad libellum, de quo hic fit mentio non esse necessarium in causa appellationis dic alios duos Ritus sequentes esse duplicatos.

Appellante desistente causam prosequi, potest appellatus id facere non expectato tempore à iure concesso. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 251.

ITem si appellans * fuerit negligens facta præsentatione processus copiæ & appellatorum immediatè per mensem non prosequendo causam suæ appellationis, quòd eo casu si appellatus voluerit appellationem ipsam statim prosequi, possit, & prosequente vel non prosequente dicto appellante, non tenetur expectare tempus à quocunque Iure Canonico, ciuili, seu municipali scripto, vel non scripto, speciali, vel communi stabilitum in præmissis.

* ADDITIO. Item si appellans. *Vide Rober. Maran. in pract. in vlt. par. 6. par. secundus actus, nu. 193.* De Bot.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus est in viridi obseruantia, nam quotiescunque appellans † desistit si pars aduersa vult causam prosequi non impeditur id facere, cætera vide per Carau. hic. 1

IOANNA II. Rit. 260.

ITem a seruat ipsa Curia, quòd quando aliquis appellat * ad eam procurator, seu principalis appellans debet in ipsa Curia infra legitimum tempus præsentare in ea Apostolos, & processum, & debet obtinere literas respõsales ab ea Curia illi judici, à quo fuit appellatum, & illas, scilicet responsales sufficit si quicumque alius præsentet iudici à quo fuit appellatum, licet præsentans non sit procurator, vel principalis.

a ITem seruat ipsa curia, quod quãdo aliquis appellat, &c. Hunc ritũ in prima parte refert &, sequitur Matth. in cõst. appellationum tempora. in 10. col. ver. an autem. Matth.

ADDITIO. *Et ita pridie de præsenti anno 12. indict. rit. in ipsa curia seruatum in sententia absolutoria lata pro Bussilo Brancatio, qui impetrabatur per ipsam Curiam facta denuntiatione contra eum per dominum Franciscum Galiotam de Neap.*

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia, quòd quando aliquis appellat. *Decretum super desertione appellationis, non legitur, allegat Maran in suo Specul. in tit. de appel fol. 89 num. 155. vide glo. in l. eos. in princ. in verbo, vel inuista, C. de appell.* De Bottis.

Hic Ritus videtur corrigi per sequent. Pragm. Tapia.

Introducta causa appellationis coram Iudice ad quem, citatur pars ad videndum aperturam processus. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 263.

ITem nota quòd quando appellatur ad ipsam Curiam, tunc citatur pars ad videndum aperturam processus, & datur etiam terminus ad ponendum per totum sequentem, &c. vt supra. Et sic vbi debet poni infra biduum, habes hic omnes casus, &c.

ISte Ritus seruatur vt dicit Carau. hic quò ad citationem, sed non quo ad terminum, quia maior dilatio conceditur. Tap.

Iudices ad quos non possunt inhibere iudicibus à quibus nisi appellantes coram ipsis non comparuerint cum literis dimissorijs appellationis. h. d. Roms.

PRAGMATICA III.

De appellationibus.

FERDINANDVS, &c. RAYMVNDVS DE CARDONA, &c.

ADeo optimo maximo Reges in terris constituti, nihil magis, quam populorum sibi commisso-

missorum vtilitatem, & commodum curare debent: ea enim omnia, & magno cum furore Reges à cælo sperare possunt, quæ ipsi in populos conferre consuescunt. sed cum hi, quibus populorum est cura commissa, quorum corda in manu Dei sunt, virtutibus omnibus ornari debeant, Maiestatum Regum propria est iustitia, quæ quidem clementia homines Deo immortali coniungit, & diuinitatis facit esse participes. Et quoniam multa in iudicijs in ipsius iustitiæ ministerio fieri solēt: quæ tametsi iustitia non abhorrent, tamen etiam propter litiū, ac earum retardationem, dilationemq; multis iniuria inferri consueuit, nobis, qui Regnum hoc Siciliæ citra Farum in præsentia gubernamus Regis Cathol. vicem gerentes omni studio, ac diligentia cauendum est, ne dum causas, ac lites ad longum duci & protrahi patimur, in iniustitiam incidere videamur. Volentes igitur, ac vehementissimè cupientes dilationibus & subterfugijs litigantium obuiam ire, ea industria, vt causæ quam citissimè expediantur, neque (vt aiunt homines) immortales, æternæque fiant: per hanc nouam institutionem, sanctionem, siue Pragmaticam nomine, & authoritate Sacræ Catholicæ Maiestatis statuimus, sancimus, & ordinamus, quòd tribunalia iustitiæ ordinata, seu ordinanda, & Iudices omnes in hoc Regno ordinandi, qui & quæ superiores extiterint, ad quæ, seu quos, appellationes tam à diffinitiuis quam interlocutorijs sententijs, seu ab alijs grauaminibus deferuntur, eas nullo modo admittere nec Iudicibus, à quo inhibere debeant, nisi appellantes coram ipsis superioribus comparuerint cum eorum antenticis appellationibus, & cum literis dimissorijs, aut refutatorijs, vel cùm dictarum literarum, seu epistolarum legitima productione, cum expectatione termini intrascripti iudicis à quo, in quibus causas dilationis apponant, vel refutationis, ea ratione, vt illis visis & intellectis iudicibus, ad quos possint opponere, matureque discernere, an appellationes ipsæ admittendæ fuerint, à Iudicibus à quibus inhibendum, vel aliter fuerit prouidendum: Iudices vero à quibus appellabitur, ipsis appellantibus, & petentibus infra terminum, ac spatium dierum quatuor immediatè sequentium literas ipsas, seu epistolas concedant Iudici ad quem præsentandas, seu si ipse qui appellans fuerit, petierit processus exemplum, seu copiam illam citissimè ipsi sine aliqua mora concedant dicto Iudici, ad quem præstandum iusto, ac consueto prætio mediante constituimus. Insuper sancimus & ordinamus nomine ipsius Catholicæ Maiestatis, quod ipsi superiores in dictis literis inhibitorialibus mentionem faciant, atque expressè declarare debeant, quod constito prius ipsi Iudici à quo partem fuisse citatam, in causis ipsis minimè se intromittant. Volumus tamen præsentem Pragmaticam derogare alijs Pragmaticis, seu Ritibus super huiusmodi rebus editis, & Pragmatica hæc, siue noua lex à nobis sancita, debitæ executioni demandetur nomine Catholicæ Maiestatis. Dicimus propterea, committimus, & mandamus Illustribus magno huius Regni Camerario, Iustitiario Magnæ Curiæ Vicariæ, & alijs omnibus & singulis officialibus maioribus & minoribus, ad quos spectauerint, quatenus præsentem sanctionem, vt supra factam, & omnia in ea contenta obseruent, & obseruari faciant, nec secus agant si gratiam Regiam earam habent, & pœnam mille ducatorum cupiunt euitare. In quorum fidem præsentem fieri fecimus Regio solito sigillo munitam.

Datum in Castello nouo Neapolis die 12. mensis Iulij 1510.

Don Raymondo de Cardona Locotenēte generale.

V. Montaltus Regens. V. Decolle Regens.
Dominus Locumtenens generalis mandauit mihi Petro Lazaro de Xea.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Haec pragmatica hodie non seruatur, sed quoties à grauamine sibi illato aliquis appellare voluerit, tunc vel in Mag. Cur. Vic. vel in Sac. Cōs. vel in alio tribunali superiori cōparet petens inhiberi iudici à quo est appellatum, cui obtentæ litteræ inhibitoriales notificantur.

Causa criminales à curijs Regni in Sac. Cons. introducta ad Magnam Curiam Vicaria remittantur. h.d. Tapia.

PRAGMATICA XLIII.

De offic. Sac. Cons.

CAROLVS V. &c.

Perche siamo informati che li delinquenti, & inquisiti di cause criminali, tanto nell'Audientie prouinciali, quanto nelle Corti delli Capitani Regij, e di Baroni, per differire il condegno castigo di loro demeriti, vt plurimum interpongono loro appellationi, tāto à diffinitiua, come à grauamine in questo Sacro Conseglio, à causa che in quello per l'occupationi de gli altri negocij non se li procede con quella celerità come nella gran Corte della Vicaria. Et volendo togliere simili subterfugij, accioche li delinquenti siano puniti con prestezza, per loro castigo, & essempio de gli altri, ve diciamo, & ordinamo che da qui auanti, & de cetero tutte le cause criminali qualitercumque principalmēte ò per appellatione à diffinitiua, ò per grauezza, ò altramente dependenti di cose criminali che s'agitano nelle Audientie predette prouinciali, & nelle Corte delli Capitani Regij è di Baroni, e che de presenti si trouassero introdutte in questo Sacro Conseglio, le debbiate rimettere à detta gran Corte, à fine che per essa si possa in quelle procedere, e fare giustitia celere, & espedita, come conuiene per seruitio di Sua Maestà, & al quieto viuere di suoi sudditi. E così esseguirete, che tal'è nostra volontà, & intentione.

Datum in Castello nouo Neapoli die penultimo Ianuarij 1542.

Don Pedro de Toledo.

V. Decolle Regens. V. Loffredus Regens.
V. Martialis Regens. Martiranus Secretarius.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 HVius Pragmaticæ sensus, & practica est, quod † Magna Curia de prima appellatione cognoscat à cuius decreto licita erit ad Sacrum Concilium appellatio. Item intelligitur iuxta Pragm.37.de offic.Sac Conf. in fine vbi deciditur, quod prædictæ causæ debent ad Mag.Cur. remitti nisi ex aliqua vrgenti causa aliud Sac.Conf videatur, vel in crimine læsæ maiestatis. & cum respectu criminis læsæ Maiestatis in præfata Pragmatica 37. per Illustrissimum Ducem de Alcalà dictarum pragmaticarum compilatorem, sit dictum præfati criminis cognitionem sibi reseruare in reliquis Pragmaticam prædictam
2 37. confirmasse affirmandum videtur † exceptio enim firmat regulam in casibus non exceptis Anthent. de non alienand.§. vt autem, & l.noua per veterem declaratur l.non est nouum.& l.ideò quia ff. de legibus, & sic hodie practicamus, quotiescumque enim † ex causa ciuili in Sac.Conc. pendente criminalis causa incidẽter oriatur, veluti quãdo pro defensione 3
possessionis, vel pp falsitatis suspitionẽ, ab ea ex causa crimẽ aliquod oritur, tunc in Sac. Conf. proceditur, vel si Magna Curia manus apposuerit fit ordo, quod fiat relatio in Sac.Conf. & tunc quid erit agendum determinatur fieri, etiam quando aliquis delinquit in aulis Sac. Conc. vel in domibus dom.Regiorum Conf. & alijs casibus.

Appellatio quibus casibus denegetur traditur in infrascriptis Ritibus.h.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.256.

ITem seruat ipsa Curia, quod appellatio* in infrascriptis casibus remittitur, videlicet, quando fit mandatum per ipsam Curiam condemnatorium vel absolutorium.

*ADDITIO. Item seruat ipsa Curia quòd appellatio. *Vide Tiraq. omnino de retract. conuentio.§.2.glo.1. nu. 22. & 68.vbi an fiat coaceruatio summarum, omnino Bald. in l.penul.C. quorum appel non rec. Gram.decis.14.per modernos in c.regni,plerunque,nu.16.fol.156.*

Ad omnes prædictos Ritus loquentes de appellationibus, adde Imolam in rubr.de furtis, colum.2. vers. quæro. vbi declarat, qui veniunt suorum appell. vide Andr.in constitut.statuimus, & de prædictis ritib. vide Thom.Ferrec.caut.5. dum allegat consil. Capol.35.in 3.dub. vide Pragmat.sub tit. de appell & Afflict.in decis. 265. & alium Ritum incip. practica super compositionibus. Item non appellatur à decreto, quòd quis habeatur pro confesso, quando fuerit citatus tanquam principalis veniret responsurus super tenore articulorum, vel exceptionum, & non venit. vide alium Ritum incip. item seruat ipsa Curia, in fi. Nec à decreto lato super assistentia ad effectum retardandæ executionis, vt est Pragm. Regis Ferdinandi Primi, quæ incip. Magnæ Curia Vicariæ Ritum, quod à decreto. quid in fisco, an possit habere recursum grauando se de minoritate pœna, Bald.in l quid ergo.§.pœna grauior, & ibi Ange.in sindico ciuitatis dixerunt quòd sic. de insa. Alexan. vero per illum tex.in l.auxilium, de minor. tenet contrarium, & fortè melius. ex quo fiscus tractat de lucro pœnæ, & consequenter non datur restitutio in integrum per l'scio, de in integr.restitut.vide omnino Gram.in decis.14.qui latius tractat de hoc artic. De Bot.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

IStе Ritus cum sequentibus casus exprimit in quibus appellationi † nõ defertur, sunt autem plures alij, quos enumerat
4 Speculat.tit.de appellation.§.in quibus autẽ casibus, Soccin. in regul.24.Rebuff. ad Constitut. Galliæ tract. de appellation. lib.3.art 8.glos.2.Maran.in praxi. 6.par. princip. tit. de appellation. Petr. Dueñas reg. 45. & alij per Azeued. relati ad l. 6. tit. 18.lib. 4. nouæ recollect. ex quibus omnibus summatim collegi sequentes casus, vt prosit habẽtibus paucos libros, cum ista nostra recollectio magis necessaria sit officialibus ad iustitiam per Regnum deputatis, quam Aduocatis, atque officialibus Neap. degentibus, tum propter eorum doctrinam, tum propter commoditatem librorum qua degentes in hac Ciuitate abundant.

Casus quos collegi in quibus appellationi nõ defertur sequentes sunt.

PRimo quando quis in vna eademque causa bis appellasset l.1.C. ne lic.tertio prouoc. vt tradit Marant. in eius aureo Speculo in vltima parte a.actu principali nu.219. Rebuff. ad Constitut.Galliæ tract.de appellat.glo.2.art.7.lib.3.nu.29. de qua re elegans posthæc scripta fuit agitata quæstio inter fratrem Horatium Minutulum æquitem Hierosolimitanum, & Io. Hieronymum Brancatium, quæ cum non fuerit decisa, sed remanserimus in paritate votorum non scripsi, quod faciam si ante huius libri impressionem decidetur.

Secundo, quando est verus contumax idem Maranta loco citato nu.221.& Rebuff.loco citato nu.6.

Tertio quando est confessus, & conuictus Maranta dicto loco nu.226. Azeued. ad l.6.tit.17.lib.4.nouæ recollect. nu.17. Couar.pract.quæst.cap.23.nu.5.

Quarto. In factis notorijs idem Marant. d. loco nu.227. & Rebuff num.22.loco allegato. Didac.Perez ad l.1.tit.16.lib.3. ordinat.

Quinto. In crimine falsæ monetæ Marant.loco citato nu.228.

Sexto. Quando quis est condemnatus de rapto Virginis Marant.nu.229.

Septimo. In latrone insigni, & famoso Marant. d. loco nume.230.

Octauo. In crimine læsæ Maiestatis Maran.nume.231.

Nono. In crimine simoniæ Maran.num.232.

Decimo. In crimine hæresis Maranta dicto loco nume.233.

Vndecimo. Non procedit in eo, qui fuit condemnatus pro debito publico, seu fiscali. Rebuff.ibid.nu.24.

Duodecimo. Non procedit in quolibet officiali cõdemnato, cui non licet appellare si in administratione deliquerit. Rebuff. nu.13.qui dicit non seruari in Francia, sicuti nec hic seruatur.

Decimotertio. Non procedit, in officiali alicuius Iudicis. Maran. loco cit.nu.235.

Decimoquarto. Nõ procedit in sentẽtia interlocutoria, quia non appellatur regulariter de iure ciuili. Rebuff.num.18. Couar.pract. quæst.cap.24.nu.1.

Decimoquinto. Nõ procedit in causa, vbi agitur de decima. Rebuff.loco cit. nu.14.

Decimosexto. Non procedit in causa possessorij momentanei. Rebuff.nu.16.Couar.pract.quæst.cap.23.nu.8.

Decimoseptimo. Non procedit in actu, quem quis approbauit.

Decimooctauo. Non procedit quando creditor agit hypothecaria ad auocandum pignus.

Decimonono. Non procedit in pronuncia de aperiendo testamentum, vel de mittendo scriptũ hæredem in possessionẽ.

Vigesimo. Non procedit in causa nominationis publici muneris. Rebuff.nu.58.

Vigesimoprimo. Nõ procedit in causis minimis.Mar.n.225.

Vigesimosecundo. Non procedit in sententia absolutoria lata in causa criminali.

Vigesimotertio. Non procedit in sententia torturæ irrogandæ in qua adest vnus testis de visu, quod tamen non est vsu receptum Mar.loc.cit.nu.257.

Vigesimoquarto. Non procedit in omnibus casibus vbi requiritur celeritas. Mar.ibid. nu.258.

Vigesimoquinto. Nõ procedit in cõdemnato ad exhibendũ.

Vigesimosexto. Non procedit in causa decisa per iuramentum delatum Mar.ibid.nu. 260.

Vigesimoseptimo. Non procedit quando Abb.vult corrigere suum subditum. Rebuff. num.24.

Vigesimooctauo. Quando Princeps commisit causam appellatione remota. Rebuff.num.26.Couar.practicarum quæst. cap.23.nu.6.

Vigesimonono. Quando quis renuntiauit appellationi. Rebuff.num.21.

Trigesi-

Trigesimo. Non procedit in appellatione friuola. Rebuff. num. 16.

Trigesimoprimo. Non procedit in causa iuramenti in litem.

Trigesimosecundo. Limita non procedere in sententia excommunicationis.

Trigesimotertio. Quando sententia est ipso iure nulla.

Trigesimoquarto. Si succubuit non potest appellare.

Trigesimoquinto. Quādo quis generaliter appellat ab omni grauamine.

Trigesimosexto. Non procedit in mandato facto alicui, quod in sua Ecclesia resideat.

Trigesimoseptimo. A Iudice iuxta Iuris dispositionem decretum exequente non potest appellari.

Trigesimooctauo. Non procedit in declaratione dationis termini ad producendum testes, & instrumenta.

Trigesimonono. Non procedit in decreto, quòd Iudex pronunciet aliquem haberi pro confesso.

Quadragesimo. Non procedit in eo qui est conuictus de furto manifesto.

Quadragesimoprimo. Non procedit quando certa pœna irrogatur à lege pro aliquo delicto.

Quadragesimosecundo. Non procedit in mandato facto alicui, vt declaret an scriptura sit sua.

Quadragesimotertio. Non procedit quando ordinarius delegauit aliquam causam, & postea talem delegationem reuocauit.

Quadragesimoquarto. Non procedit quando aliqua causa est commissa conscientiæ alicuius.

Quadragesimoquinto. In omnibus causis in quibus aliquid committitur à lege vel superiore in potestate Iudicis.

Quadra-

IOANNA II. Rit. 257.

ITem in causis duarum vnciarum ciuiliter petitarum non appellatur.

VIde annotata per Carau. hic, & quæ nos diximus supra tit. proœmio in Constitutione. Ab omnibus, respectu sententiæ. Tapia.

Fiscus non appellat à sententia absolutoria in causa criminali. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 258.

ITem non appellatur ab omnibus sententijs absolutorijs latis per ipsam Curiam ex mero officio, vel ex denuntiatione criminaliter procedenti

CA-

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISte Ritus est singularis in hoc Regno regulariter enim fiscus appellare non prohibetur, vt tradit Paris de Puteo in tract. sindic. ver. condemnatus, & Dominus Præsidens de Franch. decis. 470. & per capit. Plerumque quod est 174. cuius capit. dispositionem in Regno non seruari per hunc Ritum tradit Ioannes Anton. de Nigris ad dict. capit. Plerumque quemadmodum de obseruantia illius Ritus testatur idem dominus Præsidens de Franch. decis 467. num. 6. & 470. num. 10. & ita vidi semper seruari.

1 Limitatur † tamen huius Ritus dispositio non habere locum quando fiscus peteret causam reuideri per viam recursus, quòd fit hoc modo, prolata enim sententia per quam fiscus se grauatum enormiter cognoscit supplicationem circumspecto Præsidenti Sac. Cons. porrigit à quo fit decretatio, quod causæ Commissarius relationem faciat ad finem videndi, an sit deferendum petito recursui, à quo facta relatione si iudicantibus videtur fiscum fuisse enormiter læsum fit decretum esse deferendum petito recursui, & tunc iuxta fisci instantiam fit pro-

pronisio. Aduertant † tamen iudicantes non sufficere quod libet grauamen, sed illud debere esse maximum, atque notorium prout me docuerunt peritiss. viri Vinc. de Franch. in Sac. Cons. & Marthos de Gorostiola, qui erat magnus practicus rerum criminalium in Collaterali Consilio assistentibus alijs dominis Regentibus. 2

3 Secundo cessat huius Ritus dispositio † quando in causa criminali incideret articulus ciuilis, veluti si inquisitus allegaret indultum, securitatem, vel iudicis incompetentiam. His enim casibus, & alijs ciuilibus conceditur Fisco appellatio prout ita dominus Vinc. de Franch. testatur dicta decis. 470. quod in dies seruari videmus.

4 Tertio cessat quando pars † appellasset, nam eo casu vigore Pragmaticæ Illustrissimi Principis Petrepersiæ editæ in anno 1580 quæ est sequens, fiscus inhærere censetur appellationi. Ideoque illam potest prosequi, & Iudex eo instante sententiam proferre, quæ vel pœnam, a primo Iudice impositam augeat, aut minuat, vel in totum absoluat.

PRAGMATICA IIII.

De appellaionibus.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

DOn Ioannes de Zunica Princeps Petræ Persiæ Militiæque Sancti Iacobi in Castella maior Comendatarius prædictæ Regiæ Catholicæ Maiestatis in hoc Regno Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis. All'illustri spettabili, & Magnifici Protonotario, gran Camerario, gran Iustitiero del presente Regno Viceprotonotario, Locotenente della Regia Camera, Regente della grā Corte della Vicaria, deputati del Sacro Regio Consiglio, Præsidente & rationali della Regia Camera, Giodici di detta gran Corte, Gouernatori, & Auditori, Prouinciali, Aduocati, & Procuratori fiscali, & altri qualsiuogiia officiali & in tribunali alli quali la presente peruenerà, spettarà, & serà quomodolibet presentata Regij fideli diletti, la gratia Regia, e bona volontà. Essendoci stato esposto da parte del Regio fisco che alcuni delinquenti condennati in le Regie Audientie, e Corti delle Città, Terre, luochi del Regio demanio, & di Baroni di questo Regno, & ancora in la gran Corte della Vicaria, & altri Regij Tribunali ad alcuna pena, appellano dalle sententie per differire l'essecutione della pena, nella quale sono condennati, ancor che si conosca essere minore di quella che per li loro delitti meriteriano come che stanno securi per l'osseruanza che si tiene li Tribunali di non condennarnosi à maggior pena in caso che dal fisco, ò dal Coadiutore delle Corti non si inherischi alle appellationi: ilche porta molto pregiudicio al ben publico, & è causa di differire l'espiditioni delle cause, & che li delitti non habbiano il condegno castigo perche molte volte occorre, ò per absentia delli Aduocati, & Procuratori fiscali, & Coadiutori di

Corte ò per altri risperti non inherirse alle appellationi di condennationi manifestamente pregiudiciali al predetto ben publico, & al detto Regio fisco, ilquale in questo non deue restare granato, & come per dispositione di legge il fisco s'intende fare sempre instantia, delle cose che concernono il fauore, & complimento di giustitia, e non si deue per questa strada dare occasione alle calunnie dell'inquisiti, & potria pretendersi ancora che per dispositione di ragione il Giudice d'appellationi possa riformare la sententia in più graue pena contra dell'inquisito: Essendoci stata fatta instantia d'opportuna prouisione per togliere ogni difficultà ci è parso fare la presente Pragmatica omni tempore valitura, per la quale disponemo, & ordinamo che ogni volta che in futurum si trouarà dalli condemnati, & condemnandi da qualsiuoglia Corte tanto Regia, quanto Baronale di questo predetto Regno, & etiam dalla detta gran Corte esser appellato dalle sententie che contra di loro si promulgaranno, s'intenda anco essersi inherito per la parte del Regio fisco, alle appellationi interposte per li condannati, ita che il Giudice delle appellationi possa riformare la sententia non solo in fauore dell'inquisito appellante, ma anchora contra d'essi imponendoli più graue pena instante il fisco, in quelle cause però che le appellationi delli inquisiti deuolueranno la causa delle appellationi alli Tribunali Regij doue ci è fisco come sono il Sacro Regio Consiglio, la gran Corte della Vicaria, la Regia Camera in le appellationi de cause criminali di che si conoscono, & decidono per essa, & le Regie Audientie perche in le appellationi che si deolueno à Giudici di Baroni, che per priuilegio tengono seconde, & alle volte terze cause, non intendemo nè volemo innouare cosa alcuna, & così ordinamo che inuiolabilmente si debbia osseruare.

Appellatio non admittitur à decreto contra homicidam, à decreto torturæ, certis casibus ab alijs decretis Mag. Cur. Vic. ciuilibus, vel criminalibus, & à cæteris in quibus appellatio de iure non admittitur. b.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 259.

Item non appellatur vigore certarum reginalium literarum à sententia condemnatoria lata T contra homicidam.

Item non appellatur in ipsa Curia T à tormentis aliquibus pro delictis, de quibus loquitur obseruantia proxima præcedens.

Item non appellatur à T decreto ipsius Curiæ ciuili, vel criminali.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T 1 *Contra homicidam.* Ex hoc tex. † notat Carau. non admitti appellationem à sententia lata contra homicidam, dicit tamen; hunc Ritum esse correctum per Rit. 261. qui tamẽ in casu particulari loquitur, cuius dictis addo regulariter hodie appellari ab omnibus sententijs diffinitiuis per Mag. Cur. Vic. latis ad Sac. nostrum Concilium vbi ex integro audiuntur inquisiti, † 2 facta enim apertura processus, datur terminus inquisito ad se defendendum, & postea compilato processu ad sententiæ reuisionem procedimus, quàm si iustã reperimus, confirmamus, sin autem reformamus. Solet tamen in delictis leuibus Sac. Conc. æquitate vti pœnam minuendo, habita ratione, & carceris, siuè detentionis, & impensarum cum scribis, ac procuratoribus factarum, quæ non sunt exiguæ: & ne hunc locum prætereamus, dico † 3 ab omnibus decretis torturæ à decretis quod dentur defensiones, vel quod dentur extra, vel intus carceres, à decretis, quòd citetur, quòd habilitetur per palatium, donec aliter, semper circumspectum Præsidem admittere appellationem sic etiam à decretis interlocutorijs, & omnibus alijs, quæ habent vim diffinitiuæ, vbi non est datus terminus mandat Mag. Cur. quod faciat verbum, respectu verò decretorum, quorum damnum in diffinitiua reparari non potest quæ dato termino in causa sunt prolata, veluti remissionis ad Iudicem competentem ad instantiam Baronis, vel huiusmodi appellationem admittit causamque committit vni ex Regijs Consiliarijs qui in ea iuris ordine seruato procedit.

4 T *A tormentis.* Ex hoc notat Carau. † appellationem à decreto torturæ per Mag. Cur. Vic. lato non admitti, dicit tamen id seruari in decreto de torquendo vigore præheminentiæ dictæ Mag. Cur. Vic. concessæ per capit. Regni si cum sceleratis, quod est positum à nobis sub tit. de offic. Magist. Iustit. quod tamen ex supradictis hodie non practicamus, nam (vt diximus) ab omnibus decretis latis de torquendo appellationem admittimus, ad relationem tamen Iudicis ipsius Mag. Cur. siue ex processu informatiuo, siue factis defensionibus fuerit prolatum: sicuti † 5 nec etiam practicamus quod Marant. ex hoc Ritu colligit in sua praxi par. 6. tit. de Appellation. num. 257. quod à decreto torturæ super vno teste de visu, & fama fundato non appellatur, quia contrarium vidi semper seruari, & præsertim quando ex processu informatiuo infertur, tanta enim est mentium facinorosarum, tanta delinquendi in hoc Regno procliuitas, vt iudicantes debeant maxima cum prudentia cernere qualis, quisuè sit testis, qui examinatur, & quo ad famam attinet silentio non præteream; quod me sæpè sæpius experientia docuit periculosum valde in hoc Regno esse ex inditio famæ moueri, multosq; innocentes notatos vidi, nec famæ deerat occasio, proximis enim ferè diebus inquisito quodam paupere terræ supini, ex quo cum alio à prædicta terra discesserat, qui pecunias ad regium Perceptorem asportabat, & in via occisus fuerat, capto paupere isto fuit ei tortura per Regiam Audientiam illata, ex quo socius itineris, & fama publica contra ipsum laborabat, confessus fuit homicidium, & furtum, & ad mortem stante eius confessione damnatus. Cumque ad Magnam Curiam appellasset decretum fuit confirmatum, à quo appellatione ad Sac. Cons. interposita, & commissa mihi causa Aduocatus pauperum accuratissimus Ioannes Hieronymus Natalis nunc Regij patrimonij diligentissimus patronus petijt, vt Commissarius pro faciendis defensionibus destinaretur vnũque testem produxit, qui à terra Campibassi Inquisitum reuersum dicebat, quæ à loco vbi commissum erat homicidium duodecim milliaribus distabat, & ab Vrbe vnde discesserant vigintiquattuor milliaribus, cumque eodem die quo discesserat reuersum fuisse in eius confessione affirmasset. deducebat non esse id verisimile, vt qui mane post lucem discesserat mense Martij, & in eundem locum fuerat horà 22. reuersus potuisset homicidium perpetrare prope locum vbi degebat Perceptor, & iter 48. milliarium decem horarum spatio pedester perficere, hæc licet non nisi per vnum testem probata essent, sed per alios comprobata, qui de longitudine itineris deponebant vim mihi maximam faciebant, sed proprij oris obstabat confessio, † qua nulla maior est probatio, accidit tamen quod 6 dum de causa in Sac. Cons. ageretur, & aliqui testes de delicto in genere legerentur, interfecti fratris depositio inter legendum occurrit qui horam discessus, atque reuersus iuxta defensionis articulum confitebatur, qua depositione sæpius lecta nulla confessionis inquisiti habita ratione per Sac. Cons. fuit interpositum decretum, quod iterum torqueatur, & illata tortura tum omnia negasset fuit liberatus, post cuius liberationem in Regia Audiẽtia Capitanatæ fuisse carceratos quosdam de alijs delictis notatos, ipsosque confessos esse crimen de quo hic pauperimus notabatur relatum fuit.

Hæc scripsi vt noscant Iudices quanta cum maturitate capitales causæ sint iudicandæ ad quod facit, quod Sanctus Ambrosius

broſum edendam curauit legem ab Imperatore Theodoſio, quæ eſt l.ſi veodicari C. de pœnis circa executionem ſententiæ ab Imperatore prolatæ.

T *A decreto ipſius Curiæ.* Iſte Ritus non practicatur hodie,
8 ſcd † ab omnibus decretis diffinitiuis appellatur, non tamen retardatur executio à decretis iofra ſummam ducatorum 150. latia, alij caſus ſummatim poſiti ſunt à nobis ſupra hoc tit. ad Rit. 256.

Inquiſito ſe componere nolente procedatur ad ſententiam à qua appellatio non admittitur ſi abſolutoria fuerit, non autem condemnatoria. b.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.261.

VBi vero denuntiatus velit litigare & non cõponere cum Curia proceditur ad vlteriora, raro tamen venitur ad ſententiam ferendam ex capitulis, id eſt, ex officio, ſi tamen veniatur, tunc in appellatione, ſi eſt condemnatoria, ſeruatur per omnia ius commune, & conſtitutionum, & capitulorum Regni: ſi verò eſt abſolutoria, ſiuè ex mero officio, ſiuè ex officio præcedente denuntiatione, nunquam appellatur in aliquo caſu, licet ipſa ſententia contra fiſcum proferatur; ſiuè ſit confeſſus tantum, ſiuè conuictus tantum.

HIc Ritus corrigit præcedentem Ritum, (vt diximus) & ſeruatur hodie in omnibus. Tapia.

Magna Curia Vicaria cognoſcit de omnibus cauſis appellationum, non tamen cognoſcit de cauſis appellationum in feudalibus quando prima cognitio fuit ex Regia delegatione, & quando cauſa appellationis eſt declaranda deſerta interponitur decretum deſertionis per ipſam Mag.Cur. b.d.Tapia.

IOANNA II. Rit.264.

ITem ſeruat ipſa Curia cognoſcere de omnibus cauſis ciuilibus, vel criminalibus, & appellationibus interiectis à ſententijs quorumcunque officialium, non tamen in prædictis caſibus T in feudalibus, vnde ſi quis ex delegatione Regis cognouit de feudis, & dedit ſententiam, non benè appellatur ad Curiam Vicariæ. Item ſi quando in debitis caſibus appellatur ad ipſam Curiam, & appellatio deſeritur, tunc deſerta appellatione interponitur decretum per ipſam Curiam, appellationem eſſe deſertam, non tamen ipſum legitur, ſicut legun tur talia decreta interponenda per Curiam, & de ipſo decreto ſit teſtimoniale in forma Curiæ conſuetea.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T IN feudalibus. Carau. ad hunc ritũ notabili 2. tradit Mag.
1 † Cur. non cognoſcere de cauſis feudalibus, vt habetur in rit. 50. intelligendo quòd hic dicitur, quod non cognoſcat in gradu appellationis, & inquit etiam quòd in Mag. Cur. Vic.
2 non tractantur cauſæ † feudales niſi à 25. vntijs infra, circa 9 clarius loquendo ex dictis eiuſdem Carauitæ etiam ad rit. 50.
3 dicamus Magnam Curiam Vicariæ inſpecto antiquo † tempore antequam Sac. Conſ. eſſct formatum cognouiſſe de cauſis feudalibus quibuſcunque præterquam de feudis non quaternatis, & loquendo de iſtis feudis iſte ritus eſt intelligendus, non quòd Mag. Cur. Vic. non poſſit cognoſcere de huiuſmodi cauſis in ſecunda inſtantia, ſed quod non poſſit cognoſcere de huiuſmodi cauſis feudalibus quando ex Regia delegatione ſunt
4 commiſſæ, ſed quando † de feudis non quaternatis cognoſcit alia Curia, tunc non eſt huius ritus intentio diſponere, quòd Mag. Cur. Vic. non poſſit cognoſcere, quia eſſet aduerſari Conſtitut. Regni Statuimus, & ritui 213. & antiquæ obſeruantiæ, quæ eſt quod Mag. Cur. eſt Iudex ordinarius appellationum omnium curiarum regni.

Executio decreti aſſiſtentiæ ex capite appellationis non retardatur. ſuſpenditur tamen ſi eſt de nullitate dictum. b.d.Tapia.

PRAGMATICA II.

De appellationibus.

MAgnæ Curiæ Vicariæ Ritum, quòd à decreto ſuper adſiſtentia affirmatiuo non appelletur, ad effectum retardandæ executionis, locum habere decernimus: poſt executionem verò factã, appellationes iuſtificari poſſe ad effectum etiam ipſius adſiſtentiæ reuocãdæ declaramus. T De nullitate autem ipſius decreti ex eiſdem actis cognoſci & iudicari poſſe volumus, & mandamus ad effectum etiam ipſius executionis retardandæ, quodq; dicta nullitate iudicatum fuerit.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T DE nullitate. Sed quid ſi † eſt petita reſtitutio in integrum aduerſus decretum aſſiſtentiæ an impediatur executio, ſicut quando eſt dictum de nullitate? dic quod non, vt fuit deciſum per Sac. Conſ. teſte Afflict. deciſ. 356. cuius rei ipſe reddit rationem, quia dicta Pragmatica in ſpecie admiſit tantum caſum nullitatis, & ſic videtur alios excepiſſe. 8

Temerè appellantes à decretis tam Mag. Cur. Vic. quàm Mag. Cur. Admiratiæ mulctantur pœna hic appoſita, & propter hoc Actuarij deſcribant in fronte ſupplicationis nomina illas præſentantium. b.d.Tapia.

PRAGMATICA XXIX.

De offic. Sac. Conſ.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

SI poſt interlocutorias diffinitasvè ſententias à minori quiſque foro ad Sacri Tribunal Concilij noſtri friuolas, vt aduerſarium defatiget, litemque proferat, appellationes detulerit, illi mulctam Concilij eiuſdem arbitrio indicendam decernimus, quæ ſi pecuniaria extiterit, noſtrum in fiſcum congeratur, mulctato vero in Procuratorem & Aduocatum, actorem, tutorem, curatoremque, & alios adminiſtratores, quorum non recto Conſilio damnum ſubierit, repetendæ pœnæ actionem eſſe mandamus, quod ſi ex actis, ſiuè alio quouis modo eorundem dolo culpa, atque calumnia oppoſitiones huiuſmodi interpoſitas eſſe planè notorioque conſtiterit, tunc ipſos tantum proprio nomine procuratores, actores, aduocatoſque, tutores, & curatores, adminiſtratoreſque alios pœnæ in duplum noſtro à Concilio inferendæ, vt circuitus euitetur, obnoxios eſſe iubemus.

In Pragmatica per Cath. Maieſt. edita, extat Cap. ſequens.

ITem quod temere appellantes à Magna Curia Vicariæ condemnentur ad pœnam in Conſtitu- T 1 tione

tione contentam, inremissibiliter à partibus exigendam.

Decreto autem ipsius Sacri Concilij, quòd præsentium tenore approbamus, appellantes temere à grauaminibus Magnæ Curiæ Vicariæ & admiratiæ, pęna carolenorũ quindecim vice qualibet puniuntur, cuius tenor talis est.

Extat decretum & ordo Sacro Regio Concilio hactenus interpositum, per quod fuit prouisum, & ordinatum quod temerè appellantes à grauaminibus Magnæ Curiæ Vicariæ & Curiæ admiratiæ teneantur, & debeant soluere pęnam carolenorum quindecim vice qualibet, pro vt latius in eodem decreto, & ordine continetur. Quod decretum, & ordinem prædictum, Sacrum Regium Concilium mandat inuiolabiliter obseruari, Ita quod qui ex nunc in antea appellauerit temerè, vt supra, inremissibiliter pæna prædicta carolenorũ quindecim exigatur, iuxta ordinem eiusdem Sacri Regij Concilij. Datum Neap. in eodem Sacro Regio Concilio, die 16. Mensis Iunij 1533.

Loffredus Præsidens.

Ioannes Martialis. Antonius Capitius.
Nicolaus Maiorana. Bernardinus Galeota.
Bernardinus Sancius.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica hodie non seruatur, verum si aliquid subreptitiè, vel obreptitiè exprimatur soluitur tunc pœna ducatorum duodecim iuxta decretum Sac. Conc. & ita seruatur, & inquantum ad describendum nomina præsentantium, vt nouissimè mandauit dominus Præsidens, D. Petrus de Vera ab Aragonia, quod fiant præsentatæ.

Gubernatores Prouinciarum cognoscant de primis causis appellationum, eorumque sententia pro summa hic posita debita executioni demandentur. h. d. Tapia.

PRAGMATICA VII.

De offic. Sac. Cons.

FERDINANDVS PRIMVS.

PRo minori nostrorũ litigantiũ subditorũ dispẽdio, volumus in singulis nostri Siciliæ Regni Prouincijs Præsidẽ vnũ, seu Gubernatorẽ deputari, cui peritus iuris, Auditor assideat, vel vnus, vel duo, prout hactenus fieri consueuit, qui de primis causis in primis ad Vrbem Capitaneis appellationibus decreta sibi in Prouincia cognoscat, à quorum sententijs si quis prouocauerit ad Neap. Concilium, vel ad Magnam Vicariæ Curiam, prout maluerit, prouocare valeat ordine superius enarrato, Priuilegijs à nobis Baronibus concessis, confirmatisque semper saluis.

Ducis de Alcalà Viceregis declaratio.

HAs autem appellationes à sententijs Prouincialium Audientiarum Calabriæ, Hydrunti, Barique, Aprutij, & Basilicatæ à ducatis centum infra, aliarum vero à quinquaginta ad earundem Gubernatores, cum Consilio Doctoris partibus nõ suspectis remittendas esse volumus, quemadmodum sequenti Regia prouisione sic fieri debere vidimus.

Sententia certarum audientiarum lata infra summam ducatorum centum vel quinquaginta, vt hic remidentur per Doctores partibus non suspectos à cæteris verò gradatim appellatur. 1

CAROLVS &c.

NOi vogliamo, & per la presente vi ordiniamo che da qui auanti non debbiate pigliare, nè fare pigliare appellatione alcuna che venga da nessuna dell'Audientie prouinciali da cento ducati à basso, cioè dell'Audientie di Calabria, Terra d'Otranto, Bari, Apruzzo, & Basilicata, & dell'altre Prouincie da ducati cinquanta, ma quelle rimettere sempre alli Gouernatori di dette Audientie, che procedano nella causa di appellatione, con conseglio di Dottore non suspetto alle parti: Per tanto così l'essequirete & farete essequire che tal'è nostra volontà & intentione, non facendo il contrario, se amate la gratia & seruitio della Maestà Cesarea.

Dat. in Castello nouo Neap. die 3. Aprilis 1540.

Don Pedro di Toledo.

V. Loffredus Regens. V. Decolle Regens.
Martiranus Secretarius.

Hæc Pragmatica in viridi est obseruantia. Tapia.

Condemnati ad triremes, qui appellauerunt ad Sac. Cons. non amoueantur à carceribus, nisi causa finita. h. d. Tapia.

Ex cap. Neap. in anno 1554. Cap. 3.

SE supplica ancora che li condennati da la Vicaria in galera quando appellano al Consiglio de Capuana pendente detta appellatione per la inhibitoria espedita in forma non siano mandati in galera, perche è accascato, che alcuno de tali condennati in galera sotto pretesto di vn'ordine fatto contra le Leggi, Constitutioni, & Capitoli del Regno quando è stata riformata la sententia, & declarata iniqua, si è trouato morto per li trauagli della galera. Placet Cæsareæ & Catholicæ Maiestati.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc capitulum seruatur hodie, † sed aliquando Viceregis ordinatione, solet vnus ex dominus Regentibus accedere ad visitandos carceres pro remigijs conficiendis pro seruitio Regiarum triremium, & repertis istis condemnatis per Magnam Curiam, vel Regias Audientias habita relatione à Commissario causæ de statu ipsius solet eos mittere ad triremes loco depositi, quæ res licet prima fronte seueritatis maximè esse videatur. Attameo id maxima cum ratione fit, vt carceres prauis purgentur hominibus, & Regiarum triremium seruitium adimpleatur, quibus in triremibus existentibus de causa appellationis tractatur, debent tamen relatores attentè animaduertere, atque considerare si decretum ita sit ritè, ac rectè latum, vt vel reuocari, vel saltim in minimè moderari valeat, quia remigantium status est omnium miserrimus.

DE

DE RELATIONIBVS. Rubr. xxxix.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISte titulus habet concordantes in lib. C. titulum proprium de Relationibus,& in lib. Decretal. agitur de materia ipsius sub tit.de appellationibus, vbi est rubr. de appellation. recusation. & relation. De hac re apud Hispanos habetur in l.11. tit.22.par.3.in l.15.tit 23.& l.14.tit.4.eandẽ materiam declarat Petr.Gregor.Tholosan.in sintagm.iur.lib.50.cap.1. nu. 15. & 21. & Maranta in praxi 6.par. principali tit.de appellation. num 6. Decius, & cæteri canonistæ in cap. intimasti de appellation. quibus in locis, & si latius relationis materia contineatur,nec multum ad leges sub hoc tit.positas conferat,attamen cum hic etiam de relationibus Principis agatur, non ita extra rem est,vt allegati tituli, atque Auctores rectè accommodati non videantur, est autem relatio † Iudicis de iure dubitantis 1
ad Principem missa consultatio, quæ † facienda est in omni ca 2
su, siuè causa sit ciuilis, siuè criminalis cum de iure dubitatur, secus quando de facto, vt in Authent. de iudicibus §. fin. & l. eum quem temerè § 1.ff.de iudic l. fin.C.de legib.in Authen. in medio litis non fieri sacras iussiones §. 1. vel quando casus, qui proponitur iuri dispositionem expressæ non subest, vel si dubitatur de intellectu legis, vel canonis, vel super cõtrarietate iuris, vt exSpec.hæc,& alia loco supracitato percipi possũt.

Relationes in Collaterali Consilio fieri prohibentur nisi in causis arduis,& tunc fient inf. a octo dies, alias intelligitur causa remissa ad ordinarium Tribunal. h.d.Tapia.

PRAGMATICA I.

De relationibus.

CAROLVS QVINTVS IMPERATOR, in anno 1540.

ET quia per dictæ reuisionis informationem constat per Sacrum Collaterale Concilium nostrum in dicto Regno sæpè prouisiones expediri, per quas mandatur inferioribus Tribunalibus, ne aliquibus in causis, nisi prius facto verbo de eis coram Prorege vel dicto Concilio Collaterali procedatur quod ad ipsarum dilationem plerumque tendere dignoscitur, non sine damno partium litigantium, Idcirco præcipimus,& mandamus quod huiusmodi prouisiones in posterum non expediantur, nisi in causis arduis, & magnæ importantiæ, In quibus pro Regni nostro præsenti, & successiuè futuro, ant consideratione status, & seruitij nostri, aut pro bono regimine Regni, & recta administratione iustitiæ videatur eas expediri oportere. In talibus casibus volumus, & mandamus quod infra octo dies numerandos à die expeditæ prouisionis verbum coram Prorege fiat, & relatio audiatur, alias ea infra dictum terminum non audita causa intelligatur remissa ad ordinarium Tribunal, quod in ea absque alia licentia procedere, & iustitiæ complementum ministrare valeat.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAec Pragmatica seruatur quo ad relationes faciendas, sed non inquantum dicitur, † quod si relatio non fuerit 1
facta infra octo dies censeatur remissa, nam id practicari non potuit, nam cum relatio facienda sit coram Excellentissimo Prorege, qui sæpè sæpius est grauissimis negotijs occupatus esset derogare Proregis authoritati, aut voluntati.

Relatione semel facta ab aliquo Tribunali ordine Proregis, si responso accepto quod de iustitia in causa procedatur alius superueniet ordo, quod fiat relatio, non debet impedire cursum causæ. h.d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De relationibus.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

PErche molte volte occorre, che per particulari inquisiti d'alcuni delitti in questa Regia Audientia ci sono dati Memoriali dimandando gratia, ò essemo ammessi à compositione, & per noi si scriue, & ordina à questa predetta Audientia, che ci auise di quello che consta contra di loro, & venendo alcune volte le relationi, perche li delitti non seranno degni d'esserno commessi alle gratie predette, per noi ci risponde che si proceda nelle cause di giustitia, & non obstante questo, dopò per parte delli medesimi inquisiti si torna à supplicarci per la medesma gratia, senza far mentione che per questa predetta Audientia ei è stata già fatta la relatione, & che noi habbiamo risposto che si proceda di giustitia di maniera che per noi si torna di nuouo à scriuere che ci donate auiso della qualità della causa, & per questa via T si viene à dilatare, & impedire il corso della giustitia.

Et volendo noi obuiare alle cose predette, vedicemo, & ordiniamo, che da quà auanti quando per noi si ordina a questa predetta Audientia che si faccia relatione di alcuna causa, della quale ne haura fatto vn'altra volta relatione, & nell'ordine nostro non se farà mentione che iterum ce ne facciate relatione non debbiate procedere a farla, ma attendere a procedere nella causa di giustitia, non obstante gli ordini predetti come subreptitie, & obreptitie impetrati.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

T SI viene à dilatare. Hoc ideo fit quia † relatione pendente nihil est innouandũ l.fin.C.hoc eod.tit.& aduerte quòd 1

ista

Relationes

istæ relationes, quæ fiunt in scriptis ex actis, & processatis deberent notificari partibus, vt sic varitas magis appareat iuxta tex. in l. 1. §. fin. C. eod. quod aliquando seruaui, præsertim in causis ciuilibus, vel quando processus criminalis est publicatus, † at quando non est publicatus, tunc non ostenditur parti, sed benè fisci patrono, qui in relationibus, quæ fiunt per Regias Audientias solet etiam se subscribere.

Quando mandatur fieri relatio fiat ex actis, & informatione capta, non ex alia iterum capienda. h. d. Tapia.

EX PRAGMATICA II.

De relationibus.

¶. ET così similmente quando haurete a fare alcuna relatione per virtù di detti nostri ordini, le fareti per l'informatione, & processi che a quel tempo si trouaranno fatti, & non per gli ordini predetti, ne pigliarete informatione di nuouo, non obstante che in quelli se dica, che ve ne informati, & ce ne faeciate relatione, attento non per questo intendemo che si pigli di nuouo informatione, ma che ve informati de gli atti, & processi fino a quel tempo fatti, & così essequirete che tal'è nostra volontà, non fando il contrario per quanto hauete cara la gratia della predetta Maestà.

Datum Neapoli die 29. Nouembris 1565.

Don Perafan.

V. Villanus Regens. V. Reuerterius Regens.
V. Patignus Regens. Lobera pro Secretario.
In Cur. primo.

Causarum criminalium expeditio retardari non debet sub colore relationis facienda Illustrissimo Viceregi. h. d. Tapia.

Ex Cap. Neap. in anno 1554. Cap. 1.

CAROLVS V.

PRimo se fa intendere alla Maestà Vostra, che da lei prudentissimamente come conuien a buō & giusto Principe è stato ordinato per la presta spedditione delle cause, che nella sua gran Corte della Vicaria ce siano sempre destinati due Consiglieri del suo Sacro Consiglio di Capuana, & che vn giorno della settimana il detto Consiglio tutto attenda solo all'espeditione di dette cause, intendendo le grauezze, che si pretendono dalla Vicaria. Questo santissimo suo ordine in la maggior parte delle cause criminali non è stato osseruato, perche per il passato dalli Vicerè del Regno, & suo Collaterale Consiglio sono stati espediti ordini che non si procedesse senza farne prima relatione à loro, e nō potēdola poi intēdere per le molte occupationi, ne è auuenuto, che li poueri carcerati sono stati infinitamente macerati nelle carcere. E di più se sono tolte le appellationi al Sacro Consiglio di Capuana qual è ordinario Giudice de appellatione, per hauerei posto le mani il Signor Vicerè col Consiglio Collaterale, e così la espeditione delle cause eriminale è stata contra la mente di Vostra Maestà tardissima. Però se supplica humilmente che voglia prouedere che questo abuso non proceda più oltre, ma sia tolto per ordine, & special comandamento di Vostra Maestà.

Placet Cæsareæ & Catholicæ Maiestati quod seruentur inuiolabiliter Pragmaticæ, & ordinationes editæ pro recta & celeri administratione iustitiæ in causis criminalibus, & quod illarum expeditio in tribunalibus ordinarijs Magnæ nostræ Curiæ Vicariæ, & Sacri nostri Consilij non possit impediri, vel supersederi sub colore relationis faciendæ Illustrissimo Viceregi nostro, qui pro tempore fuerit, aut in Collaterali Consilio sublato quouis abusu, excepto tamen crimine læsæ Maiestatis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HOc capitulū non benè seruatur, quia quotiescunque Illustrissimus Prorex mandat relationem fieri supersedetur in causæ expeditione, benè tamen verum est, quòd quotiescunque aditur Illustrissimus Prorex obtinetur ab eo; quod procedatur ad vlteriora.

Ex libro Notamentorum Sac. Cons.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

ILlustres, & Magnifici viri Collateralis, & Consiliarij Regij fideles dilectissimi. Ancora che per ordine spedito à tempo del gouerno dell'Illustriss. & Reuerendiss. Cardinal Granuela, allhora Luocotenente, & Capitan Generale in questo Regno, sotto la data delli 11. di Marzo 1575. fusse stato dato il termine e modo che se haueua da tenere in lo presentare delli memoriali, li quali si decretano assignando giornate à questo Sacro Regio Consiglio per referirnose alcune cause in lo Regio Collaterale Consiglio, & in lo informare, & dare l'allegantie alli Giudici che hanno da votare, & che si douesse agiustare il fatto in questo predetto Cōsiglio, auanti la giornata stabilita da venire à votare nel detto Collaterale Consiglio, con molte declarationi, & ordinationi, in detto precalendato ordine oppositi; nondimeno semo stati informati, che l'ordine predetto si è abusato, & non si osserua, & volendo noi sopra ciò prouedere, per obuiare alle dilationi che sogliono procurare le parti, litiganti, & anco acciò le cause che se hanno da votare per ordine nostro, in lo predetto Regio Collaterale Consiglio in nostra presentia se espediscano con essere informati li magnifici, & circūspetti Regenti della Regia Cancellaria, & del Consiglio Collaterale di Sua Maestà, come la qualità di esse cause ricerca, ordinamo che li memoriali per ordine nostro decretādi, per li quali si assigna giornata, per relatione da farsi nel detto Collaterale Consiglio, in la qual giornata stabilita già hauemo ordinato che dette cause si debbiano votare, si debbiā presentare detti memoriali al magnifico, & circumspetto Presidente di questo Sacro Regio Consiglio, fra giorni tre decurrendi, dal dì della espeditione di essi memoriali, altramente detta espeditione si habbia per non fatta, è la causa, ò cause in essi memoriali contente, se debbia hauere per rimessa al suo Tribunale, & di più ordinamo che presentati che saranno

farànno detti memoriali, il detto magnifico, & circumspetto Presidente debbia tenere particulare cura, che in questo Sacro Regio Consiglio si referisca, & agiusti il fatto auãti che venghi la giornata stabilita, ordinando alle parti, che debbiano informare, & dare l'allegantie auanti la detta giornata stabilita, tanto à detti magnifici, & circumspetti Regenti, quanto alli altri magnifici Giudici, che hanno da giudicare, comminandole che altramente si procederà alla espeditione, non obstante che alcuna delle parti non hanesse informato, ne dato l'allegatione. Et in quanto alle giornate già assignate, ordinamo al detto magnifico, & circumspetto Presidente, che facendo raccogliere li memoriali, sopra ciò espediti, vsi la medesima diligenza in quelle cause, in le quali ci è termine di poiseruosi venire à referire, & votare in detto Collaterale Cõsiglio, & acciò questo uostro ordine venga in noticia di tutti, ordinamo al detto magnifico, & circumspetto Presidente che lo faccia publicare in la miglior forma che li parerà, e così si exequa che ta le è nostra volontà. Datum Neap. die 25. mensis Martij 1579.

El Marques.
V. Reuerterius Regens. V. Salernitanus Regens.
V. Salazar Regens. Bastida de Muñatones Secret.
Al Sacro Regio Consiglio.

Ex dicto Libro notamentorum Sac. Cons.

SV Excelenza ha entendido que algunas vezes con hauer ordenado por villette del Collaterale que este Sac. Cons. venga a hazer relaçion de alguna causa se dexe de hazer por que alguna de las partes no tiene el memorial quedando a su Excelenza el decreto en que se ordena que el Consejo haga justicia desimulando el memorial la primera orden que habla por Collateral y vsando de otras imentiones para alcanzar lo que pretenden, y por los tales decretos, ordenes; dize Su Excelenza que no se ha da entender que reuocan las ordenes dadas por villette del Collaterale, ò por villettes, ò por decretos del escriptorio sino quando con palabras expressas se reuocan las tales ordenes, me ha mandado que lo auise à V.S. para que lo tenga entendido de palaçio à 19. de Henero 1604.

Baldasar de Torres.

Ex dicto Libro Notamentorum Sac. Cons.

A Su Excelençia ha pareçido bien la traça que V. S. ha dado para la buena expediçion de las causas, y assi dize que todas las vezes que el Consejo huuiere señalado jornada para despachar algun pleyto no se impida ni se dexe decretar aunque se presenten memoriales del Collateral con decreto que se intime la parte, ò que el Commissario haga relaçion por escritto, ò otra qualquier decretaçion que ympida por entonçes la determinacion del pleyto y es seruida Sù Excelençia que V.S. osserue esta ordẽ inuiolablemẽte, excepto quando viene ottra en contrario con villette del escrittorio en que Su Excelençia declara su voluntad de palaçio à 11. de Nouembre 1604.

Baldasar de Torres.

DE ASSISTENTIA. Rubr. xxxx.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HOc vocabulum assistentiæ apud regnicolas solum est cognitum. Est enim assisteotia reuocatio præcarij, & constituti in contractu appositi. quando enim debitor se constituit rei venditæ nomine creditoris possessorem, tunc propter non adimpleta pacta reuocat præcarium, & impetrat à Iudice possessionem, cui assistit, & ideò dicitur assistentia, ita tradit Maranta in sua praxi 6. par. princ. art. 8. num. 11. Est tamen remedium recuperandæ possessionis, vel ab ipso debitore, vel à tertio possessore de quo agitur in l. fin. C. de acquiren. possess. & apud Hispan. l. 13. tit. 30 par. 3. Menoch. de recuper. possess. remed. 14. & Thesaur. decis. 38. & 53. Sed ex regnicolis Afflict. decis. 37. 40. 93. 101. & 119. 139. 383. Aliqua per Capic. decis 51. num. 8. Plura egregiè per Marant. par. 6. actu 8. nu. 12. & seq. & in 4. par. 7. distinct. nu. 47.

Assistentia peti, ac praestari potest contra tertium possessorem etiam non discusso principali. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.
De assistentia.

ASsistentiam & appretium contra Tertium possessorem pro executione instrumenti continentis obligationem bonorum: pactum de capiendo cum T constitutione precarij peti posse, & per Iudicem concedi absque aliqua bonorum discussione contra principalem facta, Talijs concurrentibus, quæ de iure necessaria sunt, in assistentiæ, vel hypothecariæ causa declaramus.

CA-

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HAnc Pragmaticam exornauit Scipio Rouitus, ideòque ad eius dicta me remitto.

T. *Tertium possessorem.* Quando agitur † assistentia contra tertium possessorem, an sit necessarium probare dominium 1
debitoris Afflict. decis. 40. tractat articulum, & concludit veriorem opinionem Bald. in l. cum res C. si alien. re. pignor. data sit.

Item fuit dubitatum † quid si iste tertius ignorans rem à se possessam alteri hypotecatam fuisse quam ipse possedit spatio 2
decem, vel viginti annorum, an cum ista possessione, & titulo sit tutus aduersus anteriorẽ creditorem in quo articulo Afflict. deci. 139. in fine testatur fuisse decisum in beneficium creditoris non obstante dicta præscriptione, quia licet sit sublata hypoteca, non tamen est sublatum præcarium.

T Cum

3 T *Cum constitutione precarij.* An requiratur † constitutum, & præcarium quando agitur assistentia contra principalem obligatum Grammat. decis. 103. num. 107. respondit negatiuè, sed absque authoritate, & non figit pedes, cum dicat contrarium ibi. num. 575. & ita practicamus, nam siuè contra debitorem, siuè contra tertium requiritur, quod adsit præcarium, & constitutum, quia (vt in rubr diximus) illa assistentia super re nascitur ex reuocatione præcarij.

Tandem circa hanc materiam assistentiæ non erit omictendum quod per Pragm. 2. de appellation. quæ superiori titulo
4 de appellation. est situata decretum † Mag. Cur. Vic. super assistentia statim exequutioni demandatur quo ad caput adiudicationis tantum, etiam si summam excedat. Ideòque eum causæ appellationum à decreto assistentiæ in Sac. Cons introducuntur, & petitur exequutioni demandari decretũ Mag. Cur. Vic. Illud exequutioni demandari iubemus quo ad caput adiudicationis tantum, vt habetur per D. Præsid. de Franch. dec. 520. & hoc facto ad vlteriora in causa procedimus. At confirmato tamen decreto Mag. Cur. Vic. tunc ad venditionem bonorum super quibus fuit præstita assistentia vsque ad effectualem satisfactionem vigore instrumenti. Et quantum ad illam Pragm.
attinet animaduerte quòd in casu, † quo sententia, quæ exe- 5
quutioni fuit demandata fuerit reuocata, tunc etiam debet reuocari exequutio facta ex traditis per Vinc. de Franch. decis. 536. vbi decisum testatur, &c.

T *Alijs concurrentibus.* Sunt autẽm † hæc, de quibus Domi- 6
nus Præsidens de Franch. meminit decis. 101. num. 22. scilicet respectu tertij possessoris probare rem fuisse in bonis, & de bonis ipsius tempore contractus, vel postea, respectu verò debitoris necesse est probare esse in bonis ipsius, & per ipsum possideri.

DE EXECVTIONE SENTENTIAE. Rubr. XLI.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc tit. concordat tit in C. de exequut. rei iudic. faciunt etiam tex. & quæ inibi scribentes dixerunt in l. à diuo Pio, & in l. fin. ff. de re iudic. & in Canone sicut 2. q. 1. Agitur apud Hispan. in tit. 28. par. 3. per totum, sic etiam de hac re agitur in l. 1. tit. 21. lib. nouæ recollect. & apud Gallos nonnullæ constitutiones, quas Petrus Rebuff. commentatus est in tract. de execut. senten. Apud Mediolanenses adest titulus de sentent. execut. mandandis. Habemus pariter in statut. Ferrariæ cap. 72. de sentent. execut. lib. 2. Idem habemus apud Ianuenses in stat. lib. 3. cap. 6. Speculat. tit. de exequutione sentent. Federic. Schenc. in tract. de exequut. rei iudic. in tom. 5. tract. fol. 38. Marant. in praxi 6. par. actu vltimo de exequutione sent. Ioannes Milleus in praxi Franciæ rubr. 27. Consal. de pace in 4. par. suæ praxis cap. 1. & sequent. Ext-

Exequutio sententiæ in causa appellationis interposita ad Mag. Cur. Vic. fit per ipsam Mag. Cur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 262.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quando aliqua causa deuoluitur ad eam remedio appellationis, siue sit ciuilis, siue sit criminalis, & siue sit decerta postmodum, siue pronunciatum per ipsam tacitè vel expresè confirmando sententiam, vel retractando nullam, semper executio fit per ipsam Curiam. & non per aliquam aliam, nisi Rex aliud demandaret, &c.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

CVm hoc Ritu concordat l. 5. tit. 27. part. 3. Sic etiam statutum Ferrariæ 17. lib. 2. Specul. tit. de executione sen-
1 tent. § nunc dicendum est versic. sed pone num. 10. vbi post alios concludit secundum huius Ritus dispositionem † ad Iudicem scilicet appellationis pertinere suam sententiam confirmatoriam executioni demandare, quam sententiam communem esse testatur Gregor. Lopez ad l. 5. tit. 27. par. 3. ver. *los maiorales dellos*, plures eam tenentes adducit Carpan. ad statut. Mediol. cap. 158. num. 5. volum. 1. quibus annotatis aliqua ad materiam pernecessaria annotanda duxi.

2 Et primo † sententiam executioni demandari posse etiam tempore feriarum ob necessitatem hominum inductarum, nõ autem in ferijs in honorem Dei, nisi sit persona suspecta ita post Bald. in l. fin. nume. 2. C. de ferijs, Castrens consil. 119. num. 1. volum 2. affirmat Carpan. ad statut. Mediol. cap. 158. num. 173. ex quo inoleuit praxis, qua hodie vtimur, quod dum agitur de executione sententiæ possumus in causis procedere absque Regia dispensatione, quod procedatur ferijs non obstantibus.

3 Secundo ex Capicio decis. 34. num. 4. habemus † à decretis de exequendo non appellari ad finem retardandæ executionis minimè appellari, nisi tamen in exequendo excedat, & hinc est quod nostri Sac. Cons. Præsidens supplicationes non admittit quando de sententiæ exequutione tractatur.

4 Tertio annotandum est quid agendum in casu, quo † essent consuetudines diuersæ Iudicis sententiæ, & Iudicis executionis ipsius, in quo Ioan. Faber. in l cunctos populos C. de sum. Trinit. & fide Cathol affirmat esse attendendam consuetudinem loci Iudicis executionis, quod approbauit Maran. in 6. par. in vlt. actu de executione sent. nu. 8. & post eum Carpan. ad stat. Mediol. cap. 8.

Quarto habemus executionem † sententiæ fieri non posse 5
elapsis 30. annis, vt tradit Maran. in sua praxi post Afflict. decis. 145. quod sequitur Horat. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 158. num. 271.

Quinto alienationem † factam in fraudem paratæ execu- 6
tionis non impedire executionem sententiæ, nec esse opus agere reuocatoria, vt post Bald. in l. ob maritorum C. ne vxor pro marito, & Paul. Castrens. in l. à diuo Pio §. super rebus ff. de re Iudic. affirmat Io. Vinc. Anna singul. 29.

Sexto annotare † licebit executionem fieri posse in bonis 7
creditoris etiam ipso debitore existente carcerato, ita tradidit Io. Vinc. Anna sing. 69. vbi eius filius refert decisionem D. Præsidis de Franch. decis. 500.

Septimo annotandum † est executionem sententiæ pluri- 8
bus casibus faciendam esse appellatione interposita non obstante, quos refert Afflict. decis. 131. ita Iudicem vnius territorij posse implorare brachium alterius Iudicis alieni territorij vbi bona sunt sita super quibus est iudicatum, tradit Carpan. ad statut. Mediol. cap. 158. nu. 15. cætera videnda erunt per Marant. & Carpan. locis citatis.

D E

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA. Rubr. XLII.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HIc titulus plurima habet iura concordantia tam ex canonico, quam ex ciuili iure: concordat enim similis titulus in lib.ff.alius in lib.C.vbi etiam Ne liceat potentior. Item & tit. C. de iis qui potentior. nomin.titulos prædijs affigunt, sic & C.de litigios. & pariter in lib.decretal. de alienat.Iudic. mutan.caus.facta vbi latissimè scribentes, sic etiam in decreto in c.vlt.10.q.2. Apud Hispan, habetur de hac re in l.15. tit. 7.par.3.& l.30.tit.2.ead.part.vbi Gregor.Lopez, sic apud Mediolanenses statut.262. Extat etiam de hac re tract. Speculat. in tit.de alienat.iudit. mutand. causa facta, & in 3 vol. tract. par.1. adest tract.de alienat.iudicij mutan.causa facta Hadriani Puluei.

Alienans rem in potentiorem siue ante, siue post litem motam punitur, vt hic, sic etiam emptor quando sciens emit, quod cessat in contractibus dotium, donatione propter nuptias, & alijs, vt in fine, h.d.Tapia.

IMPER. FEDER.

EOrum T a * fraudibus occurrentes, qui res mobiles, seu etiã incorporales ante litem contestatam vel etiam ante citationẽ factam in aliũ quomodolibet potentiorem transtulerit causa mutandi iudicij, decernimus ipsos, nõ vt olim, tantum ad interesse, cuius b probatio est difficilis & incerta, sed in tertia æstimationis rei, quam transtulerit condemnari, quã sacro nostro ærario præcipimus applicari. Quod si post litem motam res in iudicium litigiosi cadentes aliquis scienter transtulerit, vt processum iudicij valeat impedire, venditor pretio rei venditæ; emptor etiam sciens, alio tantum pretio rei venditæ, vtroque fisco nostro applicando mulctetur. Si autem sciens emptor probari non possit, cum præsumatur ignorans propter bonam fidem suam, pretium recuperare volumus quod exoluit: & de toto pretio, in quo venditor, qui semper sciens inuenitur, vt prædiximus, & damnandus. Quartã lucri facere volumus ignorantem emptorem, alijs tribus partibus fisci nostri iuribus sociandis. Quæ omnia non tantum in venditionibus, sed in quibuslibet contractibus locum habeant. Contractibus tamen causa transactionum T dotium, & donationum propter nuptias, necnon diuisionum rerum hæreditariarum, & alienationum legati, vel fideicommissi causa factos excipimus, tenore etiam veteris legis exceptos.

a *Orum.* Punit hæc constitutio alienationem causa mutandi futuri iudicij, & non punit ad interesse, vt olim, sed ad certam pœnam, quia difficilis est probatio interesse. concord Inst. de verb. obl. §.fin. dicitur hic futurũ iudicium ante li. factũ etiam citatione. ¶Et sic corrigitur hic Auth. de litigio. ¶De pœna vero alienantis, vel accipientis rem litigiosam dic per omnia, vt in præalleg. tit §.fi. nisi quòd illa cõcludit tertiam partem precij emptori ignoranti, hic concedit quartã.

* ADDITIO. *Vide scrib, in c. regni conuentus, nu.142.*

b *Probatio.* Vt ff. de præt. stip. l. fin. & C. de sent. quæ pro eo quod interest, l. 1. §. in alijs accusa.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

EOrum *fraudibus.* Prouidet contra alienantes res litigiosas. Plenius prouidet constitutio incliti Caroli II. quæ incipit, conuentus de possessione rei, sed nec hoc sufficit, quia tot sunt fraudes, quæ circa hoc iugiter committuntur, sed dicta constitutio, conuentus, multas modernorum dirimit quæstiones.

Berum,

EOrum *fraudibus.* Vide cap. Caroli Secundi, quod incipit, conuentus. in ver. quòd si post litem motam. Sed nunquid sit necessaria litis contestatio, vt incidat in crimen litigiosi? dic quod non, sed libellus expedit quòd sit oblatus, vt in Auth. de litigio. §. 1. in glo. non est necesse. Pamphilus.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HAec constitutio pœnam† imponit alienantibus res super quib. litẽ moueri timent aut est mota, imò pœnã auget à iur. com. ff. & C. impositã, siquidem l. 1. ff. de alien. iudicij mut.
2 causa fact. ad † interesse, vt hic asseritur condemnabatur alienans, cum qua l. concordat l. 30. tit. 3. par. 3. lex autem fin. C. de litigiosis, consimilem huic constitutioni pœnam imposuit.

Hanc materiam latè prosequitur hic Afflict. ad quem omnes recurrunt. Et quatenus in 6. casu num. 14. asserit iudicium super actione personali rem litigiosam non efficere etiam si ad rem
3 ipsam agatur, veluti actione ex empto, dicas † hoc non videri vndique tutum, contrarium etenim firmat glo. in l. quamquam §. 1. in ver. Iudicium ff. de aqua pluu. arcend, ibique eam sequũtur Bart. Cuman. Imol. Roman. & additio ad eundem Bart. & post alios Iason. cons. 43. col. vlt. lib. 1. inquit temerarium ab hac opinione in iuditijs discedere, ipsamque post alios probat Couarr. practicar. quæst. cap. 15. num. 6. in fine inquiens opinionem hanc veriorem, vtiliorem, & conducibiliorem in praxi existere ad euitandas litigantium fraudes, & ne sententia elusoria redatur cætera videnda erunt in decis. Senat. Pedem. per Caccheran collectis decis 64. & 144. & Couuar. d. C. 15.

T *Fraudibus.* Aduerte circa hoc quod requiritur fraus, † & 4
dolus istius alienantis in potentiorem, sicuti scientia emptoris, vt hæc procedant, nam si alienatio fieret, vel propter ætatem, vel aduersam valetudinem, vel alias occupationes hæc cessarent ita ex reg. tex. in l. non solum, §. 1. ff de alienat. iudic, mutan. cau. fact. deducit Gregor. Lopez ad l. 15, tit. 7. par. 3. vers. *engañosamente.*

T *Dotium.* Concordat præallegata l. fi. C. de litigios. in fine.

Re alie-

Re alienata pendente iudicio super ipsa moto, lis finitur cum ipso conuento, & exequutio fit contra possessorem. h. d. Tapin.

REX CAROLVS SECVNDVS.

CONuentus* possessionem rei, vel re ipsa quocunq; iudicio, si lite pendente contestata, vel quasi, possessionẽ, vel alienauerit in alium, & ali quo titulo transtulerit: aut alius sciens, aut ignorans ipso conuento rem vitio litigiosi affectam acceperit, vel possessionem intrauerit; in persona ipsius alienantis, transferentis, & consentientis finiatur iudicium, & si per multas manus possessio ambulauerit, vt executio fiat contra possessorem, apud quem dicta res, vel possessio inueniretur manere.

C*Onuentus*. Pro declaratione huius c. vide Cyn. in c. pro possessore, de reg. iur. lib. 6. & gl. in l. Iulianus, & in l. si is qui fraudationes. ff ex quib. cau. in pos. eat. ¶Et not. quod vbi iudicium est incœptum contra aliquem ob aliquam rem, in eius persona debet finiri, & executio fieri cõtra possessorem. ¶Et qua pœna punitur emptor, & venditor vendentes rem litigiosam, vide in const. incip. eorum fraudib. circa fi. & in l. fi. C de litig.

Conuentus. Vide pro hoc cap. constit. Regni, quæ incipit, eorum fraudibus. & etiam l. 2. C. de litig. N.

* ADDITIONES. Conuentus. *Si tutor est condemnatus ad reddendum computum in actione personali, an possit exequi super bonis medio tempore alienatis contra emptorem. vide Capic. dec. 1·3. qui dicit quod non. secus si in executione esset citatus ille tertius possessor pro suo interesse iuxta Bal. in l fi. ff. si cert. pet. & in l. 2. C. quando fisc. vel priuat. & per Doct. in l decem ff. de verb. oblig. & an contra clericum tertium possessorem vide Pet. de Anch cons. 394. Steph. de Aufrerio in repet. clem. 1. de offic. ord. reg. 2. fall. 10. Guliel. in cap. Raynut. in verbo, & vxorem Adelasiam.* F. Iord.

¶ *Vide etiam Felyn. in c. venient, il 2. col. 8. ver. secundo no. quòd statutum Paduæ, de testib. vide omnino Franc. de Aret. & Fel. in cap. quia. de iud. vbi latè examinant materiam huius cap. & Philip. de Franchis in cap ex ratione 25. 26. col. de appel. vbi allegat dictum Innoc. in c. quia. de iudic.* M. Ant. Pul.

¶ *Vide Afflict. in decis. 396. & in constitut. circa violentiarum. nu. 2. & omnino Couar. in cap. 15. pract. qq. nu. 7.*

Sententia lata contra debitorem mittitur executioni contra tertium possidentem, cui fuit facta alienatio lite pendente hoc cap. saluat opin. Bal. vt per Scrib. in l. à diuo Pio. §. si super reb. ff. de re iud. vide Mod. in const. circa violentiarum. col. 2. in prin. An autem hoc cap. habeat locum, si alienatur in clericum, vid. Soc. in consi. 14. vol. 4. vbi per totum pulchra dicit, & tenet, quod non. De B.

Possessio ambulauerit, &c. Hæc litera sumpta est ex l. fi. & l. sed & si lege commissoria §. perinde. ff. de pet. hær.

Apud quem, &c. Pro hoc facit aperte in Auth. de mona. §. si verò his quidem. in fi. vbi est litera talis. Ea verò quæ rapta sunt, si apud quoscunq; inueniantur, modis omnibus reddantur pristino domino. N.

Et nota quòd si tales alienationes, siue translationes fiant in potiorem, qui se causæ defensioni opponat vel titulos, & de se signa sua prædijs, de quibus est mota lis, affigat: conuentus ipsius prædij, super quo conuenitur, amissione mulctandus est, vt C. de his qui poti. præ. impo. l. 1. alias, vt nemo priuatus ti. præd. suis impo. Nicol.

¶ De materia huius c. vide in l 3. per Bar. de pig. & per Bald. in l. vna. de alien. io. mu. cau. fa. & in Auth. de litigios.

Ibi, *possessio*. Pro declaratione vide constitutionem, circa violentiarum. Bartol. Per istud cap. determinata est quæstio. quam format Cy. in l. 1. C. de alien. iudi. mut. causa fac. Idem determinat cõst. eorũ fraudib & semper ad istud recurre. P. Pic.

Conuentus. Ad materiam huius capitu vide constitutionem regni, quæ incipit, eorum fraudibus & l. 2. C. de litigio. ¶In tex. ibi (possessio ambulauerit &c) hæc litera sumpta est ex l. fin. & l. sed & si lege commissoria. §. perinde. ff. de peti. hære. ¶In tex ibi (apud quem &c.) pro hoc facit apertè in auth. de mona. §. si verò his quidem. in fi. vbi dicit, ea verò quæ rapta sunt, si apud quoscunque inueniantur, modis omnibus reddantur pristino domino. Et nota, quod si tales alienationes, siue translationes fiant in potentiorem, qui se causæ defensioni opponat, vel titulos, vel signa sua prædijs, de quibus est mota lis, affigat, conuentus ipsius prædij, super quo conuenitur, amissione mulctandus est. C. de his qui potentio. nomini. titul. prædi. affi. l. j. quod est vulgare Nicolaus de Neapoli. Nota, quòd conuentus iudicio possessorio, vel petitorio, si post litem contestatam vel quasi, possessionem, vel rem in alium transfert in persona eiusdem alienantis iudicium finitur. Et per quascunque manus possessio ambulauerit, fit executio in possessorem, idem tenet Cyn. de iure communi in l. vnica. 8. quæst. C. de alien. iudi. muta. cau fa. Bart. tenet contra in l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. ibi, formo tibi vnam quæstionem, vbi tenet, quòd prius agendum esset reuocatoria, idem tenet in l. si quis missum. in fi. ff. de dam. infec. Tu dic secundùm Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. quòd aut conuentus commisit dolum in fraudem, paratæ exceptionis, vel missionis, & eodem modo fit executio, & missio contra possessorem. l. chirographis. ff. de administr. tuto. Aut in fraudem creditorum diminuendo bona vt minus sit in bonis, & tunc agendum est ordinariè, vt Instit. de actio. §. item si quis in fraudem. Sebastianus de Napoli.

ADDITIO Conuentus. Circa materiam huius cap. vide Matth. de Afflict. decisio 396. in causa comitis colu penult. & aliquid per eundem decisio. 331. quædam Diana per Bart. in l. 3. de pign. & per Bald. in l. 5. C. de alien. iudic. muta. cau. fac. & in authentica litigiosa C de litigio. & vide Alexand. in addit. ad Bart. in allegata. l. si quis missum. § fi. ff. de dam. infe. cum ibi allegatis, & Thom. Gram. deci. 61. num. 46. ¶In tex. ibi (conniuente) idest consentiente, quia satis dicitur consentire, qui scit & tacuit ita dicit Matth. de Afflict in constitut. eorum fraudibus. col. 4. versic. septimò. Et regula est, quòd non potest fieri alienatio rei litigiosæ vt hic, & l. fin. C. de litig. Tamẽ ista regula limitatur per vigintitres limitationes, quas ponit Matth. de Afflict in d constit. eorum fraudibus. in 8. quæst col. 4. cum alijs sequen: & dicit, quòd res litigiosa potest alienari per contractum dotis, item per contractum transactionis validæ. Item per contractum donationis propter nuptias. Item per contractum diuisionis inter hæredes, & in alijs casibus, vt ibi latè per eum, vbi vide. Et ibi etiam habes, quomodo probetur, quòd alienatio sit dolosè facta, & quando dicatur fieri litigiosa, de omnibus latè vide per eum. Et aduerte etiam: quia ex contractu rei litigiosæ res potest præscribi. l. Pomponius. § cum quis. ff de acquiren. possess. cum similibus, illud intelligitur, quando est sequuta traditio rei, vt per Matth. de Affli. in d. decisio. 331. col. penul. versi. nec obstat.

ADDITIO noua. An autem quando agitur possessorio, inducatur vitium litigiosi, vide Bart. in l. 1. ff. de litig. glo. Abb. & Moder. in cap 1. de confir. vtil. vel inutil. Paris. in c. dilecto. col. pen. num. 15. de excep vbi facit mentionem de isto cap & concludunt, quod non inducatur vitium litigiosi, nec res efficitur litigiosa, sed bene possessio efficitur litigiosa, de quo etiam per Bal. in l. 2. & in auth. C de litig. Io. Ant. de Nigris de Ciuitate Campaniæ I. V. Doct.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T
s
CVm hoc capitulo concordat l. 15. tit. 7. par. 3.
Quocunque iudicio. Hoc est intelligendum de † iuditio reali non autem personali, & ita communis practica recepit, licet hoc verbum ita generaliter positum occasionem dederit aliquibus affirmandi etiam de personali iudicio loqui posse ad quòd faciunt quæ super us annotauimus ad constitut. Eorum fraudibus vbi post Couarr. annotauimus in vitium litigiosi incurrere eumqui conuentus actione personali ad rem sequendam ipsam pendente lite alienauit. His addam, quæ tradidit eleganter Couarr. pract. quæst. cap. 5. nu. 7. vbi constanter affirmat † sententiam contra conuentum in actione reali latam contra tertium a
possessorem fore exequendam siuè sciens, siuè ignorans teneat, & supra num. 6. ex communi omnium scribentium sententia 8
concludit rem † litigiosam effici eo ipso, quod per citationem possessor illius fuit requisitus actione reali.

DE EXPENSIS. Rubr. XLIII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Materia hæc expensarum ea causa litis abundè per Doct. diuersis in locis tractatur, Ideòq; breuiter eorum nomina, & iura, sine titulos recensebimus, Agitur enim per Iureconsult. in l. terminato l. pen. & fin. C. de fruct. & lit. expens. & in l. properandum §. sin autem alterutra C. de iudit. & in lib. Institut. habemus tit. de pœna temere litig. Apud Canonist. tex. ibiq; Doctores in c. calumniam de pœnis, & in c. finem litibus de dol. & contum. In ll. Hispaniar. loquuntur de hac re l. 8. tit. 3. & l. 8 tit. 22. par. 3. vbi Gregor. Lopez, & in lib ordinat. tit. 18. lib 3. vbi Didac. Perez. Quemadmodù, & in l. 1. & sequent. tit. 22. lib. 4 nouæ recollect vbi Azeued. Apud Gallos extat Regia ordinatio lib. 3. tit. de expensis, In statut. Mediol. duplex adest constitutio nempè 55. & 56. vbi Horat. Carpan. De hac re late Spec. tit. de expensis in §. si ante litis contestationem. Marant in sua praxi 6. par. 3. membro iudicij num 9. Couarr. pract. quæst cap. 27. Lanfranch. in tract. de expensis in 3 tom. tract. Ioan. Milie. in praxi Franciæ nu. 28. Muscatell. in 7. par glos. condemnando nume. 63. & sequent. 3
Petrus Gregor. Tolos. in sintagm. iur. lib. 50. cap. 1. nume. 24. Afflict decis. 70. & Grāmat. decis. 82. Scribunt Doctores, & præcipuè Bart. in l. non ignorans C. de fruct. & lit. expens. Salicet. in l. qui crimen C. qui accus. non possunt, Luc. de Penna in l. vnic C. de sumpt. recupera. lib. 10. Paul. Castrens. in l. destitisse ff. de iudit. Abbas, & Auan. in c. accedens de accusat. 4

Victus victori condemnandus est in expensis, quarum liquidatio, vel probationibus, vel iuramento victoris fieri debet. h. d. Cap.

IMPERATOR FEDER.

Diuorum. Pro scripturis, id est iudicaturis.

Diuorum a Principū prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, Vniuersaliter omnibus iudicibus nostris iniungimus, Vt victoribus victos, quos ignorantiæ causa probabilis & euidens non excusat, condemnare debeant in expensis, sicut eas volunt de facultatibus proprijs elargiri. In victoris sanè iudicio ponimus vtrum expensarum ipsarum quantitatem nulla taxatione iudicis munienda, probationibus diluci-dare voluerit, vel proprio sacramēto firmare, proinde iudicialis taxationis arbitrio moderandas.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

Diuorum Principum. Vt C. de iud. l. sancimus, &c. Require supra in fi. primi lib char. 132. & omnia scripta super ipsa l. diuorum, hic pone, & ibi deleantur.

Diuorum Principum Ibi, victus. Fallit in casu specialissimo, vbi victor victo in expensis condemnatur, vt in Authen. de defenso. ciuita. § & iudicare. ibi, omni litis subdi dispē dio. Quæro dicitur hic, quòd si Iudex non condemnat victum victori in expensis, quòd debet soluere de suo proprio, vt hic, & C. de iud. l. properandam. §. si autem alterutra. & ibi Cyn. ponit, an si solum, recuperet à victo? pro ista. q. vide tex. in l. missi. C. de exacto. trib. & quòd no. Specu in tit. de expen §. nunc 2
videndum Sed quæ erit forma condemnationis expensarum? no. Spe. in tit. de fen. § postremo. ver. item scias. & clarius in Speculo de exceptio. §. visa quod si reus probare ¶ Sed an pars debeat citari ad condemnationem expensarum? dic, vt in cap. constitutum. de procura. & vide Inn. in c. audientis. extra de procura. Petrus de Monteforte.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

Ex hac Constitutione, & Rit. 310. & ex Cap. Neap. concesso habemus regulam † victum victori in expensis condemnandum esse, concordant in hoc l. pen. C. de fruct. & lit. expens. & 9. hæc autem institut. de pœna temere litigant. & l. 8. tit. 22. part. 3. & l. 1. tit. 22. lib. 4. nouæ recollect. Hanc regulam ampliat pluribus modis Carpan. ad statut. Mediol. cap. 55. & 56. cuius verba ad literam posui cum nimis accuratè & breuiter omnia, quæ ad rem hanc pertinent cumulauerit, & alia comprobauimus ex alijs, quæ tradidit Azeued. ad d. l. 1. tit. 22. lib. 4. nouæ recollectionis.

Regula est quòd victus victori condemnatur in expensis.

Ampliatur primo procedere tam in ciuilibus, quam in criminalibus ita Asyn. in sua praxi iud. § 32. cap. 2. ampliatione prima, qui testatur de communi, Lucas de Penna in l. 1. colum. 3. C. de sumpt. recuperat lib. 10. Couarr. pract. quæst. cap. 27. in princ. Ias. in l. properandum § sin autem alterutra num. 1. & 22. C de iudit. verum sublimitatur ista ampliatio in tribus casibus de quibus per Asyn. in præcit. loco, & Azeued. in d. l. 1. tit. 22. lib. 4. nouæ recoll. nu 4.

Secundo. Ampliatur tam in causis principalibus, quam appellationum, & nullitatum Asyn. in d. prax. §. 32. cap. 2. ampliatione 8. & hoc tam si succumbat appellans, quam appellatus, Azeued. in d. l. 1. num. 1. dummodo ex actis veteribus litem amittat Cyn in l. generaliter num. 6. C. de reb. credit. Bald. in d. l. properandum §. sin autem alterutra num. 23. & 24. C de iudit & alij, quos cumulat Carpanus præcit. loco num. 3. & 4.

Tertio. Ampliatur tam si procedatur coram iudicibus ordinarijs, quam delegatis, ac etiam arbitris Asyn. d. loco ampliat. 3. Couar. d. cap. 27. pract. quæst. nu. 1.

Quarto. Ampliatur vt locum habeat etiam in decretis interlocutorijs quando articulus est facti, secus quando est articulus iuris Ias. in d. l. properandum §. sin autem alterutra nu. 10. Asyn. loco citato ampliat. 18. cuius rei rationem assignat Asyn. ibi quia in articulo iuris cum possit Iudex ad illius expeditionē procedere nō adest partis culpa, secus in articulo facti. Hæc autem condemnatio in interlocutorijs potest quandoque & ante sententiam diffinitiuam fieri, vt not. Guid. Pap singul. 125. & Couart d. cap 27. num. 2. Asyn. loco citato ampliat. 11. sic etiam potest in ipsa sententia diffinitiua condemnatio fieri dummodo condemnatus in interlocutoria succūberet etiam in diffinitiua alias non Angel. in l terminato nu. 2. C de fruct. & lit. expens. Rebuff. tract. de expens. art. 2. glo. vnica num. 8. & 9. quod tamen minimè procedit, quando interlocutoria absorberet totum negotium, vt tradit Asyn. loco citato in 33. limit. num 30 Maranta 6. part. 1. actu nu 38. Ias. in d. l. properandum num. 29. Sic etiam sublimitatur quòd si victor non conse-

consequeretur has expensas ante sententiam diffinitiuam, & succumberet postea in diffinitiua nõ possunt amplius peti ita Ias. in d.§. fin autem alterutra nu.20. Rebuff. loco citato nu. 9.

Ampliatur ista quarta ampliatio, quòd istæ expensæ solui deberent etiam quod Iudex illam interlocutoriam reuocaret ita Asyn.d.c.2 ampliat.13.

Intellige istam conclusionem, vt si solutæ fuerint non repetantur, si succumbens deinde vicerit in diffinitiua ita Bartol. in l. si pignora num.2. ff. de pignor. act. Cepolla in l. eum autem §. non redhiberetur num.3 ff. de edil. adict. Angel. in l. damni infecti §. cum parietem num. 2. ff de damn. infect. Iason loco cit. nu.20. & alij quos cumulat Carpan. nu.13.

Quinto principaliter ampliatur in actore succubente in exceptione, & replicatione qui condemnatur in expensis, Mysinger. obseruat. 23. centur. 50.

Hoc autem limitatur in reo opponente exceptionẽ ineptã, quia non potest in expensis condemnari, vt ille qui proponit actionem ineptam, quia exceptio non est actio, ita Lucas de Peona in l. 1 C. de sumpt. recup. lib. 10. nu. 9.

Secundo sublimitatur in succumbente in iuditio attentatorum, vt not Asyn. d. cap 2. ampl. 68.

Sexto principaliter ampliatur, vt non solum condemnentur in expensis victus in interlocutoria in causa principali, sed etiã in interlocutoria in causa appellationis ita Afflict. decis. 42.

Septimo ampliatur etiam si pro parte sit victus, & pro parte victor quia quilibet victus tenetur ad ratã victoriæ Asyn. d.§.32. cap.2. ampl.72. Sarayn. ad Matthesil. sing 3. nu. 3. Verum casu isto fit expensarum compensatio, idem Asyn. d § 32. cap.5. Ias. d.§. fin autem alterutra nu. 15.

Limitatur ista septima ampliatio, quando actor peteret plus debito, quia tunc ea quo licet reo totum negare non condemnatur in expensis pro parte pro qua fortè succumberet Ias. d.§. fin autem alterutra nu.17. & Asyn. loco cit. in 10. limitat. Gabriel. in sua commun. opin. tit de expens. conclus.2. n 1.10. Vrsill. ad Afflict. decis. 296. num.2. licet contrarium teneat Couarr. variar. resolut. lib. 1 cap 2. num. 5. vers. quamobrem, imò si quis plus debito peteret, vt reum expensis fatigaret condẽnatur & vltra interesse alijs pœnis Ias. in §. tripli nu.17. & 44. inst. de act. & Io. Crisp. de Mõt. in arbore post Ias. de act. n. 128.

Octauo principaliter ampliatur procedere tam si reus fuerit conuictus quam si spontè confessus fuerit debitum, quia adhuc condemnatur in expensis primæ petitionis Asyn. d.c. ampliat. 55 & 56

Limitatur tamen hæc ampliatio non procedere si reus in prima citatione fateatur debitum, quia non condemnatur Ias. in d.l. properandum § fin autem alterutra num.10. vers. septimo limita C. de iuditijs, Rebuff. ad constit. Galliæ tractatu de expensis art. vni. num. 17.

Nono principaliter ampliatur procedere etiam in renuntiante liti, vt debeat adhuc tanquam victus condemnari in expensis post Bal. & alios tradit Asyn. d.c.2. ampl.2.

Limitatur tamẽ hæc conclusio non procedere quando reus renuntiaret visis instrumentis ex quibus constet malam causam fouere Ruin. cons. 217. vol. 1. in fine, Menoch. de retinenda possessione remed 3. nu 656

Decimo principaliter ampliatur etiam vbi actor vincatur à reo ea re, quòd fuit absolutus ab obseruatione iuditij ob peremptionem instantiæ Asyn. late d.c.2. ampl.27.

Vndecimo. Ampliatur procedere etiam si reus soluit creditum petitum pendente lite, vt tradit Asyn. d c.2 ampl.57.

Duodecimo principaliter ampliatur vbi actor noua iura producat ex quibus vincat, quia condemnatur in expensis primæ petitionis non iustæ ità Asyn. d.c 2. ampl 58.

Decimotertio. Ampliatur procedere etiam si transigatur nã nisi expressè fuerit de expensis transactum. adhuc reus condemnatur in expensis factis per actorem Asyn. d.c.2. ampliat. 37. & 38.

Decimoquarto. Ampliatur in malè impetrante rescriptum, nam debet in expensis condemnari, ita notat Bald. in cap sæpè num. 7 de appellat. & Asyn. d. loco ampliat. 69.

Decimoquinto Ampliatur etiam in succumbente in articulo iuris, nam adhuc condemnatur in expensis, ita notat Bonacossa in quæstione criminali in versic. victus & Carpan. dicto capit. 55. nume. 37. quæ conclusio videtur aliquantulum aduersari ampliat. 4. licet illa loquatur de decretis interlocutorijs.

Decimosexto. Ampliatur in contumace, qui vti confessus condemnatur, nec noua requiritur citatio in harum expensarum condemnatione Asyn. d.c.2. ampliat. 63. Gabriel in suis communibus conclusionibus tit. de citation. conclus. 1. nume. 388.

Decimoseptimo. Extenditur ad eum qui passus est immissionem in possessione bonorum nec similiter noua requiritur citatio in expensarum condemnatione si incontinenti fiat Io. franc. Balb. suis communib. cent. 4. conclus. 338.

Prorogatur decimooctauo ad mendacem, nam, etiam si absoluitur adhuc condemnatur in expensis Afflict. decis. 126. in fine, & Asyn. d.c 2. ampliat. 21.

Ampliatur decimonono ad victum per iuramenti decisiui delationem nã adhuc in expensis condemnatur Ias. In d.l. properandum §. fin autem alterutra num. 10. C. de iudit. glos. in l. generaliter §. his de præsentibus in vers. ab altera C. de rebus credit.

Vigesimo. Ampliatur vt procedat in victo non obstante quòd iurauerit de calumnia, Orian. in cap. quoniam contra deprobat. num. 5. Lucas de Penna in l. 1. C. de sumpt. recuper. lib. 10. vers. decimonono quæritur Ias. in d §. fin autem alterutra num. 11. & alij quos allegat Carpanus d. cap 55. num. 43.

Vigesimoprimo intelligetur in clerico, qui passus est condemnari à Iudice seculari, ac passus executionem, nam adhuc cõdemnatur in expensis Asyn. d. cap. 2. ampl. 61. Didac. Couarr. pract. quæst. cap. 33. nu. 2, qui tamen limitat hanc conclusionem, vt vbi per eum.

Vigesimosecundo declaratur, vt nedum victus condemnetur in expensis, sed etiam victor qñ, vel litigauit per procuratorẽ minus legitimum Asyn. d.c.2. ampl. 74. aut qñ dolo desijt exhibere instrumentum in quo victoria causæ consistebat vsque ad finem litis idem Asyn. d.c. 2, limit. 18. principa i nu.2. sic etiam si titulum in fine iuditij exhibuit quem prius exhibere debebat, Asyn. d. c. ampliat. 78. similiter etiam si in causa principali obtinuit centum, & in appellatione nonnisi quinquaginta, nam ex quo petijt plus debito quo casu licitum est reo negare totum, condemnatur in expensis Lanfran. d. cap. quoniam contra deprobat num. 11. Asyn. d. cap. 2. ampliat. 79. Vrsill. ad Afflict. decis. 296. num. 2.

Vigesimotertio, Idẽ est receptũ in fisco, & Ecclesia Asyn d. c.2. ampl. 51. Rom. sing. 44. Contrariũ tenet in fisco Azeued. ad d.l. 1. tit. 22. lib 4. nouæ recoll. n. 6. post Boer. decis. 324. n. 1.

Vigesimoquarto. Comprehenditur, & Rusticus Asyn loco citato ampliat 52.

Vigesimoquinto. Ampliatur ad administratorem minoris, nõ autem ipse minor tenetur Asyn. loco citato ampliat. 50. sic, & in tutore Borgh. Caualch. tract. de tutore nu. 51.

Vigesimosexto. Extenditur ad procuratorem victum ex culpa defectus processi inordinati, nam ipse non principalis condemnatur Castrens. cons. 67. vol. 1.

Vigesimoseptimo. Prorogatur ad procuratorem Episcopi, qui iniustam litem mouet Asyn. d. loco ampliat 65.

Vigesimooctauo. Declaratur ad accusatorem si petijt absolutionem à Iudice, siuè obtineat, siuè non condemnatur in expensis Ias. d.l. properandum §. fin autem alterutra nume. 10. C. de iudit.

Vigesimonono. Ampliatur vt pcedat in emptore rei locatæ qui conductorem vexat obligationem bonorum habentẽ pro manutentione rei sibi locatæ, nam victus condemnatur in expensis, Lanfran. in d. cap. quoniam contra deprobat num. 4.

Hæc tamen regula limitatur. Primo non habere locum in victo dum erat absens Mysinger. obseruat. 67. nume. 2. cent. 4. Asyn. d.§.32. cap. 2. limit. 11.

Restringitur secundo in victo ob iuramentum suppletorium per vincentem præstitum, qui alias non obtinuisset, nam in expensis condemnatur Ias. in dicta l. properandum §. fin autem alterutra nume 10. C de iudit. Rebuff. tract. de expens. art. 1. glo. vnica nu 28. Asyn. d.c.2. limit. 14.

Cessat tertio in emptore, qui passus est contra se ferri sententiam ad finem habendi regressum de euictione quam aliter obtinere non posset Ias. dicto §. fin autem alterutra nume. 10.

Limitatur quarto in emente rem per proclama, nam si succumbat non condemnatur in expensis Cotta in suis memorialibus in ver. expensæ.

Cobarctatur quinto nõ procedere in victo ex duello Asyn. d.c.2. limit 23.

Non procedit sexto in prosequente suam, vel suorum iniuriam

riam Asyn.d.§.32. cap.32.

Septimo. Coagulatur in exceptionem ineptam proponente, nam non condemnatur in expensis, vt actor, Lucas de Penna in l.1.versicu. vndecimo quæritur C. de sumpt. recupera. lib 10.

Octauo. Locum non habet in victo litigante cum aliquo quòd ratione eius priuilegij non potest condemnari in expensis ita Asyn.d.§.32.c.2.limit.28.

Cessat nono in Monaco, nam non condemnatur in expensis ex eo, quòd non habet vnde soluat, Asyn. dicto cap.2. limitat 24.

Limitatur decimo nō procedere in victo qui iustam habuit litigandi causam Ias. in l. properandum §. sin autem alterutra num.3.C.de iudic.Bernard. Diaz reg.274.Azeued.ad d l.t.tit. 22 lib.4.nouæ recollect num 24.& 31.Rebuff tract.de expensis art.1.glos.vnica num.29 quod ampliat Couarr. d. cap. 27. num 6 vers sexto procedere tam in causa principali, quam appellationis.

Sublimitatur tamen hæc conclusio vt locum habeat in expensis iudicialibus, non autem in conuentionalibus Diaz dicta reg.271.& Couarr.loco citato vers.hæc tamen sexta. Ampliatur hæc sublimitatio etiam si in lex absoluisset victum ab expensis in lite factis, ita Asyn.d.c,2.amoliat 249 Ias.in d. §. sin autem alterutra num 4.& Rebuff.d.tract.de expensis.glo.vnica art.1.nu 42.& 43.

Secundo sublimitatur non procedere quando adest statutū quòd victus victori condemnetur in expensis, nam tunc iusta causa non excusat Asyn.d. c.2.limit. 1.Alex.cons.34. in fi. vol. 3.& cons.183. vol.5.

Sublimitatur etiam alijs modis de quibus per Diaz d.reg. 224 & Iason.loco vbi sup.nu.5. vsque ad 8.

Iustæ autem litigandi causæ, quæ ab expensis excusant hæ sunt quæ colliguntur per Carpanum ad d.cap 55. in vers.propter iustam causam. Prima est quando litigans authoritati innititur Doctoris eius opinionem tuentis, ita Iason in d.§.sin autem num 8.Asyn d.§.32.cap 2. limit. 2. Tiraquell. tract.de pœnis causa 51.nu.108.

Secunda est quando quis pro se duo habet consilia peritissimorum Doctorum Ias vbi sup.num.8. Rebuff.d. tract. de expens.art.1.glo.vnica nu.39. Menoch. tract de arbitr. iud. lib. 2.cent.2. casu 137.

Limitatur tamen hæc conclusio non procedere quando dicta consilia essent contra communem scribentium sententiam Asyn.d.§.32. cap.35.

Tertia iusta causa est quando articulus causæ est intricatus, & perplexus, ac varios habet intellectus Ias. loco cit. nume.8. Asyn.d.§.32 cap.2.limit.4.Menoch.d.casu 127.nu.6.& 7

Quarta, est quando victus se sēmiplenè probauit, victor vero obtinuit propter iuramentum suppletorium per eum præstitum Ias.d.loco, & Asyn.d § 32.cap.2.limit.5. Socc. in suis regulis reg.181.Menoch.d.casu 127. num. 8.declarando, vt ibi per eum.

Quinta est quando victus probauit intentionem suam per testes, qui postea fuerunt reprobati vti infames, vel falsarij Ias. d.§.sin autem alterutra num. 8. vers. quarta, Rebuff. d. art.1. glo vnic.nu.34.

Sexta causa est quando victus inductus fuit ad litigandum ex eo, quòd testes instabant se deposituros in eius fauorem, secus tamē postea in iudicio fecerunt, vel sunt mortui Ias.d. §.sin autem alterutra vers.sexta conclusio, Menoch. dicto casu 127. num. 11.

Septima quando victus fundauit intentionem suam ex eo, quod id audiuit dici à pluribus testibus Ias. vbi sup.num.8 vers. septima conclusio Menoch. loco cit.nu.12.& 13

Octaua. erit si victus litigauit ob suum pudorem seruandum Ias.d.loco num 9.vers. octaua conclusio, & Menoch. vbi sup. num. 14.

Nona. Causa iusta est quando victus est persona valde honesta magnæ, & expectatæ fidei Socc. in regul.181. vers. tertio fallit Ias.in l iubemus num 12. C. de iudic. & in d.§.sin autem alterutra num.10.vers.quarto singulariter & alij, quos allegat Carpan.d.c.55.num.143.

Decima. Causa est quando creditor petijt plus debito Ias.d. §. nume.9. vers. nona conclusio Vrsill. ad Afflict. decis. 296. num 2.

Vndecima. Quādo victus litigauit iussu sapientis, Menoch. dicto casu 127.num.16.

Duodecimo. Quando adest error probabilis Asyn. d. cap.2. limit.29

Decimatertia. Quando victus habet præsumptionem scripturæ pro se Asyn d.cap.2. limit.30.

Decimaquarta. Quando victus habet iustam causam non comparendi Asyn.d.cap. 2. limit.26.

Decimaquinta. Est in hærede, qui exhibet instrumentum liquidum pro se contra quod exhibetur acceptilatio defuncti Rebuff d.tract.de expens.art.1.glo.vnica num. 36.

Decimasexta. Est quando tractatur de interpretatione statuti, vel legis, Rebuff loco cit.num 33.

Decimaseptima. Quando victus in dubio de quo litigatur habet communem opinionem pro se, ita Rebuff.d.art. 1. glos. vnica, num.38.

Declaratur Constitutio ista vt † expensarum condemnatio 3
procedat siuè in prima, siuè in secunda instantia petatur, vt tradit Gramat decis. 83. quicquid dicat Rit. 297. qui nullatenus seruatur. Intellige secundo, vt Iudex non teneatur † condemnare nisi petatur ita Maran. in 6.par. in 3. membro Iudicij num 9 & Carpan.ad cap.55 num.91. Declara tertio, vt hæc condemnatio procedat † tam in sententijs diffinitiuis, 4
quàm interlocutorijs, vt tradit Carpan. ad cap.55. nu.6.

Iudices Mag.Cur.Vic.taxent expensas tempore sententiæ, nec reseruent. h. d. Capta.

IOANNA II. Rit.310.

ITem Iudices Magnæ Curiæ tempore prolationis sententiæ debeant taxare expensas, & condemnare, & non reseruare eis taxationem in futurum, & ita obseruetur per omnes Curias, prout antiquitus solitum erat fieri, & etiam consuetum.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

ISte Ritus, & Cap. subsequens ita seruantur, † quòd in sententia, vel condemnatur, vel absoluitur victus, non tamen 1
fit taxatio expensarum, sed post sententiam liquidantur summariè tamē & absque strepitu, & figura iudicij, Vidi tamen per Sac.Cons. aliquādo seruari in condemnatione ad interesse in causa criminali ad euitandum expensas, & litium rancores, vt reus condemnetur ad certum, & determinatum interesse in eadem sententia.

Ex cap.Neap.in anno 1476. Cap.10.

REGIS FERDINANDI PRIMI.

ITem che li Giudici della gran Corte tempore prolationis sententiæ, debiano tassare le spese, e condennare, quando iustamente si debbiano condēnare, & ipsi non reseruare in futurum la tassatione, e così si debbia osseruare per tutte le Curie secōdo antiquitus era solito farse, e consueto. Pl.R.M.

PRAGMATICA I.

De expensis.

FERDINANDVS PRIMVS.

TEmeritatem litigantium à legibus punitam approbantes: Mandamus victum victori in expensis per sententiam condemnandum, vel ex iusta causa absoluendum, prohibentes in sententijs, expensarum condemnationem reseruari.

Iste ritus non seruatur, vt superius diximus ad Constitutionem Diuorum Principum, sed siuè in prima, siuè in secunda instantia semper fit condemnatio in expensis. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 297.

ITem seruat ipsa Curia in prima causa, nec in ciuilibus, nec in criminalibus aliquem cōdemnare in expensis.

Expensarum taxatio fit ante sententiam per actuarium causæ, qua facta fit exequutio. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 156.

ITem seruat ipsa Curia, quòd quando expensæ fiunt † ante sententiam } in aliquo casu, sicut contingit in multis casibus, tunc curia committit taxationem expensarum ipsarum magistro actorum, & facta taxatione, si dictæ expensæ veniunt reficiendæ propter contumaciam, per l. sancimus. C. de iud. & tunc nō auditur in iuribus suis, nisi eis refectis. si alia de causa veniunt, tunc facta taxatione, & inquisitione ipsarum per dictum magistrum actorum ab eius procuratore & aduocato & commissario, qui dicuntur recepisse dictas expensas, fit executio per cuiam, sicut sententiarum executio.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

1 ANte sententiam. Circa hoc etiam animadoerte, quod huiusmodi taxatio † expensarum procedit tam in sententijs diffinitiuis, quàm interlocutorijs, & potest fieri quandocunque ante sententiam tradit Carpan. ad cap. 55. nu. 6. post Guid. Pap. sing. 125. & Couarr. pract. quæst. c. 23. nu. 2. }non tamen id seruamus nisi post sententiam licet possint taxari appellatione pendente tradit Anna sing. 31.

Qui in causa principali nihil probauit ad expensas condemnatus non potest appellationem prosequi nisi refectis expensis. h. d. Tapia.

PRAGMATICA II.

De expensis.

QVi in causa principali nihil posuerint, vel probauerint, cum condemnantur in expensis sæpius appellant, magis, vt differant, quam quia credant iustam causam prosequi. Propterea, ad remouendum frustratorias dilationes, statuimus eum, qui in iudicio principalis causæ nihil probauerit, proptereaque succubuerit in expensis condemnatus ad remedium appellationis nullatenus admitti, nisi prius expensas condemnationis legitimè taxatas cum effectu soluerit, præstita tamen idonea cautione per eum cui dictæ expensæ solutæ fuerint de eas restituendo si per iudicem appellationis eas restitui debere iudicatum fuerit, nisi in promptu talis appellans iustè se, impeditum docuerit, in probationibus faciendis, quo casu etiam respectu dictarum expensarum sententia per appellationem suspensa remaneat, & præsens dispositio non habeat locum in causis Ecclesiarum, pupillorum, viduarum, minorum, & miserabilium personarum, in quibus ius commune seruetur.

DE SVMMARIIS IVDICIIS, ET SVMMARIA COGNITIONE contra gabellotos. Rubr. XLIIII.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

QVamuis in primo huius tituli libro actum sit de iudicijs eorumque ordine in genere, & sub illo titulo congruè situari potuisset titulus iste. Actamen cum, & ille titulus materiam ordinarij iudicij contineret, visum mihi fuit post iudiciariam telam expletam, de qua in toto hoc libro egimus, istum ac sequentes titulos subnectere, in quibus de summarijs agitur iudicijs, & vt ad nostrum reuertamur ordinem de concordantijs iurium communium, & aliorum Dominorum sciendū est igitur de hac re agi in Auth. nisi breuiores agemus, C. de sent. ex breui recitā. & in Extrauag. ad reprimēdū, quomodo in læsæ maiestatis crimine procedatur, quo ad ius Pontificium agitur in cap. olim. de accusation. & in c. ea quæ de statu monac. & in clement. sæpè de verb. signif. & in dictis locis per scribentes. ex ll. Hispan. habemus l. 41. tit. 2. par. 3. & l. 6. tit. 22. ead. part. & apud Gallos adest constit. de qua per Rebuff. in tract. de sentent. execut. art. 1. glos. 2. Inter stat. Romæ in lib. 1. adest c. 88. vbi adnumerantur omnes causæ summariæ, sic & inter statuta Mediol. cap. 25. vbi Horatius Carpanus, & inter stat. Ianuens. in lib. 2. cap. 4.

De hac materia loquuti sunt Specul. in lib. 4. titulo de libell. conception. §. nunc dicendum, Bartol. in d. extrauagan. ad reprimen. Bald. in l. iudices C. de iudicijs, Marant. in sua praxi 9. distinct. & Ioan de Arnon. singul. 26. Apud quos, & Ioan. Ant Nigris infrascriptorum capitulorum optimum glosatorem videnda erunt, quæ ad hanc materiam desiderantur.

Pro exactione pœnarum ad fiscum spectantium summariè proceditur. h. d. Tapia.

REX CAROLVS SECVNDVS.

AB olim de curia nostra ordinatio certa processit, vt in omnibus pœnis, tam per officialiles nostros, quam per alios priuatos impositis, nostro quidem ærario acquirendis, esset summariè, de plano, sine strepitu & figura iudicij procedendum. Et quamquam ordinatio ipsa per literas nostras, quæ in casibus ipsis successiuè de Curia nostra processerunt, fuerit continuè obseruata: pro maiori tamen declaratione & obseruatione ipsius. Volumus, & mandamus expresè, quatenus ordinationem huiusmodi

ABolim. Nota quòd in maioribus pœnis, quæ applicantur fisco, proceditur summariè, siuè figura iudicij, siuè per officiales, siuè per priuatos fuerint impositæ, quod oo. ¶Sed an ab istis causis summarijs possit appellari? vide Spec. in tit. de sum. cogn. §. 1. vers. sed nunquid, & seq. vide etiam per Andr. de Iser. in const. intentionis nostræ. P.P.

modi, quantum ad vos pertinet firmiter obſeruantes, ſecundum eam in pœnis promiſsis procedere debeatis. Præſentes autem literas volumus dari alterutrum amotionis veſtræ tempore in pendenti, vt ad ſingulorum poſſit notitiam peruenire. Data, &c.

ſilio iudicis per Curiam tibi dati procedere, ſine trepidatione valeas, etiam iuris ordine prætermiſſo, vt offenſæ leges ſe vindicent, extirpatis reprobis, & Terris, eiſdem quies proba adueniar, nocendi facultas abſcedat pacis optata amænitas ſuauibus reuiuiſcar.

Data Neapoli per Barthol. de Capua.

CAROL. TAP, REG. CONSIL. ANNOT.

HOc cap. loquitur de cauſis criminalibus tantum, in quibus ſeruatur, quod hic eſt diſpoſitum, nam pro pœnis, quæ ex liquidationibus inſtrumentorum, & accuſatinoibus obligationum oriuntur, Item & reſpectu quantitatis, in qua pro delicto aliquis cum curia ſe tranſigit ſtatim abſque ſtrepitu, & figura iudicij ad exequtionem contra debitores ipſarum proceditur, In alijs verò cauſis, veluti pro pœna contra conuerſantes cum contumacibus, vel alia pecuniaria debita pro extractione mercium capta informatione procedatur contra inobedientes.

Contra diſrobatores ſtratarum, & incendiarios iuris ordine non ſeruato procedatur. b.d.Tapia.

REX ROBERTVS. Cap.223.

IVris cenſura prouidè excedentium aliquorum facinora rigore acerbari conuenit, per quod locus relinquatur exemplo, vt qui leges calcant, & ſolida quadam aſſiduitate dilacerant, eos omnes communium legum auxilia non defendant. Sanè in aures noſtras frequens clamor inualuit, & inculcata querela cum murmuratione perſtrepuit, quòd in ciuitatibus Neapoli & Puteolis earumque diſtrictibus tuæ iuriſdictioni commiſſis inſurrexerūt latrones inſignes, diſrobatores ſtratarum, incendiarij, violenti raptores, & aliorum grauium ſcelerum inſolentes, enormiter notabiles, & famoſi, contra quos communis laborat infamia, & ipſorum delictorum graſſantia eos facit quodammodo manifeſtos. Vt igitur vindicta feriat quod effrænata licentia hebetandi commiſit, tibi præſentium tenore committimus, vt contra facinoroſos huiuſmodi, Deum & iuſtitiam ſolum habeas præoculis, & ipſam puram & ſimplicem ſubſtantiam veritatis, non obſeruatis capitulis Regis pro ſtatu fidelium editis: nec aliqua ſolemnitate iuris, cum conſilio

ADDITIO.

IVris cenſura, ex iſto tex. colligitur, prout etiam hic dicit Sebaſt. quòd contra inſignes & famoſos latrones, & facinoroſos homines proceditur ſinè iuris ſolemnitate, Deum & iuſtitiam habendo præoculis cum conſilio iudicis, iuris ordine prætermiſſo, bene facit tex. in l. prouinciarum, C. de ſer. vbi contra tales poteſt procedi etiā diebus paſcalibus, & dixi ſupra cap. præceden. Et iſta eſt vna de quatuor literis arbitrarijs, & ad ea quæ hic dicuntur, vide Par. in tract. ſindic. in verbo latro. col. 2. vbi per iſtum tex. dicit, quòd contra diſrobatores ſtratarum proceditur de facto & ex arrupto, vt ibi latius per eū, qui inducit ad quæſtionem de quodam commiſſario, qui quendam latronem in termino vnius diei ſuſpendit, & villam igne cremauit, an excuſetur in ſindicatu, vide ibi. Et aduerte pro intelligentia huius cap. quòd contra famoſos latrônes, contra quos fama laborat, proceditur, vt in iſto cap. Intellige quò ad procedendum, non autem quò ad condemnandum: quia ſola fama, ſeu quòd ſit famoſus latro, non ſufficit ad condemnādum, niſi probetur delictum in ſpecie, vt not. tenet Par. in tract. ſindic. in verbo tortura §. quidam latro famoſus. colum. 2. cum concord ibi. vbi etiam ponit, quis dicatur famoſus latro. Et ad iſtud c. vide Matth. de Afflict. in conſtit. Regni ſuper incidionibus, colum. 7. in fi. cum ſeq. & in conſtit Regni pacis cultum. colum penul. num. 85. Et ad materiam vide etiam c. Reginæ Iſabellæ, quod incipit. Iſabella, & eſt inter Ritus Magnæ Curiæ, vbi diſponitur, quòd in omnibus cauſis ciuilibus & criminalibus procedatur ſola facti veritate inſpecta, non obſtantibus ineptitudine & nullitate, dum tamen de veritate conſtet, vt ibi latius dicitur. licet videatur ſolum habere locum in Magna Curia Vicariæ, vt patet ibi in text.

Ioannes Antonius de Nigris.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

PRo iſtius Capituli exhornatione, & qualiter contra huiuſmodi viarum latrones, quos iura noſtra graſſatores vocarunt procedi debeat videnda erunt, quæ optimo congeſſit ordine Ioānes Grandis in tract. de bello exulum, & quæ in titulo de foriudicatis, & publicis latronibus dicemus, quo loci fortaſſè etiam hanc Pragm. ſituabimus.

Mandat Regina, vt Iudices Mag. Cur. Vic. procedant in cauſis ſola facti veritate inſpecta. b.d.Tapia.

REX CAROLVS. Cap.288.

DEteſtantes a quod plurimum, & magis per ſophiſticas, quam veraces aduocatorum verſutias, veritas iuſtitiæ lateat, & celerem executionem eius cuius debitores exiſtimus, indefinitum litium terminum non producat: de certa noſtra ſcientia, & præſentis epigrammare declaramus, volumus, vobiſq; committimus & iubemus expreſsè, vt ſi quando proceſſus cauſarū, de quibus vos vel veſtrum alter in dicta noſtra curia, vt ordinarij, vel delegati de eiſdem cauſis cognouiſtis, vel in antea cognoſcetis, vel quas ad vos deuolui per quamcunque viam contingat, vel cōtinget: ex defectu cōmiſſæ ſolemnitatis iudiciariæ, proponi, allegari, dici, vel excipi contigerit eſſe nullos, dummodo aliàs debito modo ſuper negotio liqueat de pura ſubſtantia veritatis, propoſitione, allegatione, aut exceptione huiuſmodi non obſtante,

a DEteſtantes. Adde hic vnū not. ver. quòd ex quo illa ſolennitas, quod declaratur locus & tempus in accuſatione, eſt inducta de iure ciuili, vt l. prætor edixit ff. de iniur. & l. libellorum. ff. de accuſ. & per hoc ea ſunt ſublatæ omnes ſolemnitates iuris ciuilis quòd non erit neceſſaria declaratio, expreſſio temporis, & loci in accuſatione, ita no. inquit Matth in deciſ. 5. cap. 250. incip. ſæpè ſæpius. vbi dicit, quòd ita fuit deciſum in d. S.R.C. Adde quòd hoc cap. tollit ſolemnitatem litis conteſtationis. Matth deciſ. 283. & ita cōcludit Pariſ. in tracta ſynd. in cōmento huius cap. deteſtantes, Adde eundem Matth. in conſtitut. contumacē, in primo not. ver. ſed ex quo in Regno. vbi formaliter inquit, quod ex quo in Reg. ex defectu conteſtationis litis in proceſſu poteſt procedi ad diffini-

ftante, tunc ad finalem decifionem caufarum ipfarum Deum & ipfam iuftitiam habendo præ oculis procedatis, aliqnibus legibus, feu conftitutionibus contrarijs non obftãtibus quoquomodo illo vel illis, ex veftris indicibus, qui præfens fen præfentes extiterint executioni præfentium vacaturis, aliorum abfentia non obftante. Exceptis tamen priuilegijs conceffis Comitibus, & Baronibus, tam generaliter quàm fpecialiter, quæ ex vigore præfentium infringi nolumus quoquomodo.

Datum Neap. Anno Domini 1320. die 28. Decemb. 3. indiĉt. Regnorum diĉti Domini patris noftri, ann. 11.

Quas quidem literas * declaramus, decernimus, & iubemus intelligi debere de quacunque omiffione etiam fubftantialis proceffus folemnitatis; dummodo aliàs ritè & reĉtè fententia proferatur.

finitiuam fententiam, vt in c. hoc deteftãtes, poteft procedi in contumaciam citati, & nõ comparentis, etiam ad diffinitiuam fentẽtiam lite nõ conteftata. Adde quod per hoc cap. hodie eft prou fum poffe procedi ad fententiã diffinitiuã, etiam quòd nõ fit lis conteftata dũmodo conftet de veritate, & fic eft fublata folemnitas conteftationis litis, dicit pulchrè Matth. in prœm. conftitu. in 12. quæft. in 5. colum. verf 8. conclufio. fubdens poftea formaliter. Et ideò in regno, vt plurimum fiunt proceffus fine litis conteftatione: nam oblata petitione, & citata parte, fi non obftant exceptiones oppofitæ ad impediendum litis ingreffum, fine litis conteftatione datur terminus ad probandum, & defendendum, & nifi effet diĉtum capitulum, deteftantes, omnes proceffus nerent in Regno: quia litis conteftatio eft de fubftantia ordinis iudiciarij. glo. eft in cap. in caufis. de offic. deleg. & in cap. dudum ecclefia. de eleĉt. vide eum. ¶ Adde eundem Matth. in conftit. pacis cultum. in 16 colum. vbi inquit, quòd hodie per hoc capitulum, deteftantes, Iudices procedunt ad fententiam, dummodo conftet de veritate, etiam omiffa litis conteftatione, & quod hoc capitulum tollat litis conteftationis folemnitatem, & non requiritur litis conteftatio, tenet etiã pulchrè Paris in tractatu fyndic. in commen. huius capituli, in 1. & 3. colum. vide eum pulchrè loquentem.

¶ Adde Matthæum in conftitutione, iurifperitorum, in vlt. colum. dicentem quòd hodie in omnibus caufis in Regno, litis cõteftatio omiffa non reddit proceffum nullum, & allegat hoc cap. fi non reddit proceffum nullum, & allegat hoc cap & fic in contumacia poteft procedi ad dationem termini ad probandum, & ad receptionem teftium in contumaciam, omiffa litis conteftatione, quod etiam firmat Panorm. in c. cum olim, in vlt. colum. de teft. & poftea debet citari ad alios actus incumbentes. ¶ Quia non fequitur, fuit contumax in vno, ergo in alio, vt dicit glo. in 2. c. in verfi. tenens, de dol. & cont. quam ad hoc alleg. Panor. in c. auditis. in 2. colum. de procur. Et fic contumax in vno actu debet citari in alio. vt in c. confuluit, de offic. deleg. ita Matth. allegans alias cotas. M.

ADDITIO. *Et vide omnino de intellectu huius Pragmaticæ per Dominum Parid. de Put. in tract. de findicatu, in fecundo quinterno, in c. un dictum capitulum, &c. cap. deteftantes per multas quæftiones glofsauit & declarauit.*

ADDITIO. Quas quidem literas. *Erit ergo fententia proferenda fecundum formam l. 1. & feq. C. de fent. ex peric. recit. per additionem Reginæ Ioann. alias per d. cap. deteftantes, non erat neceffaria, quæ declaratio fuit facta propter dubitationem And. de Ifer. in procem. conftitut. Regni, qui videbatur facere differentiam inter folemnitates iudiciorum & fubftantialia iudiciorum, & fuit additum illud de fententia ritè & recte ferenda. vide Parid. de Puteo in tract. findicat. in c. defiftentes, in ver. verum Iudex, 6. colum.* Iacobus Anellus de Bottis.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

AD huius Ritus ornatum, & fequentis legis conditæ per Ifabellam Reginam huius Regni Renati Andegauenfium Ducis vxoris conferunt vltra ea, quæ hic adduxit Carau. quæ Marant. Rebuff. & alij allegati Doctores in rubrica huius tituli dixerunt.

Hæc Pragm. difponit idem quod in præcedentibus capitulis eft difpofitum. h. d. Tapia.

PRAGMATICA I.

De ordine iudit.

DIfpendia litium remouentes, fancimus in caufis ciuilibus vel mixtis, coram quibuscunque iudicibus, & delegatis procedi finè figura iudicij facti veritate infpecta, dum tamen pro libello præcedat talis qualis petitio, ex qua reus deliberare poffit, an velit cedere vel contendere: Declarantes per præfentem difpofitionem, nec per Capitulum deteftantes circa probationes neceffarias non intelligi derogatum iuris vel Sacrarum Regni Conftitutionum, vel Capitulorum difpofitioni.

Magna Curia ad creditorum petitionem mandare folet, vt fequenti die in ipfa compareant, & in caufis modicis folus Regens procedit. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 115.

ITẽ fi aliquis, vel aliqua veniret ad diĉtã curiã afferens aliquem, vel aliquam fibi teneri vel dare debere aliquam pecuniæ quãtitatem, vel aliam rem mobilem, & nolle fibi fatisfacere, Curia ipfa, ad tollendum lites, mandet alicui feruienti, vt mandet & iniungat ei ex parte diĉtæ Curiæ fub certa pœna, vt reftituat pecuniam ipfam, vel rem, vel fequenti die compareat in diĉta Curia allegaturus caufam rationabilem, quare pecuniam ipfam, vel rem reftituere recufat. Sed in caufis modicis, vel etiam inter ftipendiarios, & his fimilia facit fuo folus Regens vel alius officialis arbitrio.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

HIc Ritus feruatur hodie, quotiefcunque enim † aliquis eft creditor alicuius quantitatis facit, vt per vnum ex Alguzerijs, vel Regentis, vel Iudicis vocetur debitor, & tunc ipfo comparente coram Regente, vel Iudice, fi negat, committitur caufa, fin autem affirmat iniungitur, vt foluat infra tot dies, fed in caufis modicis feruatur, quòd hic dicitur de Regente qui eft nunc D. Francifcus Ioannes de Torres vir vndiq; integerrimus, de cuius laudibus alias diximus, & plurima effent dicẽda. quia reuera eft vti omni laude dignus, & habet actuarium particularem, qui eft nunc Io. Baptifta Indellus.

Baiulis authoritatem concedit fummariè procedendi, & contra gabellotos, & alios exactores. h. d. Tapia.

IMPER. FEDER.

AVthoritatem etiam Baiulis impartimur, vt ad querelas noftrorum fidelium fummariè cogni-

cognitione præmiſſa, ſuper exactiones reſtitui faciat,& rapinas,quas Gabelloti, Foreſterij,Plateارij,Portionarij,ſeu Paſſagerij,cõtra veterẽ formã, aut contra noua noſtræ Curiæ ſtatuta in fideles noſtros exercent, ſuperexactionis & rapinæ pœna magiſtris Camerarijs, qui prædictos officiales inſtituerint obſeruata.

ANDRAEAS DE ISERNIA.

A *Vberitatem*. Multum eſt vtilis hæc conſtitutio ponens cognitionem ſummariam contra Gabellotos delinquentes in officio, pro quo eſt arg. C.lib 12.de naufra.l.de ſubmerſis. Vtrum hæc ſummaria fiet ſine oblatione libelli,& petitionis? ibi plenè dicunt Moderni. ¶Sed hæc conſtitutio non videtur libellum,vel petitionem requirere,& ita videmus ſeruari. ſed dicendum eſt ſaltem, vt hoc operetur hæc lex noua. ff. de noua.l. ſi quando.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. AN NOT.

HAec Conſtitutio non ſeruatur, quoad regios arrendatores, † ſpectat enim ad Regiam Cameram grauaminibus 1
per ipſos illatis occurrere, licet quò ad iſtos exactores paſſuum benè procedit Conſtitutio iſta,nam ipſis grauantibus poteſt Capitaneus remedium ab iſta conſtitutione ſtatutum adhibere, cum qua videtur aliquantulum concordare l. 19. tit. 1. lib.3.ordinat.

DE INSTRVMENT. LIQVIDATIONE. Rubr. XLV.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HVius tituli materia à compilatoribus tam canonici iuris, quàm ciuilis non fuit cognita,& ideò concordantes titulos non habemus, ſed primordium ſubſtantiæ huius tituli in l.
1 v.C.de confeſſis,nam, & inſtrumentorum † liquidatio ex con
feſſione debitoris facta in beneficium creditoris ipſo præſente
coram Iudice,& notario, iuramento tamen firmata,vim recipit,& ſic procedunt ea, quæ diſpoſuit Imperator in l.1.C.de
confeſſis,& declarauit Iureconſultus in l.1.ff.eod. Habet igi-
2 tur † hæc liquidatio duplex vinculum alterum iuramenti. alterum vero confeſſionis, vnde ſalua tanti viri pace non eſt vndique tutum, quod tradidit Rebuff ad Conſtit. Galliæ lib.1.
3 tit.de liter.obligat.num.19.non eſt enim † contra ius commune introductum, vt hæc inſtrumenta exequutionem habeant paratam. Nam ſi debitor liquidum ſe debitorem eſſe fatetur iſtaque confeſſio coram Iudice fiat præſentibus teſtibus,& Notario, qui de hac re teſtimonium perhibet ſuccedit diſpoſitio d.l.1. C. de confeſſ. & ſic non erit (vt dictum eſt) contra ius commune, ſed illi conformis, vt debitor ad ſoluendum debitum ab ipſo confeſſatum cogatur,qua de re optimè procedunt per hos ritus diſpoſita.

Faciunt igitur ad hanc rem, quæ tradidit glo. in cap. fin. in ver. confeſſus de confeſſis, quæquè ſcribunt Guido de Suz. tract. de inſtrumen guarent. & Benedictus Barenſis tract. de guarentigijs in tom.8.tract par.1. Lanfranc.de Ariadno tract. de inſtrum. fid. & product.tom.4.tract.Bellug.in ſpeculo Principum rub.41,num.15. præter quos ſollemniter Paris de Puteo de reaſſumpt. inſtrumen Miran. in eius ſpeculo 6. par. actu 8. Freccia de præſent. inſtrum. Bernardin. Penna de præſent. & execut. inſtrum. Anton.Canar. de execut,inſtrum. Franc. Ant. de Iudice Roberto de liquidat, inſtrument. Tartagl. in pract ciu.nu.10. præter quos ſollemniter Carau. in comment. ad iſtos Rit. & Scipio Rouitus ad rub. & pragm. 1. de inſtrum liquidat.

a I*Tem quod ſi debitores, &c.* Adde quod cauſa præſentationis inſtrumenti ſecundum formam huius Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, eſt criminalis propter periurium, vt in conſtitutione, eos qui ſcienter,&c. ita multum egregie inquit deciſ. S C. 64. incip. quidam mercator. ¶Et ibi pulchrè determinat in facto, quòd creditor non poteſt præſentare inſtrumentũ criminaliter iuxta formam huius Ritus contra debitorem, quãdo nõ fuit debitor qui ſe obligauit in inſtrumẽto, ſed procurator, qui procuratorio nomine ſe obligauit: ſed benè poteſt ciuiliter, vt ibi plenè.

Hic traditur practica liquidationis inſtrumentorum, ideò ſummario non indiget. h.d.Tapia.

ITem a quòd ſi debitores aut de-

Adde quod præſentatio inſtrumentorum ſecũdum formam huius Ritus non poteſt fieri,niſi in Magna Curia Vicariæ,& nulla alia curia poteſt cognoſcere, iſte eſt Ritus not. infra incip. item quod nulla alia præter. ¶Et inquit deciſio præallegata, quòd illo caſu, quando procurator nomine debitoris ſe obligat, nec contra ipſum debitorem poterit criminaliter,& ſecundum formam huius Ritus præſentari inſtrumentum, quia non eſt iuratum de facie ad faciem: vnde concludit quòd hoc caſu debet procedi contra ipſum procuratorem, qui condemnabitur, ſed executio non fiet contra eum, ſed contra dominum. l.1.C.de ſenten. vide ibi plenè. ¶Adde quòd vt inſtrumẽtum poſſit præſentari ſecundum formam huius Ritus, debitum debet excedere ſummam vnius vnciæ: ſed ſi eſt infra vnciam, nõ præſentatur ſecundum formam huius Ritus, ſed alius modus ſeruatur, vide pulchrum Ritum infra incipientem, idem quicunque inſtrumenta. ¶Et vide alium Ritum conformem cum iſto infra incipiẽtem, item ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis, &c. qui Ritus vult etiam, quòd iſta probatio debet fieri in promptu per publicum inſtrumẽtum quietationis, vel aliam ſcripturam authẽticam, vt eſt alius Ritus infra incipiens, item in caſu præmiſſo, &c. qui vult quòd debitor poteſt in promptu probare ſe ſatisfeciſſe, nõ ſolum per inſtrumentum publicum, vel aliam ſcripturam authenticam, ſed etiam per teſtes, quo probato ipſe non detinebitur, ſed ſuus aduerſarius tanquam calumniator, & periurus. ¶Et infra quantum tempus poteſt præſentari inſtrumentum ſecundum formam huius Ritus, vide Ritum ſequẽtem incipientem, nota quod iſte Ritus, &c. ¶Adde quod ad hoc vt poſſit præſentari inſtrumentum hoc modo, debet eſſe liquidum, vt ibi pulchrè dicitur, & ibidem etiam dicitur, quid ſi eſſent plura inſtrumenta, quorum vnum eſſet liquidum per reſpectum ad aliud, ¶Et in Ritu incip. item quòd aſſignans inſtrumentum, ponis quòd præſentans inſtrumentum debet obligare ſe, & bona ſua, non concordare ſe cum parte, ſine licentia curiæ ad pœnam tarenorum ſex, pro qualibet vncia contenta in inſtrumento, & ibi etiam ſubdit, quid ſi eſſet vna ſumma exceſſiua. ¶Quæro, dicitur hic quòd non admittitur niſi ſolutionis exceptio, an poterit per debitorem opponi exceptio compenſationis? dic quòd ſic, adduco Angelum conſil 309. incip. quidam nomine Nicol. &c. vbi egregiè & in terminis conſuluit, quòd ſi ſtatutum prohibet opponi niſi exceptionem ſolutionis, tamen etiam opponi poterit exceptio compenſationis. refert, & ſequitur conſulendo Alex.conſi. 12.incip viſo themate ante ſcripto &c in penul.col.in 1.volum. & Iaſ. de eo facit magnum

debitrices * quarumcunque personarum seu eorum fideiussores, ex quibus debitis publica instrumenta T appareant; & in dictis curijs seu altera ipsarum præsentantur T, & de mandato ipsarum curiarum seu alterius ipsarum citetur T, vt in certo termino pereptorio eis dato in ipsa Curia personaliter compareant responsuri super tenoribus instrumẽtorum ipsorum, & simili modo comparere debeant personaliter creditores, debitores debitorum ipsorum responsuri super his quæ versa vice de iure competunt ad releuamen de-

magnum festum in l. eum qui. §. si iurauero. 2. colum. ver. 2. facit quod &c. ff. de iureiur. Adde tamen quod debitor interim donec sua exceptio compensationis examinetur, stabit in carcere, qua exceptione compensationis verificata relaxabitur. ita inquit no Cal. in l. in ca. C de compens. Si autem statutum, vel lex requireret veram solutionem, tunc non admittitur exceptio compensationis, ita not. inquit Bal. in d. l. in ea. in fi. quod dictum refert, & sequitur Ias d. §. si iurauero. in penul colum, in princ. Benedict. tamen in tract. de instrumento guarentigiato, in 3. par. princip. in 3. quæst. tenet quòd non potest opponi exceptio compensationis, vt ibi plenè per eum. ¶ Adde quòd licet iste Ritus intelligatur quando instrumentum est liquidum vt supra dictum est, tamen habebit locum etiam in instrumento conditionali, per aduentum conditionis purificatæ, & liquidatæ, vt est sing. dec. Ang. in l. si §. Titius, per gloss. ibi no. ff. de vulgar. & pup. Quod dictum tamen impugnat ibi Imo cuius fundamenta refert ibi Alex. qui tamen postea distinguit, quod aut statutum tribuit executionem pro debito puro, aut pro instrumento puro. Primo casu loquitur optimè Ang. secundo casu non, vt ibi per eum. Franc. de Acet. in d. l. si. §. si. in 1. colum. 3. not. ff. de verb. oblig. dat aliam distinctionem, quod aut statutum restringit se ad debitum quod à principio erat purum, & tunc fortè opinio Ioan. de Imo. esset vera: aut statutum loquitur de debito puro, & tunc interpretatio fit hoc modo de debito puro, scilicet tempore cum pro eo agitur, & tunc satis est debitum, vide eum, quia pulchrè loquitur, & allegat optima iura. ¶ Vtrũ autem cessionarius possit præsentare instrumentum secundum formam huius Ritus? dic, quòd sic, Bar. in 4 col. ver. quæro &c. ff. de actio. & oblig. Bald. in l. ea legati. in fi. C. de leg. Illud etiã quod cessionarius possit petere istam executionem instrumenti, sicut posset creditor principalis, tenet Pau. de Cast. in l. postulante. in 2. colum. in princip. ff. ad Trebell. alleg. Ioan. Andr. ita tenentem in add. Specul. in tit. de cess. actio. quia transit ius cessionarium cum priuilegio suo cohærente actioni, vel instrumento. Facit etiam secundum eum quod no. Bart. in l. post dotem, in pen. colum. ff. sol. matr. & ibi sequitur Alex. in 3. col. in d. l. postulante. & etiam plenius in 5. colum. vbi alleg. plures cotas, & subdit, quod ista est magis communis conclusio. Hoc idẽ tenet Benedict. de Blas. in d. tract. in 1. par. princ. in 9. q. ver. itẽ quod agenti nomine alieno, &c. vbi vide. ¶ Vtrum autem iste Ritus habeat locum in trãsumpto authoritate iudicis, ita quod dictum transumptum possit præsentari secundum formam huius Ritus, vide Ant. de Can. pulchrè declarantem in tract. de instrument. executio, in 37. quæstio. vbi videtur sentire quod sic vide eum. ¶ Quid autem in protocollo? dic quod non habet executionem paratam, nec potest præsentari secundum formam huius Ritus, ita pulchrè tenet Anton. de Can, in loco præalleg. & in q. 38 vbi pulchrè declarat. ¶ Quid si procurator est procuratorio nomine stipulatus nomine creditoris, an dictus procurator possit præsentare dictum instrumentum secundum formam huius Ritus? dic quòd non, & ita fuit decisum, & iudicatum in S.R.C, tene menti. ¶ Adde hic, quòd non habet locum inter clericos litigantes in foro ecclesiastico, iste Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ super præsentatione instrumenti, ita no. inquit Matth. in constitutione, si quis in posterum. in 6. col, in princ. alleg Bal. in l. cunctos populos. in 7. col. ver sed hic dubitatur. C de sum. Trin. vbi hoc decidit in terminis, & ibi etiã allegat alias cotas, tene menti. ¶ Tu pro intelligentia huius Ritus. Item quòd si debitores, &c. in quantum dicit quòd debitores incarcerantur, dic quòd incarceratus dicitur ille, qui ad sui libitum de loco recedere non potest, ita dicit Ang, in l. 1. C. de pri. car. Imola & Doct. in cap. nuper, de sent. exc. Bald, in l. 1. in 10. col. C. de confess. & propterea dixit Ang. multum sing. in d. l. qui in carcerem, quòd stante statuto, quòd quis debeat poni in carcere pro delicto, si aliquis nobilis accusatus venit carcerandus, satisfactum erit statuto, si assignetur sibi pro carcere amplus locus, puta palatium Potestatis, vel tota ciuitas, quod dictum sequitur, & dicit esse sing. & cordi tenẽdum, Ias. in rep.

l. ad-

l. admonendi, in 16. char. in 5. col. ff. de iureiur. & Bonus de Cur. in tract. de nobilita. in 6. char. in 1. col. quod tene menti, præcipuè quia si præsentatur instrumentum secundum formam Ritus contra quendam nobilem, satis diceretur cautus, si datur tota ciuitas ei pro carcere. Et no. quia pauci sciunt, & faciet tibi honorem. Hanc doctrinam Angel. sequitur & summè commendat Ias. in l. si pecuniam. § si. ff. de cõdi. ob caus. Adde in hoc Ritu, quòd in Regno in instrumentis testes debent esse bonæ & optimæ vitæ, & omni exceptione maiores, alias instrumẽta sunt nulla, & non probant, dicit te a. in const. Instrumentorũ robur. Et propterea inquit multũ no. Matth. ibi, in 3. no. hoc patet, quòd si præsentetur instrumentum secundum formam huius Ritus, & opponitur quòd testes non sunt probatæ vitæ, & omni exceptione maiores, & sic quòd non est instrumentum, non poneretur in carcerem, sed debet audiri, & præstari fideiussio de stando iuri super hoc. Et si postea non probaret, quod illi testes non essent probatæ vitæ, tunc procederetur ad interrogationem instrumenti, iuxta hunc Ritum: tene menti, quia si practicabis facies tibi honorem.

* ADDITIO. Item quod si debitores, aut debitrices. *Iuxta hunc Ritum quæro, tu petis à me centum ex causa mutui, ego ex illa causa facio tibi instrumentum, confitens me debitorem tuum ex illa causa, notarius conficit instrumentum, nunquid tale instrumentum habebit executionem paratam, prout in hoc Ritu? Ang. singulariter tenuit quod non in l. si fideiussor, post princip. C. de fideiuss. mandat notari in practica Hippol. Mars. in sing. 135. vide Alex. consi. 101. 4. volum. in princip. Hip, sing. 484. An autem contra hunc Ritum, seu obligationem Magnæ Curiæ Vicariæ possit opponi cessio bonorum, vide Bartol, in l. filius. ff. quod cum eo. & in specie ad intellectum huius Ritus Angel. in l. alia. §. eleganter. solut. mat. vbi decidit quòd non, de quo articulo vide, plenum consilium Cornei 212. volum 2. vbi secundum terminos huius Ritus concludit, quòd talis cessionis exceptio non obstat, maximè si instrumentum erat iuratum, per cuius decisionem no. quòd iuramentum impedit possessionem, quod mihi nouum est hucusque. Vide etiam, an possit opponi cessio bonorum, per Socin. in cons. 204. 2. par. Alex. in d. §. eleganter. Adde quòd nedum instrumentum mandabitur executioni vt hic in his, super quibus fuit directè confectum, sed etiã in his, quæ indirectè probantur in instrumento. ita Ant. de Butrio, & ibi sequitur Abb. in ver. item aliud, in c. cum aliis, ext. de censib. vide tamen Bar. in l. 1. ff. de his, quæ in testam. delen. quem sequitur Soc, in cons. 5. colum. 2. in prima parte antiquorum. Item mandabitur executioni etiam pro interesse, quando debitor voluit stare declarationi creditoris, qui declarauit se passum interesse in decem, ita Soc. in cons 90. colum 2. par. 2. nouorum. An si instrumentum est stipulatum per procuratorem vide Bart. & alios in l. possessio. §. 1. ff. de acquir. possess. quid de compensatione, Bald. in l. 3. C. de compensat. vide Alex. in consi. 92. vsque ad 94. volum. 4. vide Marsil. in sing. 208. Sed iuxta hunc Ritum quæro de quæst. notabili. Opponitur exceptio solutionis in carceribus datur terminus ad probandum. & quia non fuit verificata solutio, soluit, liberatus de carceribus vult repetere solutionem, & probare quòd soluit, an possit. vide eleganter Fulg. in consi. 187. incip. Titius. vbi latè concludit quòd sic, distinguendo vt ibi per eum, & per Floria. in l. cum putarem, colum. 2. fam. ercis. vide in tract. de execut. instrum. in 3. vol. tract. car. 1. 7. col. 3. Ex quo infert, quòd nec potest opponi exceptio compensationis postquàm nullum tempus datur ad soluendum. ita Bar. in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci sequitur Alex. cons. 61. 3. col. vol 3.*

No. quòd isti Ritus sunt contra ius commune. ita Angel. in l. at prætor §. si iudex. vbi etiam alij ff. de re iud. sequitur Soci. in cons. 231. colum. 6. 2. par. Abb, in cap. suscitata. de in integ. restit. volunt quod stante statuto, quòd nulla exceptio admittatur, non prohibetur quis incontinenti probare exceptionem legitimam, ratio est, quia statutum videtur exclusisse exceptionem propter præsumptam fraudem opponentium, quæ quidem fraus non militat, quando probatio incontinenti offertur, & hæc ratio potest in hoc Ritu assignari. Limita tamen, quando esset præsumptio contra opponentem, quia ca-

pitiosio

debitorum eorundem, ipsisq; partibus in iudicio comparentibus, interrogentur principales debitores seu eorum fideiussores super tenoribus instrumentorum, quæ præsentabuntur in ipsis curijs, seu altera ipsarum per creditores eorũdem præstito prius per eos de veritate dicenda corporali ad sancta Dei euangelia iuramento, et facta responsione per ipsos principales debitores seu eorum fideiussores, per quam confiteantur, quòd instrumenta ipsa & contenta in eis vera sint, quantumcunque asserant se satisfecisse dictis eorum creditoribus de debitis contentis in instrumentis iam dictis, nisi in promptu & in ipso instanti doceant de satisfactione ipsa, si in instrumẽtis contineantur pœnæ pecuniariæ vel iuramenta, vel alterum eorundem statim incarcerantur T, & datur ipsis debitoribus seu eorum fideiussoribus terminus ad probãdum solutionem prædictam, & similiter detur terminus dictis creditoribus ad probandum, si qua eis competunt ad præmissa, & interim donec probent legitimè solutionem prædictam, debeant in vinculis causam dicere. Quam solutionem si infra dictum terminum non probauerint, teneantur ad pœnas pecuniarias, & iuramentorum contentas in instrumentis iam dictis, & nihilominus satisfacere debeant eorũ creditoribus de debitis memoratis. Et si fortè dicti principales debitores, seu eorum fideiussores, asserant dicta instrumenta fore falso modo confecta, vel aliter voluerint dicere, & allegare, * quòd instrumenta ipsa non valeant, detur etiam eis terminus ad probãdum falsitatẽ prædictam: qui si falsitatem ipsam, vel defectus alios huiusmodi infra ipsum terminum non probauerint, teneantur propterea ad pœnam debitam præter dictas pænas in dictis instrumentis contentas, prout hactenus in curijs ipsis, & qualibet ipsarum extitit laudabiliter obseruatum, Et si debitores incontinenti, * vel in vinculis existentes probauerint solutionem, falsitatem, vel defectus

lumniosè opponeret: quia licèt offerat se probare incontinenti, non est admittendus, & ita singulariter declarat Corsetus in sing. in verbo, exceptio, colum. 6

Quæ via est vt agat creditor petendo debitum, quin si debitor confitetur, tunc sit condemnatio, quia non sunt aliæ partes iudicis in confessum, nisi in condemnando, l. vnica, C. de confess. si verò negabit, tunc ad liquidationem iurium suorum creditor præsentat instrumentum; quo præsentato, quia est probatio probata, fit condemnatio. ita Bald. ad intellectum huius statuti in l. 3. ff. quod falso tut. de quo meminit Crem. in sing. 140 & Ferrat. in caut. 50. latius Fel. in c. cum venerabilis, col. 9. de except. & Soc. in cons. 51. col. 1. par. 1. antiquorum, & in 3. par. cons. 108. col. 4. De Bott.

In principio in ver. *publica instrumenta, &c.* Ex quo iste Ritus dicit publica, scias quod ante omnia instrumẽtum debet constare esse publicum, aliàs non habebit locũ iste Ritus, nec statutum loquẽs de instrumento publico, ita no. inquit Bart. in l. 1. §. & parui. 2. col. io princ. ff. quod vi aut clam & Pau. de Cast. consil. 70. incip. super eo vero.

In ver. *in vinculis causam dicere, &c.* Hæc verba sunt scripta ex tex. in l. Cornelia ibi, vt ex vinculis causam dicãt. ff. ad Syll. & ib. Bar. addit alium tex simil. in l. 2. ff. de custo. reorum.

In ver. *Iuramentorum, &c.* Adde hic quod non fit condemnatio ad pœnam periurij, & sic manus contra eum, contra quem proceditur secundum formam huius Ritus, sed consuetum est quod puniatur pecuniariter, Matth. in constitutione, statuimus, in 2. no. ieiunmenti. Matth.

ADDITIO. *Ista fuit determinatio facta, die 5. mensis August. 15 indictionis, quam determinationem de mandato Curiæ respondit, & fecit iudex Henricus Anconzaicus pro parte totius Curiæ tunc sedentis, & tunc erat aduocatus partis præsentantis dictum instrumentum, Iudex Blasius Loisus.*

* ADDITIO. Dicere, & allegare. *Vide Ias. in cons. 85. vol. 2. stante ergo, quòd poterit alia exceptio inhabilitatis opponi, vel quòd non teneatur, ita etiam est tex. in l. aa nobis, C. de adult. per Canar. in tract. de execut. instrum. q. 3.* De Bottis.

* ADDITIONES. Si debitores incontinenti. *Quid si in instrumento sunt promissa certa quantitas cum pacto, quòd si facto calculo minus deberetur, illa minor quantitas censeatur promissa, an dicatur liquidum, ita quòd habeat executionem paratam. Soc. in l. pecuniam, ff. si cert. pet. Cræm. decis. 88. num. 21. Adde quòd si in instrumento sunt subscripti testes omni exceptione maiores, non potest præsentari iuxta formam Ritus, Afflict. in constit. instrumentorum robur. colum. penul. & ibid. quid si sunt subscripti testes non literati. An autem conf. ctum instrumentum extra Regnum possit præsentari iuxta formam Ritus, Bald. quòd sic in l. 1. num. 4. C. ne fil. pro pat. Et an possit præsentari contra filiumfamil. obligatum cum consensu matris. Tiraquell. de ll. connub. in glo. 3. num. 154. Et quid si non habet solemnitates requisitas per constit. Regni, vel contentum in instrumento non est liquidum. vide per Rebuf. in tract. de lit. oblig. ar. 1. in glo. 9. vbi multa ad materiam. Et an instrumentum sine causa possit præsentari iuxta formam Ritus ibi num. 25. & Bald. in l. si causam, col. 1. de excep. rei iud. Et quid si erat inhabilis obligatus ratione ætatis vel morbi, vt quia prodigus, aut cui bonis interdictum est. An contra instrumentum possit opponi exceptio rei non traditæ, vel alia exceptio oriens ex instrumento met, vide Dec. in consil. 119. 1. dubio. & 221. Et an possit opponi exceptio, quæ incontinenti probatur. vide Dec. in cons. 424. nu. 6. Vide practicam præsentandi instrumentum damnorum & interesse, per Bar. in l. 1. num 3. ff. de iud. sol. An tomo commissum tempore liquidationis instrumenti. Soc. in l. pecuniam. ff. si cer. pet. dicit quod non. An instrumentum debiti sine causa possit liquidari. Bald. in l. 2. in fi. C. de exec. rei iud. omnino Ias. in l. si vnus §. ante omnia. ff. de pact. 2. colum. Afflict. in constit. eos, qui scienter, num. 14. An iste Ritus procedat in cessionario, vide Marant. in repet. l. si actor, nu. 22. ff. de procur. vbi determinat quòd magna Curia hoc non seruat. Quid si instrumentum non sint liquidatum ex post facto, an possit præsentari. vide no. verbum Bal. in l. eum testamento. C. de testam. in 2. num. An procedat in cessionario, vide Lud. Rom. cons. 38. vbi determinat quòd sic. Sed aduerte, quia iuramentum non est præstitum in faciem eius. An procedat contra procuratorem obligatum procuratorio nomine, vt institore obligato nomine bachi, Afflict. decis. 64. Quid si instrumentum vendutionis per informationem extraiudicialem apparet vsurarium, an possit præsentari iuxta formam Ritus huiusmodi, vide Capic. decis. 175. determinantem quòd non. An autem instrumentum dotale sit liquidum, vide Bal. in l. si causam, vlt. colum. C. de excep. rei iudic. Cott. in ver. pacta executiua. & ad hoc vt tale instrumentum possit præsentari, requiritur quòd habeat omnia requisita necessaria ad instrumentum, vt per Afflict. decis. 283. in princ. An clericus possit vti hoc Ritu, vide Paul. cons. 300. ad primum quæsitum, in antiquis, Cottam in vers. clerici ligantur, vide etiam Barth. de Capua in l. Celsus, ff. de arbit. & Ias. in l. 1. colum. 2. de bon. poss. secun. tab. Alex. in l. 4. §. condemnatum, de re iud. vbi ponit, si est impetrata absolutio, nihil potest innouari per iudicem secularem. quod no. & considera, quia per istũ Ritum videtur limitari dispositio iuris communis, scilicet quòd vbi est dies pœna & iuramentum, non admittitur purgatio moræ iure ciuili, licet de æquitate canonica sic, vt pulchrè per Alex. in l. si insulam. de verb. oblig. quia in istis instrumentis sunt omnia ista tria, & plus, quia præsentatur lapso termino solutionis, & sic post periurium debitoris; & tamen si venit cum sacculo paratus purgat moram. Iste Ritus non militat contra clericum, nec in curia ecclesiastica. Bal. in auth. cassa & irrita, C. de sacrosanct. eccles. & quid si instrumentum non est liquidum, sed liquidandum, an possit præsentari. vide Bart. in l. 1. in princ. ff. de eden. & vide Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, ff. de offic. procons. vbi ponit illud, an sit impetrata absolutio à iuramento, & vide omnino Afflict. decis. 30. & 31. vide Bar. omnino in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. vbi dicit, quòd licet pro debito sit facta personalis executio, nihilominus potest creditor tenere debitorem carceratum & exequi in nobis fuit, donec satisfaciat. Et ad intellectum istius Ritus, an possit præsentari instrumen-*

ctus prædictos, tunc & eo casu creditores ipsi puniuntur pro qualibet vncia in vno Augustali, quæ pœna pro medietate applicetur fisco, & reliqua medietas T parti læsæ persoluatur, & eo facto debitores ipsi de facto liberentur.

siue autem si debitum purè promittitur, sed apponitur aliqua conditio resolutiua contractus, si euenerit. vide omnino Barto. Soccin. in l. pecuniam. ff. si cert. pet. vbi singulariter loquitur. vide etiam aliud dictum Pau. de Cast. in l. si fulo. in fi. ff. de condi. sine cau. quòd licèt contra instrumentum nulla admittatur exceptio ante solutionem, benè tamen admittitur qualibet exceptio post solutionem, vide Io. de Platea, in l. nemo carcerem, 7. colum. vers. tertio colligo ex hoc tex. & Bart. in l. cōfiscationum. col fi. C. quo, & quando iud. Ad materiam huius Ritus, quòd solum haberet rigorem suum contra debitorem principalem, vide omnino Ias. in l. certi condictio. § quoniam antepen. colum. ff. si cert. pet. vide Alex. in l. 1. colum. 5. de reg. 1. omnino Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iud. Franc. de Are. cons. 31. in princ. vbi Bald. ponit quæst. quando est facta pactum quòd liceat creditori accipere debitum ab alio sub vsuris, an pro illis possit instrumentum præsentari. Et ad hunc Ritum vide Bald. in l. 2. col. fin. ver. pone, dicit statutum. C. de exec. rei iud. vbi dicit quòd si instramentum non est liquidum, potest etiam testibus liquidari, & quæ instrumenta habeant executionem paratam, vide Alex in. in l. fi. in princ. de edic. diui Adr. toll. vbi ponit, vnde sumpta est illa practica, quòd creditor per suum instrumentum prius liquidatum præsentatum debet consequi vide Ias. in l. 1. col. 6. ff. de eden. & Ias. in l. in illa. ff. de verb. oblig. vbi ponit quando instramento liquido est apposita conditio. Adde quòd vendens introitus feudales, saluo assensu Regis, promittens illas soluere potest teneri super tenore instrumenti non præstito assensu, D. Freccia, fol. 113 num. 37. Quid in instrumento confessionis mutui, vel depositi, aut alterius contractus, vide Hipp. in sing. 135 & sing 484. omnino, quia in vno dicit in alio quod. Adde quòd hic Ritus est stricti iuris, vt per Soc. cons. 51. vol. 1. col. 1. contrarium tenent Doct. relati per Carapeg. in tract. 2. de dote, par 5. q. 11. Adde alium Ritum, incip. item seruat. & sub rub. de preambulo, vide Afflict. in constit. eos, qui sectantur, nu. 7. & an petens declarari hæres debeat probare se proximiorem, vel sufficiat probare se consanguineum, vide Tiraq. de retract. lign. §. 11. in glo. 1. num. 8. cum seq. Quid in instrumento conditionali, cuius conditio est purificata. Dec. cons. 46 num. 3. An pendente iudicio super restitutione, vel falsitate instrumenti possit interim liquidari, vide Pet. Duenas in reg. 276. 4. fal. & de instrumento dotali, vide Leffr. cons. 18. An instrumentum in quo promissum est interesse possit liquidari, vide Couar. in secundo lib. var. resolut. cap 11. & quid si certa quantitas vini, vel frumenti, ibid. fol 544. vers. 4.

An autem possit præsentari contra hæredes debitoris, vide Doctores relatos per Cottam in ver. hæres censetur. Et an contra tale instrumentum admittatur exceptio nullitatis, vel exceptio confusionis, vel compensationis, vide Guid. in decis. 209. & an exceptio litis pendentiæ. Guido decis. 421. Et an possit instrumentum præsentari per filiumfam. & quomodo. vide Bart. in l. fin. § pupillus. ff. de verb. oblig. & an contra præsentantem instrumentum possit opponi exceptio minoritatis, vel quia est filiusfam. vide Bartol. in l. 1. §. & parui refert, numero sexto, ff. quod vi aut clam.

An instrumentum possit præsentari contra clericum, seruata forma Ritus in foro ecclesiastico, vide Barto. in l. cunctos populos, nu. 29. C. de summa Trinit. & Couar. in cap. 8 pract. qq. in fi. & c. 16. De Bottis.

¶ De resolutiua, vel aliqua negatiua, quæ si vera esset resolueret instrumentum, cui incumbat onus probandi eam licet dicatur quòd incumbit debitori: tamen secundum Ritum potest interim præsentari. licet Bald. in l. in testamento, in fi. C. de testam. tut. videatur sentire aliter, & ita fuit decisum per Sacrum Consilium in causa D. V. C. Pollerij cum Barone Tolosæ. Et an si instrumentum fuit factum cum defuncto possit per suum filium infantem cum tutore præsentari, vide text. cum glos. in l. 1. §. sufficit, ff. de administrat. tut. vbi videtur dici quòd non, maximè quia non fuit iuratum in faciem tutoris, & pupillus non potest fari, quia infans nec potest esse in iudicio. hic casus non fuit decisus: tamen totum consilium sentiebat quòd non poterat præsentari per infantem, nec per tutorem, quia iuramentum non fuit præstitum in faciem ipsius tutoris. M. Ant. Puluer.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

AD hunc Ritum animaduerte ipsius materiam latissimè prosequutos esse scribentes tam exteros, quàm regnicolas. quorum mentionem fecimus in rubr. huius tituli, & eorum dictis nihil addi potest, præter quos plura memoriæ tradidit Carau. hic, & in sequent. Ritibus, Addam tamen aliqua quàm
1 breuissimè circa nouam praxim, citato † enim reo quando vocatur in prima curia, tunc si tempore quo regit curia nō comparuit, & vult comparere id efficit coram vno ex Iudicibus Mag. Cur. Vic. siue sit causarum ciuilium, siue criminalium, licet frequentius id fiat corā Iudicib. ciuilibus; hæc dr̄ cōparitio de sero post hanc comparitionē; de qua loquitur Rouit. in prima curia solet comparere debitor cum supplicatione porrecta Domino Præsidi Sac. Cons. grauando se à liquidatione facienda ex quo instrumentum non est liquidum decretatione obtenta, quod comparente personaliter, & præstita cautione fiat relatio in Sac. Cons. qua supplicatione præsentata per Hebdomadarium Iudicem interponitur decretum quod remaneat condemnatus, Verùm supersedeatur donec fuerit facta relatio, quæ fit, & si postea est liquidū decretatur per Sac Cōs. remissa est Mag. Cur. Vic. & circa hoc fuit dubium tp̄e D Præsidis de Frāch. nam
2 aliqui ex Iudicibus M. C. V. dicebant † non deberi iterum interrogari postquam in vltima curia, quo tempore debebat fieri interrogatio. fuit decretatum, quod remaneat condemnatus, verum supersessum propter Regiam decretationem de verbo faciendo, & sic partes Sac. Cons. erant solum remittere causam simpliciter, imò dicebant ex hoc oriri damnum Regio Fisco, siquidem hoc medio tempore quo relatio fiebat comparebat debitor cum pecunia debita pro tertijs, & pœnam euitabat in damnum Regij Fisci. Hic respondebat dominus Præsidens quod per appellationem ad Sac. Cons. suspendebatur ille actus condemnationis, donec fieret relatio, qua facta, etsi appellans non obtineret debebat interrogari super instrumento liquidando, quæ interrogatio non erat facta propter impedimentum supplicationis, & sic non poterat dici verè condemnatus, qui non fuerat secundum hunc Ritum interrogatus, vnde interrogatio non facta, erat omnino facienda, quo tempore si comparebat cum pecunia debita pro tertijs, erat admittendus iuxta Rit. 172. Ipso verò non comparente tunc remanet condemnatus, nisi aliquam exceptionem de solitis admiss. proposuisset, aut causam vellet dicere in vinculis, aut pecuniam petitā deponere, & hæc siuè agimus de liquidatione ob tertias non solutas, siuè liquidatio fiat ob pecuniam in tempore promisso non solutam, vel ex alio capite, & hæc est hodierna praxis.

T *Publica instrumenta.* Necesse est ergo vt hoc primum cōstet, quòd scilicet sit † publicum instrumentum, hoc est tale, 3
quòd coram Iudice productum plenam fidem faciat sinè alio adminiculo Innoc. in cap. 1. de fid. instrum. & post eum Solan. ad constit. Sabaud. tit. de sent. exequut. glos. 2. num. 1. & 2. de quo vide in constit. instrumentorum robur, Et an instrumentum promissionis dotis sit liquidum dic quòd nō, vt tradit Io. Vinc. Anna sing. 248. qui dicit cautelam esse vt fiat instrumentum mutui, & ita practicatur, nam ead. die quo fit promissio dotis, fit aliud instrumentum per quod promictens confitetur se mutuam pecuniam à viro recepisse, illamque restitue- 4
re infra tempus conuentum, Et an † gener possit instrumentum contra socerum liquidare venia non petita dominus de Franch. disputat quæstionem, & refert fuisse decisum quòd possit, vt in decis. 366. vbi in fine refert sibi relatum de filio
† cōtra matrem quòd fuerit facta liquidatio, de qua re est val- 5
de dubitandum.

T *Dictis curijs.* Est ergo præheminentia M.C.V. † vt in ea 6
instrumenta liquidentur, hodie vero liquidari possunt in curijs Baronum, quibus sunt communicata priuilegia M.C.V. & hinc fuit dubitatum an instrumenta possint liquidari in curia baiuli in quo

in quo articulo scripsit accuratè Camillus Villanus Aduocatus primarius cuius scripta hic volui transcribere.

Duo articuli nuper veniunt determinandi inter Ciuitatem Catanzarii, & ipsius Baiulum. Primus est, si prædictus Baiulus
7 † cùm habeat tantum iurisdictionem ciuilem, & propterea nequeat vti criminali, & reg. tex. in l. solemus, § latrunculator. ff. de iud. possit tamen delicta punire, quando illa incidenter veniunt ad causas ciuiles.

Secundus est, si idem Baiulus possit decidere causas summariè, quamuis minimas, vbi non adest articulus iuris absque interuentu Iudicis eiusdem Baiulationis.

Quò ad primum omninò vana est prætensio partis, siuè auctoritates, siuè rationes aduertamus.

Nam quò ad auctoritates, articulum in terminis tetigit, Bar. in l. si quis obresserit, nume 4. & 5. & in l. Diuus 31. ff. ad leg.
8 Cornel. de fals. vbi fundat, quòd siuè falsitas, † siuè aliud delictum iniuriarum, & sim. committatur coram Iudice causarum ciuilium, de eis ipse non cognoscet, quia tunc Magistratus potest illa punire, quando alias habet cognitionem eorundem delictorum, aliter tenetur remittere ad Iudicem maiorem, sequitur Castr. in l. nullum, C. de testib. num 4. Bal. in l. 2, C. de sportul. Ant. de But. in cap. tuam, ext. de ord. cognit. sub num. 17 Rolan. consil. 12. num. 5 t. volum. 2. post Anchar. in cap. 1. de crim. fals. num. 9. Menoch. de arbitr. iud. q. 91. in fi & hanc opinionem fuisse receptam in nostris Tribunalibus, & propterea M.C. causarum ciuilium non cognoscere de his delictis, refert Vinc. de Franch. decis. 547. num. 5.

Rationes sunt plures.

9 Prima nam prorogatio † iurisdictionis in Magistratu non potest fieri, nisi in his, quæ sunt suæ iurisdictionis, ita vt si habeat simplicem iurisdictionem, non potest prorogari in his, quæ sunt meri, vel mixti Imperij, Barto. in l. inter conuenientes, ff. ad municip. in l. 1. ff. de iud num. 9. post glos. ibidem, & Cyn. in l. testamenta omnia, C de testam. Innoc. in cap. de causis, ext. de offic. deleg. num. 4 & ibidem Host. colum. 2. vers. potest autem prorogare, Henr. Boic. in cap. P. & G. ext. de offic. deleg. num. 2. & ibidem Imol. num. 48. & 88. Anchar. sub nu. 4. Io. de Ana. num. 4. & Abb. num. 15. vers. venio ad sextum, & in cap. si diligenti, ext. de for. compet. ante num. 15. Afflict. decis. 230. nu. 3. & dicit communem, & ab ea non recedendum, Cagnol. in alleg. l. 1 ff. de iud. num. 46. & benè Surd. consil. 56. nu. 47. vers. & non contradicit.

10 Et propterea, quòd Iudex † causarū ciuilium non possit mutare pœnam de pecuniaria in corporalem, quando condemnatus non habet in ære, & debet luere in corpore, voluerunt Castren. in l. pen. ff. de in ius voc. num. 5. & ibidem Iacobi. no. 3. Ang. in l. fin. per illum tex ff. eod. Capyc. decis. 27. nu. 19. Vinc. de Franch. decis. 158. nu 9.

11 Secunda ratio est, quia punire † testem falsum, & sim. non est incidenter cognoscere de falsitate, quod est permissum ex
12 l. quoties, C. de iud. sed principaliter, nam incidenter † cognoscitur, quando Iudex non pronunciat super delicto, sed decidit tantam causam ad se spectantem, habens oculos ad delictum, vt est tex expressus in l. 1. C. de ord. iud. ibi, quia non de ea, sed de hæreditate pronunciat, & benè per Anchar. consil. 173. col. fin. vers. non obstant notata per Bar. vbi quòd Iudex incompetens non cognoscit de falsitate coram se commissa, nisi vt falsarium reputet inhabilem ad testificandum, Bar. in l. 1. §. item solent, ff. de off. Præfect. vrb. Petr. de Bellapert. post glo. in l. 2, C. de fals. & est communis opinio vt per Conar. pract. quæstio. cap. 18. in fin. & alij, quos enumerat Farinac. in sua pract. crimin. in tit. de inquisit. q. 8. num. 28. vers. limitandum.

Est verum quod contra hanc opinionem pars allegauit pro se duos auctores, nēpè Bar. in l. hoc iure, § aqua, ff. de aq. quot. & æst. vbi dicit, quòd si Potestas Marchiæ diuidit iurisdictiones, & alium præponit ad causas ciuiles, alium verò ad criminales, si in ciuilibus incidit quæstio criminalitatis, quòd Iudex ciuilium causarum de ea cognoscet.

Sed illa doctrina non debet esse in consideratione, tum quia ipsemet Barto. contrarium firmauit in l. si quis obresserit, & in l. Diuus 31. ff. de fals. & illud ibi dicit esse verum, Tum etiam quia contraria opinio fuit recepta per alios, & per S C. vt firmauit Vinc. de Franch. allegat. decis. 547. num. 5. non obstante, quòd in contrarium adduceretur alleg. doctr. Barto. in dicta l. hoc iure, §. Aqua.

Secunda auctoritas, quam allegauit pars, fuit Imolæ in consil. 139. sed poterat relinquere talem allegationem, nam licet in principio argumentetur pro opinione partis, tamen inde cōtrarium fundat, num 6. cum seq. & in cons. 140 & in cap. P. & G. ext de offic. deleg. nu 48. & 88.

Non insisto circa distinctionem Farinac. in tit. de oppos. contra testes, q. 67 §. 2. num. 38. quòd Iudex causarum ciuilium in præfatis terminis non ordinariè, sed extraordinariè posset cognoscere, quod fortè esset, condemnare testem ob falsitatem, ad interesse partis, vt per Butr. in cap. 1. de crim. fals. num. 8. & ibid. Anchar. num. 12. Nam illam distinctionem optima ratione reprobat Menoch. de arb iud. q. 91. in fine.

Si igitur communis opinio, & rationes sunt contra Baiulum, & ijdem DD. pro eo allegati contrariam opinionem fundarūt, non est dubitandum, quòd abstinere debeat à cognitione causarum criminalium, etiam quòd veniant incidenter ad causas ciuiles.

Secundus articulus de summaria cognitione causarum, in quibus non adest quæstio iuris, potest incidere in modicis causis tantum, & maximè vilium personarum, vt per Auth. nisi breuiores, C. de sent. & peric. recitan. Dubium tamen est, nun-
quid † Baiulus absq; voto Iudicis possit eas determinare? & 13
mihi videtur omnino, quòd non, non solùm de rigore iuris, sed etiam quia æquitas id suadere debet.

Et quò ad rigorem aduerto, quod tex. in d. Auth. nisi breuiores prædictam cognitionem summariam non omnibus magistra-
tibus concedit, sed Præsidi Prouinciarum, † qui maius Impe- 14
rium habet omnibus post Principem, l. 4. ff. de offic. Præsid.

Et propterea antiquitus de his cognoscebat in hoc Regno
circumspectus † Præsidens Sac. Cons. quia etiam maius Impe- 15
rium alijs officialibus habebat.

Est verum, quòd illam potestatem ademit Cardinalis de
Granuela, eam tribuendo † Regenti Mag. Cur. sed non simpli- 16
citer, sed illi, & Iudicibus, vt in pragmat. 1. de caus. decid. in §. Item cognoscendo.

Et nunc audet non maior, sed minimus Magistratus in propria Patria absq; consilio Iudicis talem potestatem prætendere.

Et vt pateat, quòd nullum ius fouere potest, & nec ei prosit doctrina Carauitæ in Rit. 215 qui inquit, quòd de consuetudine quilibet Capitaneus cognoscit de his causis absq; consilio Consultoris, licèt contra Viuium decis. 136.

Aduertamus, nam illi termini nō possunt aptari ad Baiulum,
tum quia † Capitaneus est ille, qui habet maius Imperium in 17
Terra, quā regit, & procedit d. Auth. nisi breuiores, tum etiam, nam ipse habet ordinariam iurisdictionem à Barone concessā.
Sed Baiulus † nullā habet ex se iurisdictionem, Adeò quod 18
dixit Isern. post tex. in constit. cum noua, quòd Iudex tantum profert decreta, licet in præsentia Baiuli, vel saltim vterque simul vt ibidem, num. 3. & 9.
Imò quòd Baiulus † sinè Iudice nec possit facere mandatū, 19
firmauit Io. Ant. de Nigris in c. Reg. quia de Vicarijs, num. 16. vers. & ista faciunt ad quæstionem.

Si igitur Baiulus nullam habet iurisdictionem ex se, sed illa residet in Iudice, quomodo poterit cognoscere de causis summarijs, quarum cognitio semper maioribus Magistratibus reperitur tributa?

Dixi, quòd prædicta procedunt nō solùm de iure, sed etiam de æquitate, nam quæ æquitas poterit permittere, quòd quis euaginatum gladium habeat, & sub colore summariæ cognitionis carceret, & excarceret quemlibuerit in propria Patria, & fortè ipso nobiliorem, & his accedat, quòd tota illa Ciuitas est ipsi inimica ob auidum animum, quem semper habuit sibi vendicandi has supremas iurisdictiones, quod demōstrant processus hucusque confecti in Regia Camera, & est etiam considerationis, quòd pro scut. 3000. emit hanc minimam iurisdictionem, pro qua offert ipsa Ciuitas ducatorum decemmille, & euitet continua grauamina à Baiulo illata, & inferenda. *Cam. Ius Villanus.*

In articulo, num Curia Baiuli Ciuitatis Catanzarij possit procedere ad liquidationem instrumentorum, seruata forma Ritus, superfluè disputatur, num talis actio dicatur ciuilis, vel criminalis: nam qualiscunque sit, dictum Tribunal debet excludi, cùm non controuertatur, quòd talis potestas sit de præhe-
minentijs M.C.V. ipsa sola debeat de ea cognoscere, vt patet
in Rit. 54. Adeò † quòd alteri Curiæ non permittatur, nisi ex 20
speciali priuilegio, vt in alleg. Rit. firmat Carauit. sub nume 1.

Secun.

post

post Marin. Frece. de subfeud. in tit. de offic. Mag. Iustit. nu. 40. fol. 35.

Quod priuilegium non solùm non habet dicta Curia, sed ex relationibus Commissariorum Regiæ Cameræ expresè patet, quòd nunquam in talibus se intromisit.

21 Sed ad partis satietatem dico, quòd hæc † præsentatio instrumentorum proculdubio dicitur causa criminalis, siuè aduertamus ad authoritates Doct. huius Regni, siuè ad rationes.

Quò ad authoritates, quòd sit criminalis, firmant Afflict. decis. 64. num. 2. Frecc. de præsentat. instrum. par. 6. nume. 1. & par. 11. q. 3. num. 4. Capens. in Rit. 166. nume. 14. & in Rit. 144. Carauit. in Rit. 109 & 182. num. 9. & Vinc. de Franc. dec. 162. sub num. 6. vers. pro parte facit, & nu. 15.

22 Quòd si aduertimus rationes, relictis maximis cõmunibus, quòd in præsentatione instrumentorum † pœna applicatur Fisco, & per cõsequens debet dici causa criminalis, vt per Bar. & alios in l. 3. ff. de sepul. viol. in l. agraria ff. de ter. moto, & in l. si qua per calumniam. vbi omnes. C. de episc. & cler.

23 Ritus 171 & 179 inquiunt pœnam † liquidationis instrumẽtorum esse mutilationis manus, ergo absq; dubio criminalis, etiam secundum Pragmaticam. quam pro se adducit pars, quæ est Pragmatica 2. de iurisd. inuicem non turband. nam in ea expresè dicitur, quòd abscissio membri est iurisdictionis criminalis.

24 Præterea Rit. 270. loquendo de periurio, † sine quo liquidatio non datur, vt per Rit. 166. circa medium, dicit pro eo posse de iure, quem forjudicari, † & tamen forjudicatio non
25 admittitur nisi in causis criminalibus, vt in cap. Caroli Secundi, quod incipit. siuè quid sit in tit. de forjudic.

Aduersus hæc infrascripta opponit Pars.

Primum, quòd Rit. 109 expresè dicit hanc quæstionem esse ciuilem.

Secundum de Ritu 168. vbi dicitur, quòd in hac causa datur sententia ciuilis.

Tertium, quòd nunc non datur amplius pœna mutilationis manus. sed pecuniaria, & per consequens remanet ciuilis, quẽadmodum, quòd si † per statutum mutatur pœna de corpo-
26 rali in pecuniariam in illo iudicio admittitur procurator, licèt ante non admitteretur, vt per Bart. in l. penult. §. ad crimen ff. de public. iudic. nu. 14.

Quartum ex Rit. 302. vbi dicitur, quòd Capitaneus Neap. cognoscit de causis criminalibus, exclusis ciuilibus, & liquidationis instrumentorum.

Omnia tamen prædicta non obstant, &

Quòad primum, vt responsio clarè pateat affero verba Rit. 109. in contrarium adducti.

¶ Item seruat dicta Curia, quòd in causis extraordinarijs super tenoribus instrumentorum etiam ad media illius causæ (licèt sit ciuilis) non admittatur procurator.

Si volumus intelligere dictum Ritum, quòd semper causa liquidationis dicatur ciuilis etiam eo tempore Rituum quo pro ea dabatur pœna mutilationis membri, vt alleg. Rit. 171. & 179 esset satis vanus intellectus.

Quare est aduertendum, quòd Rit. ille non simpliciter dixit, † causam liquidationis instrumentorum esse ciuilem, sed
27 post media causæ, de quo non disputamus, nam si est verum, quòd media † causæ incipiunt post litem contestatam, & post
28 datum terminum, vt voluit Bald. in l. seruum quoque. § publicè ff. de procurat. num. 5. & ante eum Io. Andr. in add. ad Spec. in tit. de procurat. §. 1. num. 12. In casu nostro res caret scrupulo, nam † terminus in præsentatione instrumentorum non da-
29 tur, nisi facta interrogatione, & carcerato debitore. vt Rit. 166. & sic finito iudicio criminali: & propterea in Rit. 54. dicitur, quòd præheminentia M. C. consistit in præsentatione instrumentorum, & interrogatione.

Nam iudicium, † quod inde sequitur, est adeò ciuile, quòd habet suas instantias iuxta formam exceptionum, quæ proponuntur per reum, ita vt sequatur inde sententia post omnia alia acta ordinatoria, licèt non quòad pœnam, sed quòad sortem debitam tantum, vt expresè dicitur in Rit. 168. & declarat Carau. in alleg. Rit. 109. in finalibus verbis. 30

Secundum de Rit. 168. non obstat, nam (vt dixi) loquitur in secundo iudicio ciuili.

Tertium reijcitur, quia non est par ratio, ex mutatione pœnæ admittitur procurator, ergo remanet causa ciuilis, nam, † vt admittatur procurator de iure communi, sufficit, quòd veniat imponenda pœna à relegatione infra, vt per glos. & alios in l. seruum quoque § publicè ff. de procurat. & in l. pen. §. ad crimen ff. de pub. iud. cumulat, & distinguit Ant. Gabr. in com. opinionib. in tit. de malefic. conclus. 9. 31

Sed, vt causa fiat ciuilis de criminali, id non sufficit, nam † mensura pœnæ nõ variat criminis qualitatem, vt in proprijs terminis firmauit Vinc. de Franch. alleg. decis. 162. num. 27. ex dictis per Luc. de Penn. in add. ad cap. Regis Roberti, quod incipit. cura nobis, Afflict. in constit. eos, qui scienter, sub num. 3. post Napod. & Marant. quos allegant. 32

Quartum non obstat, quia Capit. Neap. qui regebat aliam curiã diuersam à Mag. Cur. vt in eod. Rit. 302. declarat Carau. non fuit prohibitus liquidare instrumenta, ex eo, quòd non esset causa criminalis, sed quia erat de præheminẽtijs Mag. Cur. vt in alleg. Rit. 54. & propterea nec ipsa, nec alius id poterat facere.

Cùm igitur constat, quòd liquidatio instrumentorum non solùm est causa criminalis, sed propterea requiritur speciale priuilegium, vt aliqua curia possit ad eam procedere, ac reiecta sunt, quæ à parte opponuntur, omnino est determinandum, quòd curia Baiuli ciuitatis Catanzarij ab ea abstinere debeat.

Camillus Villanus.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Hic articulus fuit tractatus in Regia Camera summariæ, & decisum quòd non liceat liquidare instrumenta in curia Baiuli die 14. Iulij 1604. vt in processu inter Vniuersitatem Catanzarij, & Cæsarẽ delo Nobile referente D. Didaco de Vera alias à nobis commendato qui ob eius doctrinam ac virtutes ad Regiam Cameram Summariæ fuit transmissus à Sac. Cons.

T *Præsentantur.* Aduerte circa hoc, quia præsentatio † ista instrumentorum habet vim libelli ita Afflict. decis. 191. nume. 5. in fine. 33

T *Citentur.* Ex hoc verbo colligimus ad hoc † vt instrumentum possit liquidari, requiri partis citationem, vt post Bald. in l. 2. C. de exequt. rei iudic. tradit Io. Vinc. de Anna sing. 256. 34

T *Statim incarcerentur.* Dic quòd instrumenta etiam illiquida, † si tamen fuerint liquidata exequutioni demandantur, sicut si essent liquida, ita post Bald. in l. 2. C. de exequutione rei iudic. tradit Solan. ad constitut. Sabaudiæ tit. de sentent. exeq. glos. 2. nume. 4. & 5. quòd intelligas iuxta Ritum 286. infra hoc eod. tit. 35

T *Parti læsæ.* Hoc quòd in hoc Ritu dicitur de pœna applicanda parti læsæ non seruatur hodie, tota enim applicatur Fisco, benè tamen verum est, quòd † medietatis pœnæ facit gratiam Illustrissimus Prorex, & eius nomine Domini Regentes cum hac decretatione dummodo non sit exequuta, nec exacta. 36

Interrogato debitore siuè confiteatur debitum, siuè neget condemnatur, etsi dicat satisfecisse, nisi in promptum doceat. b d. Tap.

IOANNA II. Rit. 174.

Item seruat ipsa Curia, * quòd si aliquis vel aliqua, interrogatus, vel interrogata * per ipsam Curam super tenore alicuius instrumenti, depositi, commodati, vel alterius debiti; siuè confiteatur instrumentum ipsum esse verum,

*ADDITIO. Item seruat ipsa Curia, quòd si aliquis, &c. *Idem fuit seruatum in Sacro Regio Consilio si fuit facta præuentio non in magna Curia, sed in Sacro Regio Consilio, quia attenditur præsentatio instrumenti, & ita fuit seruatum in causa Comitis Rocchæ cum Nicolao Antello Imperato, 1504. & in causa Iulij de Vico, cum Phisico Maruffi. vide etiam Afflict. decis. 387. M. Ant. Puluer*

*ADDITIO. Interrogatus, vel interrogata. *Collige, quòd contra instrumentum nulla exceptio opponi potest, quia si posset non obtineretur. Limita tamen,*

rum asserens se satisfecisse, siuè neget instrumentum esse verum: statim detinetur, & competens terminus datur ad probandum defensiones suas: nisi in in promptu doceat per publicum instrumentum quietationis, vel per aliam scripturam authenticam: quo casu non detinetur.

tamen, quòd licet exceptio opponi non possit, tamen poterit implorare officium iudicis vt non permittat fieri illicitas extorsiones: vel dato quod pars hoc non peteret, ipse tamen supplere potest. ita singulariter voluit Bal. in l. planè. ff. de peti. hære. sequitur Alex. in consi. 7. volum. 3. colum. pen. vers. secundò respondeo. Quid si in breui erat liquidandum instrumentum, vide Pet. Phil. Corn. consil. 223. 2. vol. Adde quòd contra istum debitorem nullus ordo iuris seruari debet. ita Barto. in l. missi. col. 2. C. de exact. trib. lib. 10. Sed quæro, an debitor possit pacisci, vt si elapso termino non soluat quòd possit per iudicem carcerari: an termino elapso, instante creditore debeat cape. dic quòd non, vt late examinat Luc. de Pen. in l. 13. colum. C. de curia & sta. lib. 12. Adde ad Ritum quòd non solum poterit detineri, sed etiam poterit fieri executio in bonis, vt per Bartol. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iud. & in l. nemo carcerem, C. de exact. trib. lib. 10. Iac. Anellus de Bottis.

Iste Ritus seruatur hodie, sicut & præcedens. Tapia.

Interrogatus super tenore instrumenti si per aliud instrumentum publicum, vel testes doceat de satisfactione, tunc non ipse, sed actor detinetur. b.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 175.

Item in casu præmisso interrogatus per ipsam Curiam super tenore alicuius instrumenti ad instantiam sui aduersarij doceat in promptu per publicum instrumentum quietationis, vel aliam scripturam authenticam, † vel per testes se satisfecisse * suo aduersario de debito in ipso instrumento contento non detinetur, sed detinetur suus aduersarius prædictus tanquam calumniator & periurus.

ADDITIO. Per testes se satisfecisse. Intellige quòd testes debent esse in promptu, ab autem, quòd debeat dari dilatio ad examinandum, quia tunc non diceretur in promptu, seu incontinenti, ita Pau. de Cast. in l. continuus, in princ. ff. de verbor. oblig. quem sequitur Alex. in consil. 73. colum. fin. vol. 3. & intellige, dummodo instrumentum non sit abolitum, cancellatum, nec in aliqua sui parte vitiatum, alias non exequeretur. ita Bald. in l. 1. C. vt in possess. legat. sequitur Ias. in l. edicto, in 4. not. C. de edic. diui Adr. tollen. quia Ritus dantes executionem paratam, sunt contra ius commune, vt est tex. in l. minor 25. ann. entue fidei. ff. de mino. no. Ias. vbi sup. in 5. not. Aduerte etiam quòd in executione talium instrumentorum mulier poterit se opponere, vt declarat Bald. nouel. in tract. dotium, 7. par. 18. priuil. Sed an hic Ritus habeat locum in instrumento reassumpto manu alterius notarij mandato iudicis. Franc. de Aret. in c. Albericus, in fi. de testib. post Barto. tenet quòd non, & an habeat locum in instrumento tutelæ, in quo quis promittit vtilia agere & reliqua restituere, & computum ponere, Alexan. in consi. 192. volum. 7. tenet quòd non. hodie tamen practica quòd testes super solutione recipiuntur post præsentationem instrumenti, ita quòd in vltimo reperitur examinatio facta, & sic impeditur executio & ista practica fundatur ex his, quæ decidit Bart. in l. 4. §. condemnatum. de re iudi. vbi dicit quando exceptio nullitatis non dicitur requirere altiorem indaginem. vide etiam Aret. in cap. fertes de testib. in fi. Solent etiam testes produci in vltimo peremptorio termino in banca in promptu & vtroque modo practicaui. De Bot.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Iste Ritus seruatur hodie.

Vel per testes. Hoc intelligendum est de exhibitione testium 8
† quando in promptu exhibet curia pro tribunali sedente, vt dicitur in Ritu 176. dum ibi dicitur incontinenti, & in quantum hic dicitur quòd detinetur, qui malè liquidauit, dic nõ seruari, sed condemnatur ad pœnam quam debuisset soluere debitor, benè tñ seruatur prag. Illust. Comitis de Miráda circa illos, qui exigunt pluries debitum quãdo liquidasset pro debito exacto

---

Instrumentum de per se non liquidum per aliud instrumentum liquidatur, veluti in hærede qui debet præambulum exhiberi, quod fieri debet iuxta formam hic positam. b.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 186.

Itẽ a seruat ipsa curia quòd quando creditor præsentat instrumentum debiti contra debitorem suum, & instrumentum non est liquidum de se, & velit creditor liquidare instrumentũ † per petitionem præambuli, & per testes examinandos in dicta petitione, vt puta, quia est hæres creditoris defuncti, & primo & ante omnia præsentare debet in dicta curia instrumentum, & exprimere pro quanta quantitate præsentat instrumentum, & se obligare ad pœnam vnius floreni pro qualibet vncia debenda ei per debitorem, & persequi causam infra duos menses. & deinde offerre petitionem præambuli, ad hoc vt si apparet, quòd dictus hæres seu alius creditor non deberet habere integram pecuniam, pro qua se obligauerit, teneatur soluere eidem curiæ dictam obligationem ad rationem de Floreno vno per vnciam, & si instrumentum ipsum non præsentabit in dicta curia, & obligationem ipsam non facit, primò & ante omnia, vt prædicitur, non admittatur per dictam curiam ad obligationem petitionis præambuli pro eo, quòd curia ipsa non intendit vexare partes, & iudicium esset elusorium.

a *Tem seruat ipsa curia, quòd quando creditor, &c.* Vnde autem fuit sumpta ista practica huius Ritus, quòd fit præambul. vide Matthæum pulchrè declarantem in consuet. eos qui scienter. in 4. quæstione. Adde alium Ritum in Ritibus vulgaribus, char. 126 incip. *Itẽ si lo principale, &c.* Vbi vult quòd quando principalis debitor est mortuus, & eius hæres vult præsentare instrumentum secundum formam Ritus, primo debet facere præambulũ, videlicet, debet præsentare testamentum, ad ostendendum qualiter est hæres, & debet facere examinare nonnullos testes, ad probandum quòd adiuit, & accepit hæreditatẽ: & deinde præsentare instrumentum liquidũ: alias nõ potest præsentari, nec procedi ad interrogationẽ super dicto instrumento secundum formam Ritus. Ita vult illud cap. tene mẽti. & vide omnino aliũ Ritum aliter loquẽtem incip. item seruat ipsa curia, quod si fit præsentatio. M.

X CARO-

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

1 *Per petitionem præambuli.* Hic Ritus hodie practicatur, sed alio modo, nam † quotiescunque hæres vult liquidare instrumentum illud præsentat cum decreto præambuli, sic enim in Regno vocatur decretum per quod aliquis fuit declaratus hæres, sic † etiam potest liquidari per aliud publicum instrumentum per quod probaretur alia qualitas, quæ personam sigillaret. Hinc fuit dubitatum an possit liquidari instrumentum promissionis dotis cum fide Parrochi attestantis matrimonium fuisse contractum, de quo D. Præsid. de Franch. decis. 366. vbi habetur fuisse liquidum instrumentum cum fide Parrochi, & contra socerum, & ibi nume. 9. dicit Dom. Præsid. de Franch. posse liquidari etiam per aliud genus probationis intelligendo Ritum 167. qui est huic Ritui etiam similis loqui exemplificatiuè, non autem restrictiuè prout est veritas, & ita seruari in practica testatur idem dominus Præsid. decis. 420. debet tamen probatio esse liquida, & clara.

Instrumentum liquidari non potest sic die natiuitatis actionis sunt elapsi viginti anni, sed ordinariè proceditur, & vnum instrumentum de per se non liquidum, per aliud liquidatur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 167.

NOta a quòd iste Ritus hoc modo practicatur, videlicet, quòd fit interrogatio super tenore instrumenti, nisi fuerint transacti anni viginti à die natiuitatis actionis contentæ * in ipso instrumento, quo casu quando transacti essent, non fit interrogatio, sed proceditur via ordinaria, prout de iure communi conceditur.

a *Nota quòd iste Ritus hoc modo practicatur, &c.* Cum hoc Ritu concordat singul. doctr. Pal. in l. planè. ff. quod fal. tit. auth. vbi inquit, quòd si statuto cauetur quòd post decennium possit peti executio instrumenti, post d. decem annos creditor potest agere via ordinaria, porrigendo libellum, petendo debitum in instrumento contentum. & postea poterit producere instrumentum ad probationem, nec ei obstabit exceptio. seu præscriptio decennij, quia licet post decennium non possit producere instrumentum in modum executionis, poterit tamen in modum probationis, & subdit Bald. se ibi Barto. audiuisse in d. l. ita dicentem, ar. illius. l. refert, & sequitur Anto. de Ca. in tracta. de instrum. execu. in quæstio 56. & Crem. no. suo 140. in cap. statuto cauetur quòd post decennium, &c. Et cum hoc Ritu quòd elapsis viginti annis potest præsentari instrumentum secũdum formam Ritus sed agendum est via ordinaria, concordat alius Ritus simil. in Ritibus vulg 125. incipien. *Item si tale instrumento passe sunt viginti anni* ¶ Vtrum autem huic Ritui, & statuto præallegato possit debitor renuntiare? dic quòd nõ, quia odio negligentia creditoris inductus est, adduco ad hoc no. doct. Barto. in l. 1. in fine. ff. de vsucap. vbi inquit, quod si statutum dicit quod si creditor steterit per decem annos, & non petierit, quod non audiatur, quod non potest illi statuto renuntiari per debitorem, quia odio negligentis creditoris inductum est. tene menti, quia faciet tibi honorem.

ADDITIO. Actionis contentæ. *Vide Lafred. consil. 18. No. quòd in Sacro Consilio de anno 1518. de mense Ianuarij in causa cuiusdam Septembris fuit decretum quòd hæc verba, à die Natiuitatis, intelliguntur à die quo fuit actio cum effectu nata, idest à die, à qua intentari potuit, quia verba sunt cum effectu intelligenda.* De Bottis.

Creditor, qui vult liquidare instrumentum debet obligare se, & bona de non se concordando cum parte, & si præuentio fuerit facta tunc non potest prosequi iudicium liquidationis, donec finiatur causa præuentionis, & datur forma interrogationis h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 168.

ITem no. quòd assignans instrumentum in dicta Curia & petit interrogationem fieri. obligat se & bona sua 1 non concordare cum parte altera sinè licentia Curiæ, imò de prosequendo dictam causam extraordinariam super tenore dicti instrumenti * vsque ad finem, ad pœnam tarenorum sex pro qualibet vncia cõtenta in dicto instrumento, & non minus: tamen quando esset vna summa multum excessiua, puta, duarum vel trium millium vnciarum, tunc committitur arbitrio Curiæ, &c.

* ADDITIO. Dicti instrumenti. *Ex hoc infertur, quòd si in instrumento promissa certa quantitas sit cum hoc pacto facto calculo minus deberetur, illa maior quantitas censeretur promissa, quod instrumentum potest exequi pro quantitate certa promissa. Idem si inter partes est factum compromissum super exceptionibus oppositis contra instrumentum. quod pendẽte compromisso potest instrumentum præsentari, ita in omnib. decidit Soc. in l. pecuniam. ff si cert. pet. & quòd si primo erat aliquid impletum per creditorem, vide Gui. Pap. in decis. 15.* De Bottis.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

T *Non concordare cum parte.* Hoc quòd hic dicitur de obligando † se, & bona sua de non concordando se cũ parte hodie non seruatur, sed simpliciter præsentatur, & ipso viso, & de liquiditate ipsius constito expeditur citatio. qua notificata debitor vocatur in prima Curia, & in sequenti fit interrogatio si debitor sit præsens, sed non vt dicitur in hoc Ritu, nam nec legitur instrumentum nec aduocatus fisci, & partium vocantur. nec à Iudice interrogatur, sed tantum ab actuario in aula, in qua resident Iudices Mag. Cur. Vic. causarum ciuilium, & licet liquidatio instrumenti vigore iuramenti præstiti, & nõ seruati procedat via criminali, Attamen † Iudices Mag. Cur. Vic. causarum ciuilium expediunt citationes, & assistunt tempore vocationis contumaciarũ, & quoad citationẽ animaduertendum est, quod subscribuntur per actuarios causarum criminalium, possent tamen expediri per Iudices crimioales ex ratione quam diximus.

T *Sit præuentus.* Hoc quod de præuentione dicitur seruatur, verum secundum formam traditam per Regiam pragmaticam Illustriss. Comitis Mirandæ quæ est prima per quã † prohibentur Iudices Mag. Cur. Vic. prouisiones expedire, quod supersedatur in accusando, vel in liquidando quando venit, & cessit dies solutionis, quando tamen fit præuentio in tempore præstatur cautio de soluendo debitum, & pœnam in casu, quo reperiretur contrarium eius, quòd exprimitur in comparitione, finita vero præuentione si fuerit absolutus conuentus, tunc proceditur ad liquidationem instrumẽti, quo liquidato fit executio tam contra principalem, quàm contra fideiussorem præuentionis, & vide infra in Rit. 190.

Debitore

Debitore cum pecunia debita comparente in termino hic posito pœna liquidationis non exigitur nisi concordauerit se actor cum debitore, quo casu exigitur ab actore vigore obligationis Ritus antecedentis, & ex æquitate non exigitur pœna à debitore soluente post lapsum terminum. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 169.

VBi autem citatus super tenore instrumenti venit ad ipsam Curiam in termino sibi dato in prima citatione, vel infra triduum cum sacco paratus, id est, cum pecunia, vel eo quod debetur, tūc nō potest exigi pœna, ad quā se obligauit præsentans fentans

fentans instrumentum, sed denarij tunc ponuntur in manibus ærarij, qui ærarius subtiliter indagat si facta fuerit aliqua concordia extra iudicium inter ipsas partes sinè voluntate dictæ Curiæ: & si reperit fore factam aliquam concordiam extra iudicium inter partes ipsas sinè voluntate curiæ, tunc de ipsa pecunia quæ intrat in bursā actoris se obligantis retinet pœnam, ad quam actor voluntariè se obligauerat, quando præsentauit dictum instrumentum, scilicet, tarenorum sex pro qualibet vncia, & ipsa pęna acquiritur ipsi Curiæ, &c.

CAROLI TAPIÆ REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

ISte Ritus non seruatur quoad id, quod dicitur de pecunia deponenda † pœnes ærarium, neque quoad inquisitionem faciendam de concordia partium, & ad exactionem pœnæ ab actore actore, qui se concordauit, nam (vt diximus supra in Ritu 167) hodie, vt plurimum debitores concordant se cum creditoribus durante verbo faciendo in Sac. Cons. vsque ad tempus interrogationis.

Citationes super tenore instrumenti non expediantur nisi præsentato instrumento. h. d.

PRAGMATICA IX.

De offic. Mag. Iustit.

INter principales Ritus, qui Magnæ Curiæ seruantur sunt hi, qui de præsentationibus instrumentorum loquuntur, iure igitur decernimus infrascripta Capitula, quæ à prædecessoribus super hac materia constituta fuut penitus obseruari, hoc etiam addentes, vt de cætero citationes super tenore instrumentorum per aliquem ex officialibus Magnæ Curiæ expediri non possunt, præcipuè extra Ciuitatem Neapolis, nisi prius instrumento in Curia præsentato, & penes Actuarium relicto, ac per vnum ex Iudicibus viso & lecto, ne subditi Regij, quorum indemnitas cura est nobis forsan ex instrumentis non liquidis, vt sæpè accidit, indebite grauentur, & criminaliter molestentur.

In præsentatione instrumenti notetur dies, & quantitas, nec partibus restituatur absque ordine, & die notato quā is restituitur. h.d.

Regis Ferdinandi Primi in anno 1481.

§. IN primis ordinatur fiscalibus, vt præsentationes instrumentorum faciendæ secundum laudabilem Ritum Curiæ, de cætero in libro adhoc deputando scribantur, exprimēdo diem præsentationis instri, & nomen debitoris, & creditoris, quantitatem pecuniæ pro qua instrumētum præsentatur.

§. Item quòd ipsis Scribæ fiscales, instrumenta vt supra præsentata, partibus non restituant non obtenta licentia à dominis Regente, & Iudicibus, & Fisci Procuratore, vel Aduocato, & ipsa licentia obtenta scribant in eodem Libro mensem, & diem restitutionis instrumentorum, necnon ex quorum mandato illa restituunt.

Detur notitia fisco de instrumentis præsentatis. h.d.

§. Item ordinamo, che similmente tutti Scriuani Fiscali, debbiano incontinente, che serà lor presentato alcuno instrumento iusta la forma del Rito, notificare detta presentatione all'Aduocato, & Procurator rator

rator fiscale, con dargliene copia per interesse della Regia Corte.

Non admittantur appellationes in liquidatione instrumenti nisi præstita cautione de parendo mandatis Sac. Cons. & personaliter compareant. h.d.

§. Item vogliamo & ordiniamo, che quelli, che seranno citati super tenore instrumenti, secundum formam Ritus, & prima che compariscano, appellaranno, & otteneranno supplicatione, quod fiat verbum in Sacro Consilio non siano admessi, nè s'impedisca la liquidatione de gl'instrumenti, nè si riceua detta supplicatione, eccetto se compareranno li detti citati & daranno pleggiaria di obedire, & esequire quello che per detto Sacro Conseglio sarà prouisto, & determinato.

Liquidatio instrumentorum fiat Curia sedente, vel saltim die sequenti, si discussione indigeat. h.d.

Don Federici à Toleto in anno 1558.

§. Item vogliamo, & ordiniamo, che le liquidationi de gli instrumenti liquidi, si debbiano fare curia sedente pro tribunali, & seruarsi la forma del Rito inuiolabilmente, & quando accadesse opposta cosa cōtra gl'instrumenti c hauesse bisogno di qualche discussione, & per questo si prouedesse che la liquidatione si facesse extra Curiam, vogliamo, & così ordiniamo, che detta liquidatione nelli casi predetti si debbia fare al più tar[illegible] il di seguente, & in nessun modo differirsi più, prohibendo anco, che nelli casi predetti non si possa dire quod fiat depositum, come habbiamo inteso, che sia stato abusato, & si abusi.

Non admittantur scripturæ aduersus instrumenta liquida tempore quo fit relatio in Sac. Cons. sed remittantur ad Mag. Cur. videnda ipsi pro tribunali sedente. h. d. Tapia.

PRAGMATICA IIII.

De instrument. liquidat.

DOn Ioannes de Zunica Comes Mirandæ Marchioq; Labagnesæ, & in præsenti Regno præ-

 facta

fatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. Cum nuper ad nostras aures peruenerit, quod tēpore quo fit relatio in Sacro Consilio, per Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ ad finem videndi si instrumentum debet, aut potuit non liquidari seruata forma Ritus præsentantur in Aula Sacri Consilij scripturæ, & quandoque fit decretum quod visis scripturis Magna Curia prouideat, quod satis tendit in præiudicium partium, & Regij Fisci. Volentes propterea super hoc prouidere præsenti Pragmatica perpetuò valitura decernimus, atque mandamus, quod nō recipiantur aliquæ scripturæ vel aliquod instrumentum, aut depositum ad impediendam liquidationem ipsius instrumenti nisi in ipsa Magna Curia, magnaque Curia ipsa pro Tribunali sedente, & non præsentatis scripturis, instrumentis, vel deposito in eadem Magna Curia per citatum personaliter comparentem non admittatur ad præsentandum, & producendum prædicta in Aula Sacri Consilij, sed ex eisdem actis debeat cognosci de iustitia vel iniustitia liquidationis, & quando in vltima cōtumacia reus citatus non comparuerit, sed postea de sero coram Iudice quod instante actore in Curia sedente, & comparente Reo similiter tunc tantum debet recipi scriptura, instrumentum, vel aliquod depositum, & non in alio loco, & tempore. Mandamus etiam quod obseruetur inuiolabiliter prouisio alias facta super expediēdis citationibus super tenore instrumenti, tenoris sequentis inter principales Ritus qui in Magna Curia seruantur, sunt hi qui de præsentationibus instrumentorum loquuntur. iure igitur decernimus infrascripta capitula, quæ à prædecessoribus super hac materia constituta sunt, penitus obseruari, hoc etiam addentes, vt de cætero citationes super tenore instrumentorum per aliquem ex officialibus Magnæ Curiæ expediri non possint præcipuè extra ciuitatem Neap. nisi prius instrumento in Curia præsentato, & pęnes actuarium relicto, ac per vnum ex Iudicibus viso, & lecto, ne subditi Regij quorū indemnitas curæ est nobis, forsan ex instrumentis non liquidis vt sæpè accidit, indebitè grauentur & criminaliter molestentur, sub pęna Regię indignationis. Datum Neap. die 14. mensis Aprilis 1587.

El Conde de Miranda.

V. Moles Regens. V. Berrieanus pro Regens. V. Lanarius pro Regens. Dominus Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis, Mandauit mihi Bastidæ de Muñat. Secr. In Prag. primo f. 11.

CAROL. TAP. REG. CONSIL. ANNOT.

Haec Pragmatica seruatur hodie indistinctè, ideòq; tempore quo remictimus causam ad M.C.V. diximus remissa est, quæ visis scripturis in aula Sac. Cons. præsentatis Fisco, & partibus auditis iustitiam faciat.

Opponens exceptionem infirmitatis si reperiatur extra ciuitatem transmittat fidem infirmitatis, & mandatū ad comparendum aduersus liquidationem faciendam. h. d. Tapia.

PRAGMATICA NOVITER AEDITA.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX, &c.

DOn Ioannes Alfonsus Pimentel de Herrera, Comes Benauenti, Dominus Domus Herreræ, & in præsenti Regno præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maiestatis, Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis. Essendosi per esperienza visto, che per le molte dilationi e subterfugij di debitori, vēgono li creditori (ancorche habbiano instrumenti liquidi di lor crediti) ad esser detratiati in modo, che restano delusi, senza poter per molto tempo, e con molti lor dispendij, e trauagli conseguir li loro crediti, & particolarmente essendomo informati, che molti debitori dimorando in varie parti del Regno, quando sono citati super tenore instrumenti allegano esser infermi, producendo fede di Medico, per la quale se li dà conueniente dilatione à comparire, & non obstante questo, molte volte con fede procurate, & finte de infermità, che presētano l'vna dopò l'altra, vanno ottenendo tante dilationi, che ò il creditore è forzato di lasciar di dimandare il suo credito, (stanco di tante lungarie, e cauillationi) ò è costretto à condur il Giudice, & Mastro d'atti della Vicaria à sua costa molte volte nelle più lontani parti del Regno con grandissime spese, & disaggi. Et spesso per l'impedimenti delli Giudici, non obstante che il creditore stia pronto si dilungano detti accessi, tanto che viene à patirne notabile danno, & interesse. Per tanto volendomo prouedere à questo abuso, con voto, & parere del Regio Collateral Consiglio appresso di noi assistente con la presente Pragmatica (omni tempore valitura) ordinamo, & comandamo, che quando alcuno serà citato super tenore instrumenti, & se ritrouerà fuora di questa Fidelissima Città infermo, debbia inuiare fede autentica della sua infermità nel modo che si è fatto per il passato, & giontamente con inuiare dette fede, debbia constituire vn Procuratore speciale, il quale possa in suo nome comparire in detta Gran Corte, Curia, pro Tribunali sedente, & presentare tutte quelle scritture, & suppliche, & allegare tutte quelle eccettioni tantum, che in virtù del Rito di detta Gran Corte, & Regia Pragmatica potria presentare, & allegare il principale si fosse presente, e non altre, & con detto Procuratore si possa procedere all'atto dell'interrogatione, & liquidatione, come si potria procedere con il medesimo principale, e non comparendo detto Procuratore, si habbia da procedere alla liquidatione di detto instrumento, non obstante l'impedimento, & infermità allegata, dispensando (quatenus opus est) in questo al detto Rito, ilquale essendo stato introdotto per facilitare il pagamento in beneficio di creditori, veneria hoggi per indirectum per le cauillationi, & dilationi di debitori ad operare contrario effetto. Et acciò sia noto à tutti, ordinamo che della presente Pragmatica se ne affiga copia autentica in valuis delli Regij Tribunali di questa predetta Fidelissima Città.

Datum Neap. die nono mensis Iulij 1608.

El Conde de Venauente.

V. Constantius Reg. V. de Castellet. Reg. V. D. Ber. à Bar. Reg. Dñs Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Andreæ de Salazar. In Pragmat. primo fol. 109.

Debitor super tenore instrumenti citatus, si in termino non compareat, potest vti suspectus de persona capi. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 172.

ITem quòd si debitores citati super tenoribus instrumentorum in dictis curijs, vel altera ipsarum fuerint contumaces: & non comparuerint in termino statuto, statim tamquam suspecti possint capi de persona,

Instrumenta infra vnciam recipiantur per Curiam, & fiat interrogatio, & reo consitente fit perceptum Iudicis arbitrio modo hic perscripto, & si aliquid contra instrumentum allegatur committitur examen, si verò vnciam excedat fiat interlocutoria iuxta Ritum Mag. Cur. Vic. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 187.

ITem quæcunque instrumenta quæ præsentantur in dicta Curia recipiantur per dictam Curiam super illis, quæ continet quantitatem vnius vnciæ inclusiuè, & vltra vnciam vnam fiet interlocutoria secundum Ritum Curiæ, super alijs autem quæ continet quantitatem infra, interrogetur conuentus per Curiam, & si non confitebitur, mandetur sibi ad certam pęnam, quòd soluat infra certos dies secundum qualitatem personarum, & quantitatem debiti. Et hoc quando est possidens, & non suspectus de fuga, aliàs vel caueat de soluendo, vel detineatur in defectu fideiussionis, si autè citatus aliquid allegaret contra instrumentum, vel quòd soluerit, vel aliam iustam causam, Curia ipsa committit vni, qui examinet testes super solutione, & alijs dicendis per eum, vt supradictum est in causis modicis committendis.

Creditor præsentans instrumentum debet in primo peremptorio accusare cõtumaciam, & in vltimo peremptorio instare debet, quòd debitor interrogetur, vt eo contumaciter absente condemnetur iusta causa excepta, nec potest creditor se concordare. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 183.

ITem quòd vbi aliquod instrumentum præsentatur publicè in dicta Curia per aliquem creditorem contra aliquem debitorem, seu eius fideiussores, quòd in primo peremptorio dictus creditor debeat accusare contumaciā, in vltimo peremptorio debet instari, vt interrogentur debitor, & fideiussores super tenore dicti instrumenti, vel in eius contumaciam ipsos debeat condemnare, nisi iusta causa interuenerit, & non potest creditor prorogare dicto suo debitori, seu dictis eius fideiussoribus terminum ad condemnari faciendum eos, nec aliq pactū potest dictus creditor facere dicto suo debitori, seu dictis eius fideiussoribus, tam super prorogatione dicti vltimi peremptorij, quàm super restitutione dictæ pecuniæ, seu partis ipsius, aut aliter quoquomodo.

Debitore condemnato creditor qualibet hebdomada instet pro carceratione debitoris, nec potest creditor se concordare. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 184.

ITem quòd facta condemnatione per dictam curiam ad petitionem dicti creditoris contra dictum debitorem seu eius fideiussores, præfatus creditor saltem semel in septimana debeat instare in dicta curia, & dictus debitor seu eius fideiussores capiantur, & contra eos procedatur ad interrogationem super tenore dicti instrumenti, & non potest se dictus creditor modo aliquo concordare cum dicto debitore, seu eius fideiussoribus, vt sup.

Reo condemnato ex quo non comparuit, & accusatore in possessionem misso ex primo decreto, & reo ad tertiam partem mobilium condemnato post lapsum duorum mensium instrumentum actori restituitur, deinde forma hic descripta seruatur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 180.

ITem seruat dicta Curia, quòd postquam ille fecit citare aliquem super tenore instrumenti, & fecit condemnari eum, quia non comparuit, & fortè fuit ipse accusatus, aliàs, accusator missus in possessionem ex primo decreto, & transierunt duo menses à die factæ obligationis, tunc adhuc ipso reo condemnato scilicet ad tertiam partem bonorum mobilium, statim post lapsum dictorum duorum mensium redditur instrumentum ipsi actori, quod in dicta curia assignauerat, & fecerat obligationem, quæ obligatio scribitur supradicto instrumento à tergo, cuius obligationis tenor statim ponetur, quo instrumento reddito non exigitur obligatio ab illo, qui obligauit se, licet se concordet extra iudicium sine sententia Curiæ. Tenor obligationis, quæ fit in ipsa Curia per eum, qui assignat ipsum instrumentum, qui actus assignationis est primus in dicto extraordinario processu, & citatio est secundus, talis est, videlicet atergo hoc modo, instrumentum pro, &c.

Ritus iste non seruatur. Tapia.

Reo, vel fideiussore condemnato non restituitur instrumentum actori nisi post duos menses. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 185.

ITem quòd facta cõdemnatione prædicta ad petitionem dicti creditoris contra dictum debitorem seu eius fideiussores, non debeat fieri restitutio instrumenti dicto creditori infra menses duos à die præsentationis ipsius in antea numerandos. Sed lapsis dictis duobus mensibus, fiat restitutio dicti instrumenti creditori præfato.

Actor habens debitorem suspectum si per duos testes debitoris inopiam probet fit citatio super tenore instrumenti, & non præstita per debitorem cautione de stando iuri, capitur de persona fit condemnatio tertiæ partis mobilium, & actor pro mensura crediti in possessionem mittitur. h.d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 170.

ITem nota quòd quādo volens interrogationem fieri, id est, actor habet instrumentum publicum & liquidum, & dicit aduersarium suum post confectionem dicti instrumenti factum esse fugitiuum, & duo testes dicunt reum nihil possidere immobile in Regno, licet non assignent benè causam scientiæ, tunc fit citatio contra ipsum debitorem isto modo super tenore instrumenti, videlicet, quòd ci-

tet eum, & in defectu fideiussoriæ cautionis de iuri stando eum capi faciat de persona, quæ citatio vocatur vulgariter citatio super tenore instrumenti de citando & capiendo, & hoc quotidie seruat ipsa curia, præsentato prius instrumento in dicta curia in forma prædicta, & facta obligatione vt supradictum est: aliàs si non facit ipsum capi, curia incipit à citatione multoties, etiam non præsentato instrumento in curia ipsa, & sufficit si instrumentum præsentatur, postea veniente reo vel die cõdemnatur ad tertiam partem bonorum eius mobilium, vbi etiam decernitur per ipsam curiam actorem fore ponendum in possessionem pro mensura debiti declarati in ipso instrumento. Multoties etiam antequàm fiat citatio præsentatur ipsum instrumentum, & se obligat vt supra dictum est.

Creditore defuncto interrogatur reus ad instantiam hæredis, reo autem defuncto eius hæres non interrogatur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 178.

Item a seruat ipsa* Curia quòd si debitor alicuius viuit, & ipse creditor sit defunctus, & habeatur de debito ipso publicum instrumentum, & præsentetur in Curia ad petitionem filij, & hæredis dicti creditoris defuncti: dictus debitor viuens interrogatur super tenore instrumenti, si constat eum esse hæredem: secus autẽ si debitor ipse sit mortuus, creditor autem viuat: nam hæredem debitoris ipsius quomodolibet interrogare nõ potest super tenore instrumenti, cùm præsumatur iustam ignorãtiæ causam habere.

a *Item seruat ipsa curia, &c.* Tene menti hũc Ritum, quòd si est mortuus debitor, non potest præsentari instrumentum cõtra eius hæredem; secundum formam Ritus. Item quòd si qui debitores, &c. & non poterit carcerari. Tu pro hoc dic, quòd benè faciet not. doct. Bart. & multum ad propositum in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. vbi inquit, quòd si debitor in instrumento expressè conuenit, quòd si nõ soluerit in termino posset incarcerari, præsupposito quòd tale pactũ valeat, de quo tamen per Barto. in l. Titio centum. §. 2. de condit. & demonstr. & in l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. quòd hæres debitoris quamuis non soluat, non tamen poterit vigore talis pacti incarcerari. quod dictum ibi summè commendat, & sequitur Pau. de Cast. Alex. & alij Mod. subdentes secus esse in statuto, quia si statutum disponat quòd debitor non soluens possit incarcerari eo mortuo, similiter eius hæres poterit incarcerari. & sic statutum loquens de incarcerando debitorem, habet locum etiam in hærede eius, ista est doct. Barto. & aliorum in l. postulanti. in princ. ff. ad Treb. vbi Alex. limitat tripliciter, vide eum ibi, qui pulchrè loquitur, & cum præalleg. doct. Barto. in l. si decesserit, concordat pulchrè Do. Bal. in marg. sua. in ver. hæres. ver. si. vbi inquit quòd hæres debitoris capi non poterit virtute licentiæ de capiendo debitorẽ. Ecce quantum suprà dixi de statuto, adde quòd statutum disponens quòd pro debito possit capi debitor, poterit ita demum capi eius hæres, cum præcesserit legitima discussio, & prolatio, quod ille capiendus fuerit hæres debitoris. ita multum not. inquit Bald. in l. per diuersa. in 10. q. in fi. C. mand. alleg. ad hoc Innoc. in cap. quia. in fi. de iud. quod reputat multum no. consulendo Alexand. in cons. 188. incip. viso processu agitato inter, &c. in 2. col. 2. vol. M.

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia, quòd si debitor alicuius viuit. *Vide Bal. in l. f. §. & si præfatam, vers. vnum tamen scias, C. de iure delib. vide Aret. in cons. 32. 1. dub. qui ponit hanc practicam, & melius per Socin. cons. 89. in nouis. Ad intellectum huius Ritus no. quòd mortuo debitore creditor cum authoritate iudicis poterit detineri facere cadauer debitoris defuncti donec sibi satisfiat ita singulariter volunt Ang. in Auth. defun. seu fun. colla. 5. de cuius veritate vide Felin. in c. sicut, col. 2. de iud.* De Bottis.

Ad instantiam hæredis creditoris fit liquidatio, dummodo in promptu constet illum esse hæredem. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 181.

Itẽ seruat ipsa Curia quòd si fit præsentatio instrumenti * debiti in ipsa Curia, quod non est liquidum, puta, quia dico me hæredem Titij cui fecisti tale instrumentum, &c. licet non constet per publicum instrumentum quomodo sum hæres, tamen possum dare petitionem, & probare per quascunque probationes me esse hæredem, & interposito decreto quòd sum hæres procedat interrogatio. Aliqui tamen dicunt contrarium dicentes, quòd debeo probare in promptu per publicum instrumentum me esse hæredem, prout in quadam alia obseruantia, seruata quandoque vna, quandoque alia.

* ADDITIO. Item seruat ipsa Curia, quòd si fit præsentatio instrumenti. *Est fundatum in iure hoc præsuppositum, vt colligitur ex not. per Bald. in l. 2. C. de exec. rei iud. & per Aret. in l. si potest, col. antep. in fi. cum l. seq. post Ang. ibi, de acquir. hæred.* De Bot.

Debitore præueniente impeditur liquidatio, & constito de satisfactione condemnatur creditor ad restituendum, seu cassandum instrumentum, & pœna hic contenta punitur. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 189.

Item quòd quando contigerit * fieri præuentionem per debitorem alicuius contra aliquem creditorem; quòd restituatur instrumentum debiti, quod est penes eum pro rupto & casso, & faceret mentionem in citatione præuentionis, quod est eidem creditori satisfactum per ipsas curias, seu in altera ipsarum debeat dari breuis terminus, secundum distantiam locorum ad probandum de ipsa satisfactione, & si actor probauerit pecuniam fore solutam eidem creditori per debitorem, seu alium eius nomine, aut per alias legitimas probationes, quòd fuerit satisfactum dicto creditori per ipsas curias, seu alteram ipsarum condemnetur creditor ad dandum & restituendum ipsum instrumentum pro rupto & casso ipsi debitori, interim vero* donec causa præuentionis pendet non procedatur ad interrogationem instrumenti contra debitorẽ ipsum iuxta Ritum per nos superius expressum, & ipso facto puniatur debitor eo casu pro qualibet vncia debita ad tarenos auri sex dictæ curiæ applicandos pro medietate fisco, & reliqua medietate parti.

* ADDITIO. Item quòd quando contigerit. *Vide limitationes decem per Mar. Soc. in c. ex literis. c. 69. de mut. petit.* De Bottis.

* ADDITIO. Interim verò *Adde Pragm. Regis Ferd. incip. malitijs, quam videas.* De B.

Præuentio non nisi in ipsa curia fiat, præterquam in Clerico, & si in alia curia fiat, non impeditur liquidatio in curia. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 190.

In primis quòd vbi aliquis habeat aliquod instrumentum publicum contra aliquem mutui, depositi, seu cuiuslibet alterius cõtractus, ita quòd instrumentum illud sit liquidum ex omni parte, &

debitor seu fideiussores eius velint præuenire suum creditorem, quod sibi satis fecerint, seu aliter quouis modo velint dicere cōtra dictum instrumentū.

In relationibus in Sacro Cons. faciendis causarum liquidationis instrum. audiatur Fisci patronus. h. d. Tapia.

Ex Libro Bannorum Mag. Cur. Vic.

SV Excelençia manda que quando la Vicaria Ciuil va enel Sacro Consejo, los juezes à referir causas de liquidaçiones de instrumentos se aya dentender al señor Abogado Fiscal quando el Consejo entēdiere reuocar algunos decretos de dichas liquidaciones ante de reuocarlos como es solito entenderse en todas las demas causas, donde el Fisco puede ser interessado, auisolo à V.S. para que lo mande assi executar. De Cancellaria à 21 de Abril 1592.

Muy Ill. Señor B. L. M. à V. S. Su seruidor.

Don Berardino de Barrionuouo à tergo vero.

Al Muy Ill. Señor el Presidente Vinc. de Frāchis mi señor l'originale è in potere del signor Auocato Fiscale.

DE OBLIGATIONIBVS PENES ACTA.
Rubr. XLVI.

CAROLI TAPIAE REGII CONSILIARII ANNOTATIONES.

HIc titulus concordantes non habet, nisi quos supra allegauimus ad Rubr. de liquidatione instrumentorum, Hæc namque † obligatio pœnes acta nihil aliud est nisi confessio debiti in beneficium creditoris facta coram actuario loco iudicis, qui præsumitur esse præsens, & ideò tamquam contra debitorem confitentem debitum fit exequutio absque aliqua citatione ex regul. tex. in l. 1. C de confess. & ex iis, quæ adducit Rouit. ad Pragm. 2. de iurisdict. inuicem non turban. & ideò simpliciter transeamus.

Contra obligatos penes acta fit exequutio absque libello, & citatione. h. d. Tapia.

IOANNA II. Rit. 148.

ITem seruat ipsa curia, quòd quandocunque * aliqua pœna est stipulata penes acta curiæ semper executio illius pœnæ fit sine vocatione partis, ac si esset vna sententia, nec datur libellus, nec petitio, sicut etiā ipsa curia facit executionem sententiarum parte, contra quam sit nullo modo vocata, quamuis altercatio iuris peritorum diù circa hoc nondum fuerit terminata.

